privabit bonis (τὰ ἀγαθά) **eos qui ambulant in innocentia.** — ***Hier.*** *nec prohibebit bonum* (טוֹב) *ab his.* - ***HugCar.*** non privabit bonis *gratiae in praesenti, nec bonis gloriae in futuro.* — **34, 12 retribuebant mihi mala pro bonis** (ἀντὶ ἀγαθῶν)**: sie vergalten mir mit Bösem Gutes.** תַּחַת טוֹבָה. ***Hier.*** *pro bono.* - ***Bellarm.*** *Ostendit, falsos illos testes nulla injuria lacessitos, sed contra beneficiis affectos, ex mera malitiâ ad calumniandum adductos.* - ***LudSax.*** . . . *tamquam ingratissimi, quod est iniquorum detestabilis consuetudo; reddere vero bona pro malis est christiana perfectio.* - ***DionCarth.*** *Pro praedicatione, oratione atque miraculis, quibus eos ad fidem convertere volui, persecuti sunt me usque ad mortem.* — **37, 12; 108, 5.** — **15, 2 quoniam bonorum meorum non eges: denn meiner Güter bist du nicht bedürftig.** - ***Aug.*** *bonis meis non exspectas tu fieri beatus.* - ***Bellarm.*** *Sed ego bonis tuis indigeo, id est, tu nulla ratione a me dependes; sed ego a te in omnibus pendeo; ideo tu solus verus et summus Dominus meus es; et quia ego hoc cognosco et confiteor: ideo in te solo spero et confido. Haec verba Propheta scripsit in persona Christi pro eo tempore, quo Christus non solum homo erat, sed etiam passioni et morti obnoxius.* - ***Dion. Carth.*** *Licet humanitas mea unita sit verbo, quatenus mundus per eam salvetur, tamen hoc factum non est propter tuam indigentiam, sed propter hominum utilitatem. Nil enim tibi, o Domine, perfectionis accrescit ex honore et gloria tibi a creaturis tuis impensis.* - ***Hebr.*** wird meist übersetzt: **mein Glück (ist) nicht außer dir;** eig. »mein Glück kommt nicht zu dir hinzu«, nichts, was zu dir hinzukommen müßte, macht mich glücklich, sondern du allein. - ***Hier.*** *bene mihi non est sine te.* - ***Sym.*** ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστι ἄνευ σοῦ. - Ähnlich ***Targ.*** טוּבָתִי לָא מִתְיְהִיבָא בַּר מִנָּךְ »bonum meum non est datum nisi a te«. - [***Baethg.*** bemerkt dazu: »Das müßte heißen בַּל בִּלְעָדֶיךָ. Dagegen kann עַל in der Bedeutung ‚über — hinaus‘ verstanden werden wie Gen. 48, 22, Eccle. 1, 16. Der Sänger will nicht sagen, daß er außer Gott keine Güter habe, denn er hat sie wirklich V. 5. 6, sondern daß Gott sein höchstes Gut ist.«] — γ) das Gute, das jem. widerfährt, Glück: **4, 6 quis ostendit nobis bona** (ἀγαθά)**: wer läßt uns schauen Glück?** טוֹב ***Hier.*** *bonum.* - ***Menoch.*** *Redibitne aliquando laeta rerum facies, quando in pristinum statum restituemur?* — Worte, die der Sänger seinen verzagten Genossen in den Mund legt. — ***DionCarth.*** *Haec est quaestio malignorum, qui vel providentiam Dei negant, vel esse aliam vitam post istam non putant.* — **24, 13 anima ejus in bonis demorabitur: er selber wird im Glücke weilen:** ἐν ἀγαθοῖς, בְּטוֹב. ***Hier.*** *in bono.* - ***Heser:*** *Vir timens Deum animam habebit cumulatam bonis, et omni quidem genere bonorum, spiritualium et corporalium, in hac praesenti, et in altera futura vita circumfluet.* — **26, 13 credo videre bona Domini in terra viventium.** - ***Lorin.*** Bona Domini *sunt quaecunque sunt, quia quae sunt, illius sunt. Sed* κατ᾽ ἐξοχήν *bona gratiae, gloriaeque bona Dei sunt.* - ***Bellarm.*** *illa bona, quae ipsi etiam Domino bona sunt, quae illum beatum reddunt, quae sola sunt vere bona.* s. ***vivo.*** — **38, 3 silui a bonis: ich schwieg, fernab vom Glück.** Entweder = wiewohl ich im Unglück war; oder = wegblickend von dem mir anstößigen Glücke des Sünders. — ***Agell.*** *quia nullum aderat bonum, de quo loqui possem, undique malis urgebar;* aut *quia nulla mihi spes erat, fore ut adhuc in bonis essem.* - ***Sym.*** μὴ ὢν ἐν ἀγαθοῖς. - ***Bickell:*** »verstummte gramvoll«. — Die meisten Erklärer konstruieren a bonis mit silui. ***Hier.*** *tacui de bono.* - ***Heser:*** silui a bonis *verbis, quae pro me in bona causa dicere potuissem.* - ***Bellarm.*** *abstinui etiam a justa defensione*

et a debita reprehensione. - ***LudSax.*** Silui *non solum a malis, sed etiam* a bonis *annunciandis, ut non delinquerem in malis; et ut vitarem contentionem cum impiis.* - ***Targ.*** בְּטֵלִית מִן פִּתְגָמֵי אוֹרַיְתָא »cessavi a verbis Legis«. — Den Ausdruck der *LXX* ἐξ ἀγαθῶν erklärt ***Euthym.*** Ἐξ ἀγαθότητος· δυνάμενος γὰρ αὐτὸν ἀμύνασθαι, οὐκ ἐθέλησα δι᾽ ἐπιείκειαν. — **121, 9 quaesivi bona tibi: ich suche, was dir gut ist** (ἀγαθά σοι), dein Wohl (טוֹב). — ***DionCarth.*** *statum pacificum abundantiamque bonorum.* — **127, 5 et videas bona Jerusalem: schauen mögest du das Glück Jerusalems** (τὰ ἀγαθά = טוּב). - ***Agell.*** *Tibi concedat, ut omnibus diebus vitae tuae felicem Jerusalem videas, ita ut alienigenae eam non obtineant, neque obsidione cingant, sed liberam videas ac felicem, cives suos captivos et exules jam restitutos complectentem.* - ***Ayguan.*** *Nec quidem terrenae Jerusalem, quia illa bona erant temporalia, et tempore parvo mansura: sed videas bona coelestis Jerusalem, quae sunt perpetua, quae videre poteris omnibus diebus vitae tuae. Et quia resuscitatus semper vives, semper illa bona videbis, ergo semper durabunt.* — in bonum = zum Heile: **85, 17 fac mecum signum in bonum: ein Zeichen thu an mir zum Heile.** εἰς ἀγαθόν = לְטוֹבָה. ***Hier.*** *in bonitate.* - ***It. (Aug. Cassiod.)*** in bono. - ***Agell.*** *Hoc signo declara, te mihi propitium fuisse, mihique opem tulisse, ut me ex insperato de inimicorum meorum manibus insidiisque liberes: quod signum sit in bonum, mihique salutem afferat, hostibus tamen meis et admirationi sit et dedecori.* - ***DionCarth.*** *Id est: signum resurrectionis ostende in me ad clarificationem nominis mei per mundum.* — **118, 122 suscipe servum tuum in bonum.** s. ***suscipio.*** — d) Gut, Schatz: **64, 5 replebimur in bonis domus tuae.** — Der Sänger denkt an alle Segnungen, welche dem Volke als Hausgenossen Gottes zuteil werden. - ***Bellarm.*** *Quid enim boni deesse poterit in domo illius, qui fecit omnia, cui serviunt omnia, qui erit omnia in omnibus, in quo sunt thesauri bonorum infiniti?* — **102, 5 qui replet in bonis desiderium tuum: der stillt mit Gütern dein Verlangen.** s. ***desiderium.*** — **106, 9 animam esurientem implebit bonis** (ἀγαθῶν). - טוֹב. - ***Agell.*** *cibo gratissimo et utilissimo explevit.* - ***DionCarth.*** *Quantum anima esurit, cupit seu vult, tantum recipit a Deo, tam de gratia in praesenti, quam de gloria in futuro, dummodo vere, pure, efficaciter, rationabiliter atque instanter desideret. Deus namque universis infundit secundum quod se praeparant, et capaces existunt.*

Bonum est confiteri Domino. 91.

— Der Gemeinde Sabbathymnus auf Gottes Walten (s. ***sabbatum***). — Schön ist es, den Herrn zu preisen (V. 2—4): denn groß sind seine Thaten (V. 5—7); er vertilgt die Frevler (V. 8—10); schenkt mir Rache (V. 11. 12). - Der Gerechte gedeiht (V. 13—15), um Gottes Gerechtigkeit zu verkünden (V. 16).

Liturg. 1. Justus ut palma florebit (s. ***palma*** u. ***cedrus***). — Com. **Conf.** Intr. - In Vigil. **Apost.** Grad. - etc.

2. Sabb. Laud.

3. In **consecr. Eccles.** (Während der zweiten Salbung des Altartisches mit Katechumenenöl — zur Weihe der Stätte, wo die höchsten Wunder der Gnade sich vollziehen und Segnungen über die Gläubigen ergießen, die gedeihen wie Palmen und Cedern.)

bōs, bŏvis, *c.* (= βοῦς, dor. βῶς), das Rind 1) בָּקָר: 65, 15 offeram tibi boves cum hircis: ich werde dir opfern Rinder mit Böcken. Poetische Aufzählung der Opfertiere. — 2) אַלּוּף: **143, 14 boves eorum crassae: ihre Rinder sind fett.** ***Hebr.*** unsere Rinder sind trächtig (s. ***crassus***). ***Hier.*** *tauri nostri.* - ***Targ.*** תּוֹרַיָּנָא. - Nach dem

griech.-lat. Texte enthalten die Verse 12-14 eine Schilderung des irdischen Segens der Feinde im Gegensatz zu dem höheren geistigen Segen Israels, der 15b angedeutet sein kann. s. ***filius***. — 3) אֶלֶף: **8, 8 oves et boves universas: Schaf' und Rinder all.** Alle zahmen Tiere, Kleinvieh (Schafe und Ziegen) wie Großvieh (Rindvieh). - ***Hier.*** *oves et armenta omnia.* - ***Heser:*** *Intelligit etiam ceteras animantes cicures, mansuetas ac domesticas secundum naturam suam.* - ***PerezVal.*** *Per oves et boves non solum intelligit bestias, sed etiam rationales creaturas. Nam per oves intelligit populos, et status inferiores hominum; et per boves intelligit reges, principes et majores.* — **49, 10 jumenta in montibus et boves: die Tiere auf den Bergen und die Rinder.** Bezeichnung für Wild und zahmes Vieh. — Die ***LXX*** (κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ βόες) lasen wohl בְּהַר וָאָלֶף st. d. masoretischen בְּהַרְרֵי־אָלֶף, das verschieden übersetzt wird. אֶלֶף heißt 1) Rind, kommt sonst aber nur im *pl.* אֲלָפִים vor (8, 8); 2) tausend (auch als »runde« Zahl Job 9, 3; 33, 23). In ersterem Sinne versteht es z. B. ***Raschbam*** (בהררים שהאלפים והעיירים רועים שם). - ***Graetz:*** »Rinderbergen (= rinderreichen Bergen)«. - ***Genebr.*** *in montibus boum.* Die meisten Erklärer des masoretischen Textes halten aber die zweite Bedeutung fest: »Auf den Bergen der Tausend«; entweder = »auf den tausend Bergen«; oder »auf den Bergen, wo tausend Tiere leben«. - ***Lorin.*** *Potest explicari vel de jumentis mille, quae sint in montibus, vel de mille montibus, in quibus jumenta. Utrovis modo denotatur magnus jumentorum numerus.* (***Geier:*** *Per synecdochen numerus finitus pro infinito et incerto ponitur.*) - ***Hier.*** *in montibus millium.* - ***Luth.*** »auf den Bergen, da sie bei tausend gehen«. - ***Calv.*** *in montibus mille.* - [***Hitz.*** »Der Sinn (‚auf tausend Bergen') wäre zwar befriedigend, aber dem Zahlworte אֶלֶף geht sonst das Nomen der gezählten Sache in keinem sichern Beispiele im *stat. constr.* vorauf. Die beliebtere Erklärung ‚auf den Bergen der Tausend', d. i., wo es der Tiere bei Tausenden giebt, ist wegen des Singulars אֶלֶף kaum zulässig. Vielleicht hat der Dichter geschrieben: בְּהַרְרֵי־אֵל vgl. 36 [35], 7, was auch in der Rede des Herrn selber keinen Anstoß gewähren könnte; s. unten V. 14. 23.«] - Nach den ***LXX*** (καὶ βόες) übersetzte auch ***Syr.*** (ܘܬܘܪ̈ܐ) und ***Arab.*** (والبقر).

brachium, ĭi, *n.* eig. der Unterarm (von der Hand bis zum Ellbogen), überh. der ganze Arm: βραχίων, זְרוֹעַ; der (kräftige) Arm, beliebtes Symbol der Stärke: *h 10, 15* **contere brachium peccatoris.** - ***Euthym.*** Βραχίονα τὴν δύναμιν λέγει· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ ἡ τοῦ ἀνθρώπου δύναμις. - ***Bellarm.*** *id est, potentiam et robur peccatoris, et sic humiliatus resipiscet, nec amplius peccabit.* - ***DionCarth.*** *potestatem Antichristi, qui secundum Danielis vaticinium tam diu conteret Sanctos Altissimi, donec conteratur.* - Ähnlich 36, 17 quoniam brachia peccatorum conterentur. — **43, 4 brachium eorum non salvabit eos: ihr Arm hilft ihnen nicht,** hat nicht den Sieg verliehen. - ***Bellarm.*** *Neque robur eorum tantum erat, ut in proelio captivitatem vel mortem evadere possent.* — **17, 35 posuisti ut arcum aereum brachia mea: du machtest gleich einem ehernen Bogen meine Arme.** - ***Sa:*** *fortissima fecisti.* - ***Bellarm.*** *brachia quasi aerea, in quibus robur et ars militaris significatur. . . De viribus brachiorum testes sunt ursi et leones, quos sola vi brachiorum David interfecit.* - ***Heser:*** *Non solum data est Davidi cervorum velocitas, quae magnum commodum affert in re bellica, sed etiam docuit illum Deus scientiam militarem, et tantum indidit robur brachiis illius ad torquendas hastas, ad lapides ex funda jaciendos,*

quantum habet arcus ex aere fabricatus ad torquendas sagittas. - ***Thomasius:*** *Tu mea brachia ad proelium effecisti robusta quasi arcum ex aere confectum; confringens alienum quoque arcum aeneum brachio meo.* - ***LudSax.*** *Dedisti mihi inflexibilem et infatigabilem intentionem bonorum operum et ad feriendum et fugandum inimicos. Sicut enim manus brachiis adhaerent, ita ab intentione procedit operatio.* - Die ***LXX*** lasen נְחִתָּה (ἔθου) statt des masoretischen וְנִחֲתָה und es spannen den ehernen Bogen meine Arme. Die Form wird erklärt als *Pi.* von נָחַת (aramäisch u. dichterisch = יָרַד) niederdrücken, den Bogen spannen, indem das eine Ende mit der Hand niedergedrückt wurde, während das andere mit dem Fuße auf dem Boden festgehalten oder »getreten« wurde. - ***Raschi:*** נחתה לשון דריכת קשת. - Auch ***IbnEzra*** erklärt die Form von נחת (הכו"ן שרש), während ***Qimchi*** sie von חָתַת zerbrechen herleitet. כך למד ידי עד שיפילו קשת נחושה מאויבי והיתה נשברה בזרועותי »so hat er meine Hände geschult, daß sie entrissen den eisernen Bogen meinen Feinden, und er durch meine Arme (leicht) zerbrochen ward.« — Ob die LA. der ***LXX*** oder die der Masoreten die ursprüngliche ist, bleibt unentschieden. - ***Agell.*** sagt von der LA. der ***LXX***: *admodum placet.* - ***Bellarm.*** *Corrupta videtur casu aliquo lectio hebraica moderna: neque enim dubitari potest, quin Septuaginta interpretes emendatos codices habuerint, eosque rectissime intellexerint.* Für die LA. der ***LXX*** sprechen ***Targ.*** וּמַתְקֵיף הֵיךְ קֶשֶׁת כַּרְכּוּמָא דְרָעָי und ***Syr.*** ܘܚܣܢ ܐܝܟ ܩܫܬܐ ܕܢܚܫܐ ܕܪ̈ܥܝ »er stärkt wie eisernen Bogen meine Arme«; ח: جعل »er macht«; ם: وأثق; ש und פ: شدد »er stärkt«. — ***Hier.*** *et componens quasi arcum aereum.* — Meist von Gott gebraucht: **70, 18 donec annuntiem brachium tuum generationi omni quae ventura est: bis ich deinen Arm verkünde jedem kommenden Geschlechte.** - ***Targ.*** תְּקוֹף אֶדְרָעָךְ »die Macht deines Armes«. - ***DionCarth.*** *majestatis tuae potentiam. Vel unigenitum Filium tuum, qui est fortitudo et virtus tua, de quo Isaias dicit:* Paravit Dominus brachium suum in oculis omnium gentium (52, 10). *Sicut et Spiritus sanctus vocatur digitus Dei ratione sui effectus, quoniam cuncta demonstrat: sic Filius appellatur brachium Dei, qui omnia portat et sustentat verbo virtutis suae.* - ***BrunSign.*** *Per quod Salvator noster intelligitur, per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil. Hoc autem brachium nuntiant sancti, qui Patrem omnia per Filium dicunt esse operatum. Et haec quidem illorum praedicatio extenditur in omnem generationem quae ventura est.* — **76, 16 redemisti in brachio tuo populum.** בִּזְרוֹעַ **mit dem Arm.** - ***Targ.*** בִּגְבוּרַת אֶדְרָעָךְ »durch die Macht deines Armes«. - ***BrunSign.*** *Haec est virtus, qua de Aegyptiaca servitute populum suum Dominus liberavit; cunctis populis et nationibus nota facta est, quia valde gloriosa et sine fine memorabilis est. Sed non minus illa quoque laudabilis est, qua in brachio suo, id est per Filium suum omne hominum genus de diabolica servitute Dominus liberavit; haec enim in illa significata est, et uno eodemque brachio haec et illa facta est.* — **78, 11 secundum multitudinem brachii tui: gemäß der Größe deines Armes.** - ***AlbertM.*** *potentissimi ad liberandum, et amplissimi ad amplexandum, et fortissimi ad tenendum.* - ***Targ.*** הֵיךְ סַגִּי תְּקוֹף אֶדְרָעָךְ »gemäß der großen Stärke deines Armes«. - ***Agell.*** *Pro magnitudine roboris ac potentiae tuae libera et vitam conserva eorum, qui hostili odio atque decreto morti sunt destinati.* - ***HugCar.*** *secundum magnitudinem amoris, quem ostendit nobis extendens in cruce brachia ad amplectendum nos.* — **88, 11 in brachio virtutis tuae: durch deinen starken Arm.** ***Hier.*** *in brachio forti tuo.* - ***Targ.*** בִּתְקוֹף

אֶדְרַע עוּשְׁנָךְ »durch die Kraft des Armes deiner Stärke«. — **88, 14 tuum brachium cum potentia: dein ist** (לָךְ) **ein Arm mit Heldenkraft;** dein Arm ist allmächtig. *Syr.* ܕܝܠܟ ܗܘ ܕܪܥܐ ܘܕܝܠܟ ܗܝ ܥܫܝܢܘܬܐ »dein ist der Arm und dein ist die Kraft«. — **88, 22 brachium meum confortabit eum.** - ***Bellarm.*** *Haec quoque de Davide utcunque exponi possunt, qui Dei auxilio multas victorias de inimicis suis obtinuit: tamen longe verius exponuntur de Christo . . . Manus et brachium Domini, quod est ipsum Dei Verbum, potentia et sapientia Patris, ita corroboravit humanitatem Christi hypostatice sibi unitam, ut nihil in eo homine proficere potuerit ullus inimicus.* - ***Ayguan.*** Brachium meum, *Christus* confortabit *genus humanum.* — **97, 1 brachium sanctum ejus.** Vgl. Is. 52, 10. - ***Hebr.*** wörtlich *brachium sanctitatis ejus.* - ***Targ.*** אֶדְרַע שְׁכִינַת קוּדְשֵׁיה »der Arm seiner heiligen Schechina (Majestät, Gottheit)«. - ***HugCar.*** *Per dexteram prosperitas, per brachium sinistrum adversitas. . . Per confessionem salvantur peccatores et in statu prosperitatis, et in statu adversitatis. Et bene dicitur brachium sanctum, quia adversitas sanctum facit.* - ***Bellarm.*** *Additur sanctum, ut intelligamus, robur istius brachii non esse aliquid carnale, sed spirituale: non enim Christus armis, aut viribus corporis hostem dejecit, sed caritate et patientia, humilitate et obedientia, meritis vitae sanctissimae, sanguine pretioso ex caritate fuso; non hasta et gladio victoriam de hoste potentissimo reportavit.* — **135, 12 brachio excelso** (ὑψηλῷ): **mit hoch erhobenem Arm.** נְטוּיָה mit ausgestrecktem Arm. ***Hier.*** *in brachio extento.* (Vgl. Deut. 5,15.) - ***PerezVal.*** *cum signis et prodigiis supra naturam.* - ***Bellarm.*** *Metaphora est, significans Deum graviter puniisse Aegyptum plagis multis, ut cogeretur dimittere liberum Dei populum, quomodo si vir bellator robusta manu et brachio fortissimo uteretur ad ejusmodi opera.* - ***Menoch.*** *magna plagarum et signorum vi, miranda potentia et efficacitate.* - ***HugCar.*** Brachio excelso, *id est, in cruce extento.*

brĕvis, e (st. bregu-i-s vgl. βραχύς), kurz, klein: **104, 12 cum essent numero brevi: als sie noch waren in geringer Anzahl.** — ***PsaltRom.*** *in numero brevi.* - ***It.*** *numero breves* = ἀριθμῷ βραχεῖς. - ***Lorin.*** Brevi numero *esse dictum est pro pauco, conjungendo epithetum quantitatis continuae cum quantitate discreta, ut alias non raro.* - מְתֵי מִסְפָּר eig. **Männer von Zahl,** leicht zu zählen (Gen. 34, 30). — **2, 13 in brevi: in kurzem:** ἐν τάχει, כִּמְעַט. ***Hier.*** *post paululum.* - ***Targ.*** כִּזְעֵר. - ***Syr.*** ܟܡ ܡܟܝܠ - ש: عن قليل u. ם: من قليل »in Bälde«; פ: سريعا; ח: بسرعة »in Eile«. — Der Sänger erwartet das baldige Eintreffen des Gerichtes. - ***PlacidParm.*** *Deus sine dilatione punit.* - ***Bellarm.*** *Ut significet cito venturum diem illum terribilem, nam mille anni sicut dies hesterna quae praeteriit, nec longum dici potest quod finem habet.* - ***Aug.*** *Hoc significare arbitror, quia repentinum aliquid erit, dum hoc remotum et longe futurum peccatores existimabunt.* - ***Lorin.*** *Omnis mora quantalibet, cum aeternitate collata, perbrevis est: quicunque improvidus et incuriosus sui est, ad omnes trepidat casus: et cum hinc arbitretur longius abesse mortis ac judicii tempus, hinc, ubi advertit, nimis putat cito advenire. Non est tamen restringenda necessario sententia ad illud tempus. Praesenti quoque tempore ira exardescit Dei.*

bruchus, i, *m.* (βροῦχος v. βρύκω, βρύχω, beißen, verschlingen) eine ungeflügelte Heuschreckenart (יֶלֶק), **104, 34** gleichbedeutend mit locusta (אַרְבֶּה), bei Erwähnung der achten Plage Ägyptens Ex. 10, 4 ff.

buccella, ae, *f.* (Demin. v. bucca, die (beim Essen vollgepfropfte) Backe, vgl. βύκτης), kleiner Mundbissen, Brocken: 147, 17 misit crystallum suam sicut

buccellas: er wirft sein Eis wie Brocken hin: ὡσεὶ ψωμούς, כְּפִתִּים. - *PsaltVet. sicut frusta panis.* s. **crystallus.**

buccĭno, avi, atum, are, eig. auf der buccĭna (entweder vom Laute bu u. cano, od. kontrahiert aus bovicina, v. bos u. cano) blasen, dann allgemein blasen: 80, 4 buccinate in neomenia tuba: stoßet am Neumond in die Posaune. σαλπίσατε, תִּקְעוּ. ***Hier.*** *clangite in neomenia buccina.* - ***PsaltVet.*** *canite Deo initio mensis in tuba.* (Vgl. canite tuba Jer. 4, 5; clangite buccina Jer. 6, 1; 51, 27). s. ***neomenia.***

C.

Cades, *N. pr. indecl.*, Κάδης, קָדֵשׁ: Kades, uralte Ortschaft an der Südgrenze Kanaans (Gen. 14, 7; 16, 14 u. ö.). Der Name »Heiligtum« wird darauf zurückgeführt, daß die Stätte während des Wüstenzuges Israels 40 Jahre lang Sitz der Bundeslade war (vgl. ***Talm.*** Sabb. 89 a: מדבר קדש שנתקדשו ישראל עליו). Wahrscheinlich ist aber der Name älter als Moses und auf ein altes Heiligtum der Amoriter zurückzuführen. Ähnlich verhält es sich mit dem früheren Namen עֵין מִשְׁפָּט »Quelle des Gerichtes« (Gen. 14, 7), der eher von einer uralten Orakelstätte, als von dem Rechtsprechen Moses' zu deuten sein wird. Der vollständige Name von Cades war Cadesbarne קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ (Num. 32, 8; 34, 4. Deut. 1, 2. 19 u. ö.). - **28, 8 commovebit Dominus desertum Cades.** »Wüste Kades« ist der um die Stadt liegende, also nördlichste Teil der arabischen Wüste. [***Raschi*** bemerkt mit Hinweis auf Sabb. 89 a, daß die ganze sinaitische Wüste den Namen »Wüste Kades« führte, ähnlich, wie auch die Namen von 4 anderen wichtigen Örtlichkeiten innerhalb der Wüste auf die ganze Wüste übertragen wurden (מדבר קדש הוא מדבר סיני כמו שאמרו רבותינו במסכת שבת ה' שמות נקראו לו מדבר סיני מדבר צין מדבר קדש מדבר קדמות מדבר פארן). Daß der Sänger — individualisierend wie V. 5 cedros Libani — gerade diesen Teil der Wüste nennt, hat vor allem darin seinen Grund, daß er einerseits als der nächstliegende den Hebräern am bekanntesten, und andererseits in der Überlieferung am berühmtesten war. - ***Hgstb.*** »Die Ausleger fragen, warum hier gerade die Wüste als durch den Donner erzitternd dargestellt wird. Die allein richtige Antwort ist die: weil die Wüste den Eindruck des Großen, des Ungeheuren, des Furchtbaren macht . . . Die Wüste ist neben den hohen Bergen das passendste Symbol der Weltmacht; ihr Erbeben vor der Stimme Gottes muß dem frommen Gemüte die Nichtigkeit seiner Besorgnisse vor der Weltmacht zum Bewußtsein bringen. Von dieser Auffassung aus erklärt es sich, warum im zweiten Gliede die besonders schaurige Wüste Kades (Deut. 1, 19), der nördliche Teil der arabischen Wüste, steigernd genannt wird. Diese ist mit dem Libanon und Sirion gleichsam zu einem Paare verbunden. Das Symbol der Weltmacht im Norden und Süden des Landes des Herrn wird von dem Schrecken seiner Stimme ergriffen. Aus diesem Parallelismus mit dem Libanon erklärt es sich, warum gerade der unmittelbar an Kanaan angrenzende Teil der schaurigen arabischen Wüste genannt wird«. - ***Genebr.*** *Metonymice bestias deserti Cades concutit, sive formidare facit et commovet.* - ***PlacParm.*** *Vel intelligitur de concussione facta in deserto per terraemotum, quando terra aperta deglutivit Core, Dathan et Abiron.* - ***Bell-***

arm. *Significatur hoc loco mirabilis potentia Dei, quae sicut montem Libani potest, cum voluerit, cedris omnibus spoliare, et desertum facere, ita e contrario potest ipsum desertum Cades, ubi nihil nasci solet, unica concussione parturire facere et continuo arboribus et animalibus replere.* - ***Heser:*** *Dicit, posse Deum, simul voluerit, desertum Cades, ubi nihil nasci solet, efficere foecundum non majori, quam dexterae concutientis, impendio, ut parturiant et arena, et leaena: haec ut silvas catulis, illa ut sterile solum arboribus impleat . . . Desertum arenosum, sterile, exustum sole nullaque fruge laetum, recte dixero Gentes, quae sunt omni supernaturali cognitione de Deo, rebusque divinis, quae ad salutem consequendam necessariae, vel proficuae, prorsus destitutae. Hoc desertum in adventu suo Christus concussit horrore primum sacro, deinde commovit influxu efficacis gratiae, sicque demum parturire fecit sanctorum operum formosam simul atque numerosam prolem. Ad solitudines parturientes spectant innumerabilia monachorum et eremicolarum examina, per quos, ut loquitur Epistola ad Heliodorum Hieronymus, deserta sunt vernantia floribus Christi: et praesertim hic desertum Cades, in quo S. Hieronymi tempore fuerunt plurima monasteria, non illaudatum praeteribo, quod oraculi divini fidem adeo luculenter asserat et confirmet.* - ***DionCarth.*** Commovebit Dominus *ad poenitentiam et vitam laudabilem* desertum Cades, *i. e. cor electorum et fidem Dei habentium. Cades enim immutata vel sancta interpretatur. Electi igitur, quoniam ad tempus errare possunt, sed finaliter perire non valent: commovebuntur a Domino ad salutem, antequam moriantur. Posset autem per desertum Cades Judaea intelligi, quae legem a Deo recepit, et in fine saeculi immutanda ad fidem est. Hanc Dominus commovebit in fine mundi, ut convertantur ad Christum.* - ***Aug.*** *Celebrari faciet Dominus sanctum verbum Scripturarum suarum, quod a Judaeis non intelligentibus deserebatur.* - ***Remig.*** *Sancta verba Legis aperiet, quae prius deserta erant ab intelligentia, educendo inde salubrem affluentiam doctrinae.* - ***Oddo:*** Cades *Legem et Vetus Testamentum significat; quidam enim* Cades *sancta interpretatur. Veniens ergo Christus commovit desertum Cades, quia sanctam Legem et Prophetas ob nimiam obscuritatem a cunctis fere derelictos concussit, aperuit, litteram amovit et intelligibiles fecit* (Luc. 24). - s. **commoveo.**

cado, cecĭdi, cāsum, ĕre, fallen, hinsinken: πίπτω, **1)** נָפַל **a)** von Lebewesen α) vom Menschen: *h* **10, 10 inclinabit se et cadet,** cum dominatus fuerit pauperum. — Was ist Subjekt zu cadet? Einige Erklärer verstehen das Hinfallen von dem »Armen«, über den der Böse wie ein Löwe plötzlich herfällt. - ***Genebr.*** *Cadet pauper, quando venerit in ipsius dominatum.* - ***PlacParm.*** *Ecce humiliatio ficta hypocritae inclinabit se et cadet, i. e. cadent pauperes, cum illorum pauperum fuerit dominatus. Cadent enim a vera religione, cum eos ad falsa sua dogmata attraxerit.* - Wiewohl diese Auffassung dem masoret. Text am nächsten kommt »**es fallen in seine Klauen die Unglücklichen**« (וְנָפַל ist nach der Accentuation Prädikat zum Plural חלכאים — s. ***dominor***), ist sie vom griech.-lateinischen Übersetzer kaum intendiert. Die meisten Erklärer denken an den Bösen, der den Armen vergewaltigt. Manche derselben übersetzen es dann mit »herfallen über«. So giebt ***Hier.*** sogar den Urtext wieder: *et irruet viribus suis valenter.* - ***Bellarm.*** *super eum irruet.* - ***Thom.*** *Leo primo prosternit animal captum; secundo subjicit; tertio incumbit super id.* - ***Heser:*** Cadet *toto corpore pronus super praedam dolo captam, furiosa vi interimendam.* - ***Jansen:*** *Cum dominatus fuerit pauperum, inclinabit se super eos et procumbet, ad eum modum, quo in*

lucta victor toto corpore omnibusque viribus procumbit super prostratum, ut nequeat exurgere; et quomodo aucupes captae praedae incumbunt, ut non possit effugere: ita etiam impius totis viribus contendit in suam potestatem detinere pauperes eosque penitus confringere. - ***Sa:*** Cadet: *explicatio praecedentis (invadet ut leo, qui praedam invasurus, se incurvat).* - ***PerezVal.*** erklärt das Bild vom Vogelsteller: *Sicut auceps abscondit se in tugurio et cadit inclinatus in terram, ne videatur ab avibus, et sic capit eas in laqueo et retiaculo suo: ita iste malignus humiliando se quasi cadens in terram cum suis persuasionibus capiet pauperem.* - Durchgehends verstehen die alten Erklärer cadet vom Untergang des Bösen, der den Armen unterdrückt. - ***Euthym.*** Ὅτε καταχυριεύσει τῶν πενήτων ὁ δυνάστης, τότε καὶ αὐτὸς κλιθήσεται ταπεινούμενος καὶ ἀπολεῖται. οἱ γὰρ πίπτοντες πρῶτον κύπτουσι. τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα καὶ τὸ ἀνίατον αὐτοῦ φανῇ, καὶ τὸ μακρόθυμον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ τῶν πεπονθότων ὑπομονή, καὶ ἡ ἐκδίκησις τῶν ἀδικουμένων. - ***Cassiod.*** *Tunc de sua praesumptione nequissimus* cadet, *quando illi cum suis sequacibus supervenerit repentinus interitus.* — Speziell versteht man es vom Untergang des Antichristen. - ***DionCarth.*** *Antichristus* cadet, *i. e. occidetur a Christo,* cum dominatus fuerit *Christianorum.* Ähnlich ***AlbertM. HugCar. Haymo, Gerhoh,*** al. — Besonders vom Fallen im Kriege: **17, 39 cadent subtus pedes meos: sie fallen unter meine Füße.** - ***Heser:*** *nimirum victi prostratique.* Cadere *enim* sub pedibus *significat, quod plurimis aliis Scripturae sacrae locis videmus, devictos hostes subjacere victorum pedibus, et illorum cervices ab his superbe calcari, quod fieri praecepit Josue* (10, 24) *quinque regibus ex spelunca protractis.* - ***Geier:*** *hinc illae phrases:* facere hostes scabellum pedum (109, 1); lingere pulverem pedum (Is. 49, 23). - ***Euthym.*** Καταλαμβανόμενοι καὶ ἐν ἀφύκτῳ σαγηνευόμενοι πεσοῦνται καθικετεύοντες (»im Fangnetz eingefangen«, umzingelt). - ***DionCarth.*** *Daemones potestati Salvatoris prorsus subjecti sunt.* - ***Ayguan.*** *Quodsi ad motus carnis referantur, tunc cadunt* subtus pedes, *quando recte voluntati subjiciuntur. Si autem de inimicis persecutoribus, tunc ceciderunt sub pedibus Christi, quando ejus imperio subjugati fuerunt juxta illud:* Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum (Ps. 109, 1). — **44, 6 populi sub te cadent: Völker fallen unter dich.** ***Del.*** »so daß du über die zu Boden Liegenden hinschreitest.« - ***Rosenm.*** *Armis tuis victi et profligati ad pedes tuos prosternentur.* - ***Menoch.*** *a te domiti efficacitate praedicationis Evangelicae, vel poenis a te contra rebelles lumini et veritati potenter inflictis.* - ***PerezVal.*** *Populi cadent sub te victi et conversi ad fidem; et alii cadent in perpetuam damnationem.* - ***Cassiod.*** *Conversiones significat hominum: quando credentes in humilitatem feliciter cadunt, qui prius vitio praesumptionis erecti sunt; sicut Paulo Apostolo contigit, qui vocis Domini sagitta penetratus, in faciem quidem persecutor corruit, sed eum continuo Apostolum Domini dextera sublevavit.* - ***Geier:*** *Armis tuis spiritualibus expugnati humillime tuum suscipiunt imperium, tuaque frui volunt gratia ac regni privilegiis.* - ***Bellarm.*** *Dicuntur populi sagittis vulnerati cadere sub isto Rege, quia non vulnerantur, ut omnino extinguantur: sed ut moriantur peccato et vivant justitiae, et eo modo subjecti Regi Christo remaneant eique serviant cui servire regnare est.* - Formell werden die Worte von den meisten als ein (die Wirkung solcher Geschosse schildernder) Zwischensatz aufgefaßt. (***Bellarm.*** *per parenthesin legendum est*), so daß die folgenden Worte in corda inimicorum regis mit sagittae tuae acutae verbunden werden. »Scharf sein ins Herz hinein« ist brachylogisch = tief eindringen. - ***Heser:*** *supple* infigentur. -

HugCar. *supple* penetrant usque. - ***Targ.*** בְּנֵי קַשְׁתָּךְ יִשְׁתַּלְּחוּן בְּלֵב סָנְאֵי מַלְכָּא »die Söhne deines Bogens — (poetischer Parallelismus = sagittae tuae) — werden gesendet ins Herz der Feinde des Königs«. - So fassen es auch die Griechen: ***Euthym.*** Πάντες οἱ ἐξηγηταὶ καθ᾽ ὑπερβατὸν συντάσσουσι τὸ ῥητόν, οἷον τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατέ [s. unten] ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως· λαοὶ ὑποκάτω σοῦ πεσοῦνται κατὰ παρένθεσιν, — ***Agell.*** *Verbum* cadent *utrique nomini et sagittarum et populorum subservire volunt Hebraei:* Sagittae tuae acutae cadent in corda inimicorum Regis; *et* populi sub te cadent. *Sagittas tuas in corda inimicorum tuorum infiges, adeo ut populi omnes sub pedibus tuis prosternantur et cadant.* - (***Qimchi:*** מלת יפלו קשור למעלה וממנו ולמטה וממנו לפיכך אמר יפלו בלב אויבי בשו"א אף על פי שהוא בהתנחתא לקשר טעמו עם בלב אויבי המלך כאלו אמר חציך יפלו בלב אויבך). - ***Del.*** übersetzt: »Deine Pfeile sind scharf, Völker werden unter dich hinfallen — Ins Herz der Feinde des Königs!« - Die letzten Worte erklärt er als »einen mit Fingerzeig begleiteten Ausruf«. »Dorthin, will er sagen, treffen seine scharfen Pfeile.« - ***Hitz.*** »Deine scharfen Pfeile, du, unter den die Völker sich beugen, treffen ins Herz der Feinde des Königs.« - ***Hier.*** faßt die Worte ebenfalls als Parenthese: *sagittae tuae acutae (populi sub te cadent) in corde inimicorum regis.* Seine Übersetzung »in cord**e**« stimmt mit dem ***PsaltRom.*** Auch das ***PsaltVet.*** las schon so nach wichtigen Zeugen: ***Aug. Cassiod. Beda, Remig. Haymo, BrunCarth.*** al. - ***Thom. PetrLomb.*** al. erwähnen beide Lesarten »in cord**a**« u. »in cord**e**«. Wahrscheinlich ist »in cord**a**« aus »in cord**e**« entstanden (ἐν καρδίᾳ, בְּלֵב). - An dem Sinne ist nichts geändert, indem in *c. abl.* für in *c. acc.* steht. - ***Bellarm.*** *Parum refert, utrum legatur* in cord**e**, *vel* in cord**a**: *nam et verum est, sagittas verbi Dei penetrare corda peccatorum, et verum est, easdem sagittas semel in corde infixas ibidem haerere et vulnus amoris alere et conservare, et eo modo ex inimicis et peccatoribus amicos et sanctos facere.* - ***Aug.*** verbindet »in corde« mit cadunt. *Qui ceciderunt? Qui percussi sunt, et ceciderunt. Populos videmus subditos Christo, cadentes non videmus. Exponit ubi cadunt:* in corde. *Ibi se erigebant adversus Christum, ibi cadunt ante Christum. Blasphemabat Saulus Christum, erectus erat: supplicat Christo, cecidit, prostratus est: occisus est inimicus Christi, ut vivat discipulus Christi. De coelo emissa sagitta, corde percussus est Saulus, nondum Paulus, adhuc Saulus, adhuc erectus, nondum prostratus: accepit sagittam, cecidit in corde. Non enim, quod prostratus est in facie, ibi cecidit in corde; sed ubi ait:* Domine, quid me vis facere (Act. 9, 6)? ... *O sagittam acutam, potentissimam, qua accepta cecidit Saulus, ut esset Paulus! Ut ille, ita et populi: gentes attendite, videte subditas Christo. Ergo* Populi sub te cadent, in corde inimicorum regis: *hoc est, in corde inimicorum tuorum. Ipsum enim appellat regem, ipsum novit regem.* - Ähnlich ***Cassiod.*** In corde *exponit quod superius ait* cadent: *non pedibus quibus corpora sustinentur, sed corde, quo animae perfidia sublevatur. Ibi enim qui poenitens cadit, resurgit.* - ***Thom.*** *Quid est quod addit* in corda inimicorum regis? *Hoc potest dupliciter intelligi: Uno modo, ut conjungatur cum prima clausula hujus versus* Populi sub te cadent, *ut sit interpositio: et sic est sensus:* Sagittae tuae acutae *intrant* in corda inimicorum regis. *Verba tua sunt sicut sagittae quae penetrant corda etc. Et ex hoc* populi sub te cadent. *Alio modo ut conjungatur cum hac* Populi sub te cadent *et hoc* in corda *vel* in corde inimicorum regis, *id est, tui, qui es Rex. Quaedam enim subjiciuntur violenter, sicut modo sub-

jiciuntur inimici. Et de hac subjectione dicit se non loqui, sed de voluntaria: et ideo dicit in corda; *quasi dicat: Secundum illa corda subjiciantur secundum quae inimicabantur Christo.* - Auch ***AlbertM.*** erklärt »in corde« durch: *voluntarii, hoc enim placet Deo.* - ***DionCarth.*** erklärt »in corde« mit: in medio *gentilium qui erant hostes tui.* - In der ***It.*** (***PsaltMoz.***) stand ursprünglich viscera statt »in corda«. [Eine andere Textdifferenz besteht in der Beifügung von »potentissime« nach »sagittae tuae« auf Grund des griech. Textes (δυνατέ). So lesen z. B. ***PsaltMoz. Rom. BrunSign.*** Dazu bemerkt ***Hier.*** Sagittae tuae acutae: *pro quo in Graeco legisse vos dicitis* acutae, potentissime; *sed hoc male, et de superiori versiculo additum est, in quo legitur:* Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime (Ad Sun. et Fret.) — Andere lesen potentissim**ae**. So ***Hier.*** selbst (in Is. 49); ebenso ***Aug.*** (nach den besten Handschriften) und ***Cassiod.*** Letzterer erklärt dies: potentissimae, *quia nulla illis materia quamvis durissima probatur obsistere, quando eis (sagittis ejus) insitum est effectum suae voluntatis implere.*] - Um die »sehr ungewöhnliche Parenthese« u. zugleich die »sehr harte Verbindung« acutae—in corda zu beseitigen, versucht ***Baethg.*** die Textänderung כָּלוֹ st. בְּלֵב u. übersetzt: »vernichtet sind die Feinde des Königs.« - ***Graetz*** will »emendieren« וַיִּפְּלוּ כָּל־אוֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ . . . »werfen (Völker unter dich) nieder, alle Feinde des Königs«. — **19, 9 ipsi obligati sunt et ceciderunt: jene verstricken sich u. fallen.** s. ***obligo***. - ***Heser:*** *cum e quadrigis, tum ex equis, e quibus pugnabant. Vel ceciderunt a vana spe et superbia sua.* - ***DionCarth.*** *a gratia et bono statu mentis.* - ***LudSax.*** *a spe coelesti in peccatum et mortem.* — **77, 64 sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: seine Priester fielen durch das Schwert.** - ***Bellarm.*** *videlicet Ophni et Phinees, filii Heli, qui nominatim referuntur inter mortuos* (1 Sam. 4, 10. 11). - ***Heser:*** *Ceciderunt illi quidem gladio, sed et Heli parens annos duodecentum natus, audito captam esse arcam Dei,* cecidit *de sella retrorsum juxta ostium et fractis cervicibus mortuus est* (V. 18). — **90, 7 cadent a latere tua mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit** (s. ***appropinquo***). - ***Jansen:*** *Si proelium ingressus cum hostibus manus conserueris, a latere tuo sinistro corruent mille, et a dextro decem millia. Tu vero nullum incommodum accipies.* - ***Agell.*** *Deo tibi praesidium ferente atque protegente, ex his malis omnibus eripieris, et quamvis interea multos Dei auxilio nudatos, et adversarii hostisque telis objectos cadere conspicies, tamen ad te nullum ex his malis appropinquabit, Deo illa depellente, et validissimo veritatis fideique scuto rejiciente.* - ***PlacParm.*** *Hanc autem victoriam non lanceis aut gladiis obtinebis, sed tantummodo oculis tuis haec videbis. Hoc est: non facies cadere, sed solum cadentes perspicies pro justa suorum peccatorum retributione.* - ***Genebr.*** Cadent: *absolute, sive meropassive: occumbent pestilentia, bello, et praedictis aliis eventis. Alii: passive, per quandam transitionem, prosternentur tua manu, ut actio sit pii: prosternes plurimos, tam ad sinistram, quam ad dextram, sed multo plures ad dextram, ad quam vis brachii fertur.* - ***Agell.*** *Non est ille quoque sensus explodendus: cadere enim saepe in sacris Litteris ad proelium cum impetu ruere significat, quod illorum praedonum ac daemonum proprium est, ut* Jos. 11, 7: irruerunt super eos, *quod in Hebraeo est* ceciderunt super eos. *Ergo sive daemonia, sive hostes tibi infesti cadant, et irruant a latere tuo sinistro mille, a dextro dena millia, tibi perniciem ac mortem intentantes, et summis viribus rem gerentes, Dei protectoris tui metu territi, ad te propius accedere manusque conserere non audebunt, ac*

sese retro recipient pedemque referent, et pugnare tecum, pro quo Deum stare viderint, pertimescent. f. **dexter.** — [Mit Recht wird die Meinung des ***Euthym.***, bei cadent sei an die von Feinden abgeschossenen Pfeile (βέλη) zu denken, von ***Bellarm.*** zurückgewiesen: *Sagittae quidem repercussae a scuto, cadent in magna copia: sed non satis est ad victoriam, sagittas repellere, nisi etiam occurratur timori nocturno, negotio perambulanti in tenebris, et daemonio meridiano.*] — Absolut für sterben (parallel mit mori): **81, 7 sicut unus de principibus cadetis: wie einer der Fürsten werdet ihr fallen.** Trotz eurer hohen Würde werdet ihr sterben wie gewöhnliche Menschen, werdet gestürzt, wie andere (ungerechte) Machthaber. Os. 7, 7. - ***Geier:*** *morte scilicet violenta et crudeli.* - ***Tirin.*** *Sicut unus de tyrannis* cadetis *e vestro statu, et e vita violenter exturbabimini, ut fere tyrannis accidit, juxta illud* (Juven. sat. 10).

Ad generum Cereris sine caede et vulnere pauci
Descendunt reges, et sicca morte tyranni.

PlacParm. *Sicut multi per vos exauctorati sunt a dignitate et principatu suo dejecti, sic Dei judicio per mortem, aut etiam in hac vita per exauctorationem, principatum et dignitatem vestram amittetis.* - ***Menoch.*** *Male peribitis, ut multis plerisque tyrannis accidit; vel similes eritis Angelis principibus, qui de sede propter peccatum sunt delapsi.* - ***Titelm.*** *Sicut unus quilibet de principibus cadere solet in proelio, subito omni gloria, omni honore, omni potestate privatus, qui ante erat gloriosissimus in equis et in militum milibus, moxque in ejus locum et haereditatem succedit alius: ita et vos ad meae jussionis imperium, cum mihi placuerit, singuli per mortem cadetis et interibitis, neque ullius vestrum erit potestas aeterna: sed interire vos faciam subito, omnemque gloriam potestatis vestrae auferam a vobis, et dabo alteri, cuicunque voluero. Et quomodo ceciderunt nobiles illi Spiritus de coelo, quomodo Satanas de coelo cecidit tamquam fulgur propter superbiam: ita et vos tamquam unus aliquis ex illis subito in profundum damnationis cadetis, qui nunc per superbiam contemnitis Deum, cujus vices geritis.* - Die meisten Erklärer deuten es vom Sturze Satans. f. **princeps.** — Bildlich: ins Unglück geraten: **26, 2 ipsi infirmati sunt et ceciderunt.** - ***Thom.*** *quia superati sunt et absorpti.* - ***Lorin.*** Cadere *vel* ruere *et* corruere *dici solet in Scriptura, qui in magnam calamitatem incidit velut in laqueum, in eaque detentus nequit effugere.* - ***Geier:*** ceciderunt *in infortunium mortemque ipsam.* - Anders ***Euthym.*** Αὐτοὶ ἠσθένησαν, μηδέν με βλάψαι δυνηθέντες καὶ ἔπεσον, μὴ τυχόντες τοῦ σκοποῦ. - ***Calm.*** *Vaticinium est luculentissimum ejus formidinis, quae Judaeos ac milites terruit, cum, duce Juda proditore, ad hortum venere, Christum capturi.* — **35, 13 ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.** — ***Geier:*** *In infortunia ac mortem, vel foveam, quam aliis paraverunt, proruent certissime.* - ***Heser:*** *in peccata gravissima, non ex infirmitate animi, non ignorantia, sed deliberata malitia, cujus auctor est superbia, quae non vult subdere se divinae legi.* - ***DionCarth.*** *a statu salutis ac gratiae in statum damnationis ac mortis aeternae.* - ***Bellarm.*** *Primus Angelus cum sociis suis, et primus homo cum uxore sua ob superbiam* ceciderunt, *et per eos peccatum in mundum intravit. Et posteaquam ceciderunt a justitia ad iniquitatem, expulsi sunt a Deo a loco felicitatis et dejecti in profundum miseriarum.* — **36, 24 cum ceciderit, non collidetur.** - ***Bellarm.*** *Si justus ceciderit in aliquam afflictionem et tribulationem, quae sunt quasi foveae, vel saxa, vel lutum in via vitae hujus, non omnino succumbit aut opprimitur.* - ***DionCarth.*** *Cum justus ex humana fragilitate peccaverit et gratiam Dei amiserit, non penitus peribit in anima nec perseverabit in malo.* f. **collido.** — **117, 13**

impulsus eversus sum ut caderem (τοῦ πεσεῖν).' — ***Calm.*** *Ab hostibus undique circumventus, parum abfuit, quin coram illis caderem, illorumque conatibus succumberem.* - ***Ayguan.*** *Hic ostendit jam lapsum a Deo liberatum. Dominus enim non solum juvat hominem in tentatione, ne cadat, sed et post casum ipsum suscipit et facit surgere.* — In die Schlinge fallen: in laqueum 34, 8; in retiaculo 140, 10. — β) von den Wachteln: niederfallen, sich niederlassen (ἐπιπίπτω) 77, 28. — **b)** von leblosen Dingen: von der Meßschnur 15, 6. s. ***funis.*** - bes. befallen, über jem. kommen: **54, 5 formido mortis cecidit super me: Todesschrecken hat mich überfallen.** - ***Geier:*** *terrores improviso obruentes, graviter immoteque me obrutum instar lapidum molarium prementes, fugam prohibentes, vires exprimentes.* Vgl. irruo Gen. 15, 12. Ex. 15, 16. Jos. 2, 9. s. ***formido.*** — **68, 10 opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me: die Schmähungen derer, die dich schmähen, sind auf mich gefallen.** - ***Geier:*** *Uno velut impetu oppressus fui immenso illo molestissimoque convitiorum onere, quae adversus te scelerato evomuerunt ore falsi doctores, traditionibus suis erroneis inventisque pestilentibus continua tibi inferentes opprobria.* s. ***exprobro.*** — **2)** כָּרַע, προπίπτω, sich beugen, niederfallen, sich niederwerfen, anbeten: **21, 30 in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram: vor ihm werden niederfallen alle, welche sinken in den Staub,** ins Grab, d. h. alle Sterblichen (vgl. 29, 10 dum descendo in corruptionem). s. ***terra.*** - Vgl. procidere 71, 9; 94, 6. - ***Aug. Cassiod. PsaltVet.Rom.*** procident. - [***Moz.*** procedunt]. - ***Hier.*** *curvabunt genu.* - ***Menoch.*** *humi procumbentes, et se, ut adorent, submittentes.* - ***DionCarth.*** *Christum devote colent atque humiliter adorabunt omnes nascentes et habitantes in mundo.* - ***PerezVal.*** *Omnes mortales procident in facies et curvabunt genua in conspectu hujus sacramenti, quando videbunt in manibus sacerdotum.* - ***Heser:*** *Possumus hunc versum etiam interpretari de indigne communicantibus . . . Etsi videantur isti stare in conspectu hominum, in conspectu tamen Dei miserabiliter ceciderunt.* — **3)** für מוֹט: **139, 11 cadent super eos carbones.** Die ***LXX*** (πεσοῦνται) übersetzten das *Qerê* יִמּוֹטוּ eig. = **mögen auf sie herabgesenkt werden.** [Das *Kethîb* יָמִיטוּ wird erklärt »man (die himmlischen Mächte) möge auf sie herabsenken«]. Neuere versuchen die Emendation יַמְטִיר »er wird regnen lassen« (pluet 10, 6). Indes die alte Lesart ist verbürgt durch alle alten Versionen: ***Targ.*** יִמְטוּן. - ***Syr.*** [illegible]. - Alle ***Arab.*** gebrauchen سقط. — s. ***carbo.***

caecus, a, um (vgl. καικίας), blind: *Subst.* ein Blinder, τυφλός, עִוֵּר: **145, 8 Dominus illuminat caecos.** - ***Genebr.*** *Hos autem delegit prae ceteris aegris, ut Deum doceret curare morbos desperatos.* - ***Agell.*** *Hebraei in universum de casibus adversis et aerumnis caecitatem accipiunt; nam qui malis afflictantur, quasi in tenebris et caecitate degunt: a quibus malis Deus tantummodo liberat.* - ***DionCarth.*** *Corporaliter et spiritualiter saepius factum est a Deo. Corporales oculos hominum excaecatorum saepe ad visum corporalem reduxit. Peccatores quoque tenebris ignorantiae, passionumque caligine, vitiorumque nebula spiritualiter excaecatos, frequenter misericordissime illustravit, dando eis gratiae lumen, sapientiae claritatem, veritatis notitiam. Maxime vero in Christi adventu impletum est.* s. ***illumino.***

caelum s. ***coelum.***

calămus, i, *m.* (κάλαμος; vgl. Halm), das Rohr, besonders das Schreibrohr: **44, 2 lingua mea calamus scribae velociter scribentis.** - עֵט **Griffel.** ***Hier.*** *stilus.* - ***Aq.*** σχοῖνος. - ***Sym.*** γραφεῖον. - ***Lorin.*** *Supple* sicut *calamus.* - ***Targ.*** הֵיךְ קוֹלְמוֹס.

Des Sängers Zunge bewegt sich infolge der ihm zuströmenden Gedanken so schnell wie der Griffel eines Schnellschreibers. - ***Bellarm.*** *Lingua mea protulit hunc Psalmum, sed id fecit, non ut lingua mea, non ut membrum corporis mei, quod ad imperium voluntatis meae movetur: sed ut* calamus *Spiritus sancti, tamquam* scribae velociter scribentis. ***Thom.*** *Et ideo principalis auctor hujus Psalmi est Spiritus sanctus.*

calcanĕum, i, *n.* [Alte Psalmenerklärer gebrauchen die Form calcaneus. Vgl. auch ***IsidHisp.*** Ethym. 11, 1, 114 (M. 82, 411)], — seltene Form für calx — die Ferse: πτέρνα, עָקֵב: **55, 7 calcaneum meum observabunt: sie haben acht auf meine Ferse.** - עֲקֵבַי meine Fersen. ***Hier.*** *plantas meas.* - ***Targ.*** אִסְתַּוְרַי »meine Füße«. - ***Altschul*** [מְצ׳ ד׳]: פסיעות רגלי »die Schritte meiner Füße«. - ***Sym.*** τὰ ἴχνη μου. - Auf allen Tritten und Wegen lauern sie mir auf, um das Entrinnen unmöglich zu machen (***IbnEzra:*** ולא תוכל להמלט). - ***Lorin.*** Observare calcaneum *est insidiari ad subvertendum et propellendum ad lapsum, supponendo pedem ad offensionem ruinamque: investigare in morem venatoris canisve venatici, tendere laqueos ut irretiant: expectare peccati lapsum, aut infortunium ac sinistrum casum, unde captetur occasio ridendi, insultandi, criminandi, quavis ratione nocendi: omne iter viae attendere ipsosque gressus.* - ***Gerhoh.*** . . . *ut si non in principio, vel medio, saltem in fine cujuscunque actionis meae tale quid inveniant, quod reprehendant vel male actum vel male dictum. Propter quod non solum facta observant, sed verborum aucupes et syllabarum paene dinumeratores, etiam sermones vel scripta mea trutinant, non ad aliud, nisi ut reprehendant, et nomen meum faciant aliis odiosum et onerosum, ita ut me pauci diligant, vix aliqui sustineant.* - ***HugCar.*** *Dicit non pedem, sed* calcaneum, *ut notet eorum perseverantiam in malo, quia usque in finem operis, vel vitae justorum non cessant eis insidiari.* - ***DionCarth.*** *Propter quod scriptum est: Observabant Judaei, si Jesus sabbatis curaret, ut accusarent eum* (Marc. 3, 2). - ***Ginnas.*** *Calcaneum haeretici observant, successores Petri calumniantes, Ecclesiam, ejusque personas, ut lacerent observantes, calumniantes, percutientes gladio linguae iniquae.* - ***AlbertM.*** *Calcaneum etiam finis vitae, cui inimici spirituales insidiantur.* — **48, 6 iniquitas calcanei mei circumdabit me: (wann) die Bosheit meiner Ferse mich umgiebt.** - Diese Stelle wird sehr verschieden erklärt. Was zunächst den griech.-lat. Text betrifft, so nehmen die einen calcanei mei als *genet. subject.*, die anderen als *genet. object.* Im ersteren Falle erklärt man calcaneum vielfach *meton.* für »Tritt« und dies im ethischen Sinne für »Lebenswandel«. So übersetzt neuestens ***Hoberg:*** »Der Frevel meines Lebenswandels umgiebt mich«. - ***DionCarth.*** *operationes meae.* - ***Thomasius:*** *Quia poena iniquorum gressuum et actuum vitae meae me reum tunc (in die calamitosa judicii novissimi) circumstabit, ut effugere nequeam tribunal Dei.* - Andere fassen calcaneum *meton.* als »Trug, Hinterlist«. ***Theod.*** Τὴν πτέρναν ἔνιοι τοῦ βίου τὴν ὁδὸν προςηγόρευσαν· ἐγὼ δὲ οἶμαι τὴν ἀπάτην αἰνίττεσθαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων, οἳ τῇ πτέρνῃ πολλάκις τοὺς ἀνταγωνιστὰς καταβάλλουσι. - ***Chrys.*** Οἶδε καὶ πτέρναν καλεῖν τὴν ἀπατίαν ἡ γραφή. - Diese »Hinterlist« erklärt ***Euthym.*** allgemein als »Sünde«: Πτέρνα ἡ ἀπάτη· ἀπάτη δὲ ἡ ἁμαρτία, ὡς ἀπατοῦσα τὸν ἁμαρτάνοντα. - ***Titelm.*** *iniquitas, qua homo proximum suum circumvenit et supergreditur, quasi calcaneo ipsum supplantans, ipsa est, quae hominem circumdabit in die mala, et in novissimo comprehendet, constringet et obligabit in damnationem.* Andere verstehen calcaneum vom »Lebensende«. - ***Bellarm.*** *iniquitas extremae vitae meae, iniquitas perseverans usque in finem*

vitae. - ***Thom.*** giebt drei Erklärungen: *Per calcaneum possunt tria intelligi. Primo quia est extrema pars corporis; et ideo* iniquitas calcanei mei *est iniquitas, quae perseverat usque ad finem vitae. Item per calcaneum potest intelligi infirmitas carnis: quia, quando homo deficit, calcaneus labitur. Et sic* iniquitas calcanei, *id est, peccatum procedens ex infirmitate carnis. Tertio persecutio injusta, quam quis movet contra alium.* - ***PlacParm.*** *Calcaneus est extrema pars corporis, ideo pro continua perseverantia in malo ponitur; vel quia calcaneus est infima pars corporis, ideo accipi potest de infimo peccato, scilicet, carnis.* - Andere fassen calcanei mei als *genet. object.* »Bosheit, die meiner Ferse nachstellt«. - ***Schegg:*** »d. h. hinterlistige, von rückwärts nachstellende Bosheit«. - ***Rohling:*** *iniquitas valde periculosa.* - ***Reischl, Thalh., Wolt.*** übersetzen in diesem Sinne sachlich richtig: »Bosheit meiner Fersentreter«. — Gehen wir über zu den Erklärern des hebr. Textes: עֲוֹן עֲקֵבַי **die Bosheit meiner Fersen.** ***Altschul*** [מצ׳ צ׳] erklärt עקב mit רגל »Fuß«; - ***IbnEzra*** *meton.* vom (bösen) Lebensweg (הטעם שהלך בדרך לא ישרה והוא העון לעולם סביבי). Ohne Zweifel ist auch des ***Sym.*** τῶν ἰχνέων μου so zu verstehen. ***Hier.*** übersetzt wieder *iniquitas calcanei mei.* Ebenso ***Calv.*** Vom Lebensende versteht es ***Targ.*** (דְחוֹבָת סוֹרְחָנִי בְסוֹפֵי יַחְזְרָנָנִי). - Ebenso ***Qimchi*** (לפי שהעקב הוא סוף כל הגוף נקרא סוף כל דבר עקב), der es auch erklärt von der zukünftigen Welt (הו יהיה פירוש עקבי העולם הבא). — Viele Exegeten verstehen aber עֲקֵבַי von den Feinden. - ***Luth.*** »wenn mich die Missethat meiner Untertreter umgiebt«. - ***Geier:*** supplantatorum meorum. *Hoc in loco* עָקֵב *videtur esse participium vel participiale nomen verbi* עָקַב supplantavit, *cujusmodi forma nominis est* שָׁלֵם rependens *vel* puniens, יָרֵא timens. - ***Del.*** עֲקֵבַי nennt der Dichter seine heimtückischen Feinde; man braucht nicht עֹקְבַי (***Bötlch. Klosterm.***) zu lesen, da ein Participiale עָקֵב supplantator v. עָקַב supplantare sich ohne Zweifel bilden läßt«. Diese Auffassung scheint eine Stütze zu finden am ***Syr.*** ܥܘܠܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝ »die Bosheit meiner Feinde« (ש: פ: ם: اعدای). - ***Baethg.*** übersetzt: »wo mich mit Frevel umringen meine arglistigen [Feinde]« mit der Begründung: »Origenes transscribierte αων ακουββαει ιεσουββουνει d. i. עֲוֹן עֲקֵבַי יְסֻבּוּנִי. Dies giebt einen vortrefflichen Sinn. סָבַב ist mit dem doppelten Accusativ konstruiert. עָקֹב Jer. 17. 9 von dem trügerischen Herzen gebraucht, bezeichnet im Psalm die hinterlistigen Feinde, die den Sänger umgeben und ihm auf jede Weise zu schaden suchen.«

calceamentum, i, *n.* (calceus—calx), Schuhwerk, Sandale: ὑπόδημα, נַעַל: 59, 10 u. 107, 10 **in Idumaeam extendam calceamentum meum: auf Idumäa setze (werfe) ich meinen Schuh.** — Daß diese Worte bildlich die Unterwerfung Edoms bezeichnen, ist gewiß; nur sind die Exegeten verschiedener Meinung in der Auffassung des Bildes selbst. ***Hoberg*** übersetzt: »Nach Idumäa lenke ich meine Schritte«. Er faßt mit den meisten Alten »Schuh« *meton.* für »Fuß, Schritt«. — ***Euthym.*** Ὑπόδημα τὴν πορείαν λέγει, τουτέστι, καὶ ταύτην ὑποτάξω λαῷ μου συνεκστρατεύσας αὐτῷ. - ***Hier.*** übersetzt: *super Idumaeam incedam calceamento meo.* - ***Bellarm.*** erklärt: *pergam ad debellandam et pedibus concalcandam Idumaeam.* - ***Agell.*** *Idumaeam ita subjectam habeo, ut illam omnibus viribus conculcem et proteram, tamquam sub calcibus habeam.* - ***Menoch.*** *Porro sequar prosequi victoriam de Idumaeis obtentam, et vestigia ponere in regione, et solo prius ab illis possesso.* - ***Titelm.*** *Super filios Edom calcabo tamquam perfecta subjectione plenissime subjectos mihi.* Die neueren Erklärer des hebr. Textes übersetzen **»auf Edom werf' ich** (אַשְׁלִיךְ) **mei-**

nen Schuh«. Dabei denken die meisten an einen Ort, wohin man den durch Staub und Schmutz verunreinigten Schuh hinwirft, oder an einen Sklaven, dem man sie hinwirft zur Reinigung. In beiden Fällen Ausdrück der Verachtung gegen das unterworfene Edom. — Nach anderen soll das Hinwerfen des Schuhes Bild der Besitzergreifung sein. Man verweist dabei auf Ruth 4, 7, wo d. Ausziehen u. Übergeben des Schuhes Symbol d. Rechtsentsagung und Abtretung des Besitzes ist. — [*Qimchi* (ס'הש') faßt נַעַל als Fußfessel: נקרא הכבל נעל בענין הזה על אדום אשליך נַעֲלִי. Vgl. *Altschul* [מצ' צ']: נעלי אשים [מצ' ד'] - מל' מנעול העשוי לסגור בו לרגליהם לסגרם בהם]. - Mystisch deuten die alten Erklärer diese Worte von der Verkündigung des Evangeliums. - ***Aug.*** *Cujus rei* calceamentum, *nisi Evangelii?* Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! (Rom. 10, 15; vgl. Is. 52, 7). Calceati pedes in praeparatione Evangelii pacis (Eph. 6, 15). - ***Cassiod.*** Calceamentum *enim praedicationem Evangelii convenienter advertimus, quia sicut pedibus nostris munimina calceamentorum molestias spinarum aliasque injurias repellunt, ita et vitae nostrae gloriosissimum institutum, quod frequenter gressibus comparatur, evangelica praemunit auctoritas, ut tali beneficio communiti, hunc mundum sine aliquibus laesionibus, muniente Domino, transeamus. Hoc est ergo* calceamentum, *quod nos munit contra vitia, haec defensio, quae saeculi hujus spinosa transcendit, ut laedere non queant, quae acuminatis insidiis probantur armata.* - ***HugCar.*** *Calceamentum Christi est Evangelium, quia sicut calceamentum fit de corio mortui animalis, sic Evangelium de morte Christi, et munit pedes affectuum. Item* calceamentum *dicitur Christi humanitas.* - ***Basil.*** Ὑπόδημα τῆς θεότητος ἡ σάρξ ἡ θεόφορος, δι' ἧς ἐπέβη τοῖς ἀνθρώποις.

caligo, ĭnis, *f.*, Dunkel, dichte, schwarze Wolke: γνόφος (= δνόφος, vgl. κνέφας), עֲרָפֶל (v. עָרַף wie כַּרְמֶל v. כֶּרֶם): **17, 10 caligo sub pedibus ejus: Wolkendunkel unter seinen Füßen.** (Nominaler Umstandssatz.) Die herrliche Theophanie geschildert nach Ex. 19, 9. 16; 20, 21. Deut. 4, 11. Vgl. 96, 2. - ***Heser:*** *Illa nubes appellatur* caligo, *quia obscura, nigra, procellosa, horribilis, noctem imitatur et necem.* - ***Jansen:*** *Ut se, qui invisibilis est, iratum adesse ostenderet, sub ipso in nubibus existente atra caligo omnia obscurans et contristans longe lateque diffusa est super terram.* - ***Agell.*** *Impetum quendam et celeritatem divinae animadversionis per haec verba significari arbitror; tamquam ad inferendam poenam ita velociter descenderit, ut velocitate cursus pulverem excitarit.* - ***Lorin.*** *Juxta mysticum sensum de obscura intelligentia mysterii Incarnationis et quae cum ea conjuncta sunt, necnon divinorum consiliorum Dei passim intelligunt.* - ***Euthym.*** Γνόφος μέν ἐστι σκότος· πόδες δέ, ἡ πορεία· κεκρυμμένη γὰρ ἡ αἰτία τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ ἀκατανόητος ὁ τρόπος αὐτῆς. - ***Aug.*** *Impii qui terrena sapiunt, caligine malitiae suae non eum cognoverunt.* - ***HugCar.*** Caligo, *i. e. diabolus, qui dicitur caligo formaliter, quia caret luce, et effective, quia efficit caliginem peccatis.* Sub pedibus ejus, *i. e. sub potestate Christi, quia per humilitatem incarnationis et passionis triumphavit de ipso. Vel* caligo *dicitur simplicitas credentium, quae est sub pedibus Christi, quia simplices nihil desiderant, nisi quod Christus.* — **96, 2 nubes et caligo in circuitu ejus: Gewölk und Dunkel um ihn her.** — ***Titelm.*** *Nube et caligine circumdatus est, in nube et caligine habitat, quem secundum divinitatem nemo hominum vidit, cujus majestatem nemo perscrutari sufficit. Nube quoque et caligine terribiliter circumdatus veniet ad judicium, quando veniet cum nubibus in gloria Patris*

sui: et sicut a nube ex hoc mundo ad Patrem ascendens fuit assumptus in coelum, quae eum ascendentem accepit et abscondit ab oculis spectantium, ita in nube veniet et in nube revelabitur mundo, cum ad judicandum advenerit. - **Agell.** Quo tristem et exitiabilem hostibus ejus praesentiam adfore significat. Quos igitur adhuc passus erat, ab iis poenas repetiturus non sereno vultu et placato, sed tristi et irae nube circumtecto venit. - **PlacParm.** Venturus est in nube gloriosa, et circa ipsum erit nubes obscura impediens, ne lumen solis videant. Vel per nubem et caliginem assumpta caro intelligitur, quae divinitatem occultabat. - **Euthym.** Νεφέλη καὶ γνόφος, ἡ προςληφθεῖσα σάρξ, ὡς ὑποκρύπτουσα τὴν θεότητα. - **Theod.** Διὰ τοῦ γνόφου καὶ τῆς νεφέλης τὸ ἀθέατον τῆς θείας ἐδίδαξε φύσεως. - **Aug.** Nubes et caligo impiis qui eum non intellexerunt; justitia et judicium fidelibus, qui in eum crediderunt. - **HugCar.** Per nubem, quae aquam portat et pluit, significatur compunctio et devotio; per caliginem conturbatio animi pro suis peccatis.

calix, ĭcis, *m.* (κύλιξ, vgl. »Kelch«), Becher, Kelch: ποτήριον, כוס, bildl. vom Los u. Geschick: **10, 7** ignis et sulphur et spiritus procellarum **pars calicis eorum: ist ihr Becherteil.** - **Bellarm.** portio et haereditas ipsorum. - **Lorin.** Id erit supplicium, quod peccatoribus debetur, sive de eo intelligas, quod in hac luant vita, sive de illo, quod in futura. - **Titelm.** Ignis aeterni et et inextinguibilis cruciatus, foetor et ardor sulphuris intolerabilis, et flatus turbinis horribilissimorum illorum (inter quos eis erit societas) spirituum, et sempiterna ac nunquam cessatura tempestas, eorum plena merces erunt et tota retributio, totaque eorum portio, quam (velint nolint) gestabunt, epotabunt, et absque redemptione persentient, ac ferent in aeternum. - **Aug.** Calicem propterea puto appellatum, ne quid praeter modum atque mensuram, vel in ipsis peccatorum suppliciis, per divinam providentiam fieri arbitremur. — **15, 5 Dominus pars haereditatis meae et calicis mei.** - **Bellarm.** Dominus pars haereditatis meae, i. e. pars, quae mihi ex divisione haereditatis contingere debet, hoc est, quidquid omnino expecto, mihi Dominus est, ipse mihi est omnia: et calicis mei repetitio est ejusdem sententiae; nam et calix, qui dividi solebat inter convivas, pro haereditate accipitur. Nisi magis placeat, per partem haereditatis intelligere opes, per partem calicis delicias; ut sensus sit: omnes meas opes atque omnes meas delicias in solo Deo constitui. - **Dion. Carth.** Deus est portio credentium in me, qui coelestia proponunt terrenis, et creatorem praeeligunt creaturis; et ipse Dominus est pars calicis mei, i. e., Deus est finis et merces Passionis meae, quoniam ideo passus sum quatenus homines ultimo fine, i. e. Deo beatifice uniantur et ejus visionem pro mercede sui laboris ac meae Passionis recipiant. - **PlacParm.** Qui adhaeret Deo, unus spiritus fit cum eo, quia tenet et possidet eum. Ideo dicit Christus: Adhaerebo Deo, quia pars est meae haereditatis. Ac si dicat: alii partem suam habent in delectationibus mundi, alii in honoribus, sed omnia haec ego respuo, quia solus Deus est pars meae haereditatis, i. e. haereditas, quae mihi venit in meam partem. Idem est etiam pars calicis mei. Calix in sacra Scriptura tripliciter accipitur: scilicet pro delectatione electorum, ut est illud: Calix meus inebrians quam praeclarus est! Pro Passione, ut est illud: Potestis bibere calicem? Pro sacrificio Eucharistiae, juxta illud: Calix novi testamenti. His omnibus modis hoc in loco calicis nomen accipitur. Et est sensus: Tota delectatio mea Deus: ideo est calix meus. Tota Passio mea ad Deum et ejus honorem ordinatur: ideo est calix meus. Sacrificium meum Deus est: ideo calix meus. Sacrificium enim Eucharistiae non est panis, aut vinum, sed Christus, verus Deus. Ideo sicut Deus est haereditas mea, quae mihi in

sortem venit, ita est calix meus, qui mihi datus est in meam partem. — **22, 5 calix meus inebrians quam praeclarus est: mein Becher, der berauschende, wie köstlich ist er!** — ***Hebr.*** mein Becher ist Überfluß. Ja Glück [und Gnade werden mich verfolgen]. Diese Versabteilung haben auch ***Targ. Syr. Arab. Hier.*** - ***It.*** poculum tuum inebrians nach der Κοινή der ***LXX*** τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον [***Euthym.*** μεθύσκον με]. ***Hier.*** verbesserte bereits im ***Psalt. Rom.*** poculum meum. [Er bemerkt darüber (Ep. ad Sun. et Fret.): *In Graeco legisse vos dicitis* calix tuus: *sed hoc in* Κοινῇ *errore obtinuit. Ceterum et Septuaginta, et Hebraicum, et omnes interpretes* calix meus *habent.*] »Dein Becher« (كاسك) lesen auch ***Arab.*** ש : פ : ח (nur ס hat كاسى). [***Bellarm.*** *Sensus semper est idem. Calix enim ille et* meus *est, quia mihi datus, et* Dei *est, quia a Deo datus.*] Die wenigsten Ausleger fassen calix *meton.* für Wein im eigentlichen Sinne. - ***Calm.*** *Curas, ut calix meus semper vino abundet, ac nunquam vino caream.* - ***Geier:*** *Non habeo, cur sitim metuam: prospexit namque et hic mihi Deus largissime.* Meistens faßt man es bildlich. - ***Menoch.*** *Porro hoc vinum est copia bonorum spiritualium, quae Dominus propinat electis suis, ac praesertim Eucharistia.* - ***Aug.*** *Poculum tuum oblivionem praestans priorum vanarum delectationum, quam praeclarum est!* - ***Plac. Parm.*** *Per calicem inebriantem Legis doctrinam intelligit.* - ***Euthym.*** Τὸ πόμα τῶν εὐαγγελικῶν λόγων μεθύσκον με ἐστίν· ἔκστασιν γὰρ ἐμποιεῖ τοῦ προτέρου φρονήματος. - ***HugCar.*** *Est contemplatio, in qua me inebrias, et facis oblivisci omnium miseriarum et curarum.* - ***DionCarth.*** *Est sanguis Christi, contentus in* Calice benedictionis, *mentem divino amore inflammans, et velut ebriam faciens, quoniam facit eam inferiorum immemorem ac divinorum sitibundam.* - ***Remig.*** *Imitatio Passionis tuae mihi facta* calix inebrians, *i. e. dulcis potus.* s. ***inebrio.*** — **74, 9 calix in manu Domini.** - ***Geier:*** *Hic introducitur Deus, tamquam modimperator vel convivii praeses aut paterfamilias, demensum cuique convivarum aut domesticorum propinans, ubi* calici *indita portio turbida ac amara quidem, quam pii tamquam liberi, a morbis curandi, praeservandi aut paterne castigandi, degustare coguntur, verum amarities crassissima ac damnosa remanet in fundo, deglutienda tandem servis impiis.* - ***Agell.*** Calix *certam pro cujusque merito mensuram aerumnarum significat.* s. ***merus.*** — **115, 13 calicem salutaris accipiam.** s. ***salutare.*** — Die alten Erklärer verstehen durchgängig auch diese Stelle *meton.* vom Becher der Leiden, den der Sänger aus Dank gegen Gott gern aus dessen Hand hinnehmen will. - ***Aug.*** *Quis tibi dedit* calicem salutaris, *quem accipiens, et invocans nomen Domini, retribues ei pro omnibus quae retribuit tibi? quis, nisi ille qui ait:* Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum (Matth. 20, 22)? *Quis tibi dedit imitari passiones suas, nisi qui pro te passus est prior?* - ***Theod.*** Προσήκει τοίνυν θαῤῥαλέως τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καταδέξασθαι θάνατον καὶ ταύτην δοῦναι τῆς παντοδαπῆς εὐεργεσίας ἀντίδοσιν· ποτήριον γὰρ σωτηρίου τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας προσηγόρευσε θάνατον. - ***Euthym.*** Ποτήριον σωτηρίου, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὠνόμασε, τὸν διὰ μαρτυρίου. σωτήριον δὲ τοῦτο εἶπεν οὗτος, ὡς σώζοντα καὶ ζωοποιοῦντα, πολλῷ κρεῖττον, τοὺς ἀποθνήσκοντας δι᾽ αὐτόν. ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, φησὶν, ἀποθανοῦμαι. διψῶν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον· τοῦ τοσοῦτον εὐεργεσιῶν με καταξιώσαντως, ὡς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. - ***Cassiod.*** *Pulcherrime ac breviter definita est Martyrum mors* calix salutaris: calix, *quia sub mensura bibitur:* salutaris, *quia in aeternam salutem, Domino praestante, propinatur.* - ***Haymo:*** *Morte mea mortem Domini imitabor: et hoc non sic faciam, ut non libens facere videar, sed* accipiam, *i. e. magno desiderio appetam,* ca-

licem *dico* salutaris, *i. e. Salvatoris, quem ipse pro nostra redemptione sustinuit: cum dicit* salutaris, *innuit quod et ipse per hunc calicem salutem assequatur. Per* calicem *ideo intelligimus mortem, quia cum quadam delectatione accipiunt eam Sancti, et est eis perfecta refectio.* - ***Gerhoh:*** *Potum Jesu bibam, i. e. causa illius moriar. Vel: passionem subeam, quae dat mihi animae salutem. Similitudo est ab illo, qui amaram potionem bibit propter aegritudinem, et per illam consequitur salutem.* - ***HugCar.*** *Passionem Salvatoris imitabor.* - ***Ayguan.*** *Calix est triplex, quem Deo debemus reddere, scilicet calix consecrationis Christi sanguinis, calix passionis Christi hominis, calix poenitentiae contriti hominis. Primum calicem accipimus, cum digne Christi corpus et sanguinem sumimus, et Christo per fidem copulamur. Secundum calicem accipimus, quando mortem, quam pro nobis Christus tulit, pro gloria nominis ejus patiendo, ei reddimus. Sed tertium calicem accipimus, quando nosmetipsos pro ejus nomine affligimus. Sed quantum ad litteram spectat, maxime de calice passionis Christi intelligitur, ut ejus passionem et mortem in corde semper accipiamus et pro ipso mori, si articulus requirat, parati voto simus. Et attende, quod ait* Calicem salutaris: *salutare enim dicitur Christus* (Luc. 2, 30): Quia viderunt oculi mei salutare tuum. *Et sic* calix salutaris *est calix Christi.* - ***PerezVal.*** *Sicut ipse obtulit se pro me in ara crucis ad mortem et bibit pro me calicem passionis: ita ego offeram meipsum et exponam me ad mortem pro ipso et defensione sui nominis et legis evangelicae. Et sic* calicem salutaris, *scilicet passionis et mortis martyrii* accipiam. - ***Titelm.*** *Sane dignam retributionem, aut plenam compensationem minime invenio, verumtamen ad qualemcunque gratiarum actionem, ecce calicem amaritudinum atque passionum, quem prior bibisti, Domine, pro tuo amore acceptare atque bibere paratus sum: propter veritatis confessionem etiam mortis amaritudinem libenti animo suscepturus.* - ***Bellarm.*** *Bibam libenti animo calicem Domini, quantumvis amarum, sive tribulationes, sive pericula, sive mortem ipsam pro suo honore sustinere me velit: scio enim calicem hunc amarum quidem, sed salutarem futurum. Et quia de meis viribus non confido, sed in Domini adjutorio omnia possum, ideo* nomen Domini invocabo, *ut det mihi, calicem suum intrepide haurire.* - ***DionCarth.*** Calicem salutaris, *i. e. passionem, persecutionem, seu mortem salutis, i. e. per quam ad salutem pertingitur. Per calicem namque venitur ad gloriam.* Accipiam, *i. e. aequanimiter feram. Vel:* Calicem salutaris, *i. e. vitam poenitentialem, mei ipsius districtam castigationem, quotidianamque mortificationem,* accipiam, *bajulando crucem meam quotidie et Christum sectando.* - Andere verstehen calix ebenfalls *meton.* vom Schicksalsbecher, aber wegen des beigefügten salutaris im guten Sinne. ***Hoberg*** übersetzt »den Heilsbecher nehme ich an« mit der Erklärung: »dankbar nehme ich das von Gott mir gegebene gute Los dieses Lebens (oder in einem bestimmten Falle die verliehene Hilfe) an und will dafür dankbar sein«. - Ähnlich erklärt ***Schegg:*** »Ich will den Becher der Hilfe, die mir gewordene Hilfe ergreifen, d. i. nicht verscherzen, nicht verloren gehen lassen, sondern gleichsam mit beiden Händen ergreifen und festhalten und dadurch meine Dankbarkeit an den Tag legen«. - ***Hgstb.*** »‚Becher des Heils‘ ist bildliche Bezeichnung des dem Sänger zugeteilten Heiles. Er will mit demselben, es ins Gemüt fassend, vor den Herrn treten und nach dem Vorbilde Abrahams, der nach jeder großen Heilserfahrung dies that, lobend und dankend den Herrn anrufen, die einzige Vergeltung, die der arme Mensch Gott für seine Wohlthaten darbringen kann.« — Eine dritte Ansicht versteht unter »Kelch des Heiles« einen wirk-

lichen Becher, der zum Dank bei der Opfermahlzeit geleert wurde. So ***Qimchi:*** כשאעשה משתה ושמחה ארים כוס היין ואודנו עליו בפני רבים ואזכיר ישועתו שהושיעני ואותו הכוס יקרא כוס יְשׁוּעוֹת »wann ich ein Freudenmahl halte, erhebe ich den Weinbecher und preise ihn (Gott) über demselben im Angesichte vieler und verkünde seine Hilfe, die er mir angedeihen ließ. Diesen Becher nennt er ,Becher des Heils'«. - ***Calm.*** *Elapsis periculis calamitatibusque pacifica sacrificia plerumque offerebantur, solvebantur vota, et religiosum convivium agitabatur, convivis omnibus e* calice salutis, *vel gratiarum actionis, bibentibus* . . . - ***Muis:*** *Respiciebat dubio procul ad morem usitatum in populo Judaico. Solebant, qui ex gravi aliqua calamitate aut periculo emerserant, post victimas oblatas sacra celebrare convivia, in quibus gratias agebant Deo.* - Ähnlich ***Heser, Thomasius, Flamin. Pagn.*** al. und die meisten protestantischen Ausleger, z. B. ***Calv. Gesen. Del. Rosenm. Wette.*** - Neuestens wieder ***Baethg.*** »Diese Dankesaktion des Sängers wird erläutert durch die Stelle des Königs Jehawmilk von Gebal (Corp. Inscr. Sem. 1, 1). Der König ist hier abgebildet, wie er mit einer Schale in der Hand vor die Göttin hintritt, um ihr durch ein Trankopfer seinen Dank abzustatten. Daß es sich auch im Psalm um ein Opfer und zwar um ein Dankopfer handelt, zeigt V. 14 u. 17—19. כּוֹס יְשׁוּעוֹת ist der Becher, welcher für die verschiedenen vom Dichter erfahrenen göttlichen Hilfeleistungen geleert werden soll. ***Sym.*** ὑπὲρ σωτηρίας. Bei der Spende will der Sänger zugleich den Namen Jahves ausrufen (V. 2, 79, 19), um zu erkennen zu geben, daß Jahve es ist, dem er seine Rettung verdankt.« [Manche Neuere polemisieren gegen diese Erklärung. So sagt ***Hupf-Now.*** »,Becher des Heils (der Rettung)' würde man am einfachsten vom Becher des Dankes (π. εὐλογίας Matth. 26, 27) bei dem Dankopfermahl verstehen, wofür die Analogie des folgenden ,Gelübde bezahlen' und besonders des ,Dankopfer schlachten' V. 18 an entsprechender Stelle spricht; aber diese Sitte ist im A. T. nicht nachgewiesen. Daher verstehen andere ,Becher' wie sonst als symbolische Bezeichnung des Geschicks.« - Auch ***Thalh.*** »An das Ergreifen eines Weinbechers bei der Opfermahlzeit darf man kaum denken.« - Ebenso ***Schegg:*** »Es fehlt dieser Erklärung an der notwendigen geschichtlichen Begründung«. - ***Hgstb.*** »Abzuweisen ist die Beziehung auf den Kelch der Danksagung beim Dankopfer oder der mit ihm verbundenen Opfermahlzeit.«]

calor, ōris, *m.* (caleo), Wärme, Hitze, Glut: ϑέρμα, חַמָּה: **18, 7 nec est qui se abscondat a calore ejus: u. keiner ist, der sich verbirgt vor ihrer Glut:** οὐκ ἔστιν, ὃς ἀποκρυβήσεται — אֵין נִסְתָּר wird gewöhnlich neutrisch gefaßt: nichts entzieht sich. - ***Cleric.*** *neque quidquam calorem ejus fugit.* - Vgl. indes ***Calv.*** *nullusque absconditur.* - ***Graetz:*** »niemand«, wie auch ***Raschi*** (לא היה אדם נסתר מפניו) u. andere hebr. Kommentare (אין מי שיהיה נסתר [מצ' ד']). - ***Agell.*** *In omnes mundi partes pervenit vitalis ejus calor, ut cordis calor per totum corpus animalis diffunditur. Non autem dixit* Nec est qui se abscondat a lumine ejus: *id enim fortasse qui velit, effugere possit; at calorem effugere nullo modo potest, cum ille etiam in abditas terrae partes penetret.* - Letztere schon von ***Qimchi*** gemachte Unterscheidung (לא אמר וְאֵין נִסְתָּר מֵאוֹרוֹ כי לא יוכל האדם להסתר מאורו ולא מחומו כי אפילו בחדרי חדרים ישיגנו חומו) ist schwerlich vom Verfasser intendiert, da Licht und Wärme unzertrennlich sind: er redet vom erwärmenden Lichte. Man vergleiche die Sprichwörter aller Sprachen, daß die Sonne »alles sieht u. an den Tag bringt«. - Richtig ***Theod.*** Τὸ ϑέρμος ἐνταῦϑα ἀντὶ τοῦ φω-

τὸς ἐμνημόνευσεν. - ***Euthym.*** Τοῦτο γὰρ τὸ θαυμασιώτατον, ὅτι τῷ αὐτῷ ἀποστήματι καὶ φωτίζει καὶ θερμαίνει· τὸ δὲ παρ' ἡμῖν πῦρ φωτίζει μὲν πόῤῥωθεν· οὐ θερμαίνει δὲ, εἰ μὴ πλησιάσεις. Οὕτως ἐπαινέσας καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ, καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὸν δρόμον αὐτοῦ, καὶ τὴν χρείαν, δείκνυσι κἀντεῦθεν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν τὴν φιλότιμον ἰσχύν. - ***Jansen.*** *Ab his terris maxime dissitus omnia loca radiantibus flammis illustrat, omnibusque calorem suum vitalem, cunctas naturas augentem et nutricantem impertit, ita ut nemo expers sit, etiamsi velit, caloris ejus salutaris.* - Mystisch wird die allerwärmende und allbelebende Sonnenglut gedeutet von Christus und vom Heiligen Geiste. - ***Aug.*** *Cum* Verbum *etiam* caro factum est et habitavit in nobis (Joan. 1, 14) *mortalitatem nostram suscipiens, non permisit ullum mortalium excusare se de umbra mortis,* [***PetrLomb.*** *i. e. de peccatis, quia*] *et ipsam* [*umbram*] *penetravit* [*et dissolvit*] *calor Verbi* [*i. e. amor, vel gratia Christi, quando* sedentibus in regione umbrae mortis lux orta est eis (Luc. 1, 79. Is. 9, 2)]. - ***DionCarth.*** *Nemo se excusare potest a Christi amore, quoniam ista beneficia tanta tamque patentia sunt, ut ignorantia nullum excuset. Idcirco Christum omnes super omnia amare tenentur.* - ***Cassiod.*** *Spiritum sanctum videtur significare, quem post ascensionem discipulis misit. Ipse ergo* calor *est, a quo nemo possit abscondi, qui deitatis suae potentia uniuscujusque corda cognoscit.* - ***DionCarth.*** A calore ejus, *i. e. ab operatione seu examinatione Spiritus sancti, qui est ardentissimus amor Patris et Filii.* - ***Titelm.*** *Ipse in altum ascendens, dona dedit hominibus sui Spiritus, fecitque electos suos universos sui caloris et ardoris (hoc est Spiritus sui) participes: ita ut nemo sit, quem non visitatio donorum ejus subinde tangat, qui non virtutem sentiat illuminationis et Spiritus ejus, quantumvis etiam se abscondere aut occultare videatur a conspectu Dei. Quemadmodum enim sol materialis ad summum coeli scandens omnia sui caloris virtute contingit, neque quidquam est, quod non ejus virtutem persentiat, tametsi quaedam amplius, alia minus: ita et sol iste sui caloris et luminis virtutem modo quodam diffundit in omnes, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.* - ***Thom.*** *Sol quando est in alto, omnes calefacit: sic Christus ascendens, misit Spiritum sanctum discipulis. Spiritus sanctus calefacit. Sed numquid multi non recipiunt calorem ejus? Dicendum, quod sicut est de sole materiali, ita contingit de Spiritu sancto. Multi autem possunt se abscondere et non recipere calorem solis; sed sol ex parte sua se exhibet omnibus: sic Spiritus sanctus effunditur ubique, et petit ab omnibus recipi, nisi aliquis se per malitiam abscondat. Vel: licet peccator non recipiat eum, tamen non potest abscondi, quin cognoscatur ab eo.* — Es unterliegt keinem Zweifel, daß die mächtige Kraft der Sonne zunächst nach ihrer wohlthuenden Seite, dem erwärmenden und belebenden Lichte hier geschildert wird. Anders urteilt ***Calv.*** *Quia dicit, neminem vel nihil* abscondi *ab ejus calore, de violento aestu, quo tam homines quam reliqua animantia, plantae etiam et arbores torrentur, potius intelligo: quia vivificum calorem, quo nos vegetari sentimus, effugere nullus cupit.* - Auch ***Ruding.*** denkt an erster Stelle an die verheerende Hitze: *Cum* latendi *et* abscondendi *verbum usurpetur, ardorem potius et aestum quam calorem significare videtur. Est tamen verisimile, non incommoda tantum, sed commoda etiam solis in tali mentione significari.* Jedenfalls ist aber die verheerende Wirkung der Sonnenglut wenigstens an zweiter Stelle nicht auszuschließen. - Vgl. die sinnige Anwendung auf Christus als den schrecklichen Richter bei ***Iren.*** *Non est qui justum judicium ejus effugiat* (Adv. haer. 4, 66).

calumnia, ae, *f.* (v. altlat. calvĕre, verwandt mit carpere), jedes ränkevolle, mit Lug und Trug umgehende Verfahren, Schikane, nicht nur in Worten als Verleumdung, sondern auch in der That: (durch falsches Urteil und böswillige, ränkevolle Kritik scheinbar motivierte) Bedrückung: (συκοφαντία) עֹשֶׁק [calumnia für עֹשֶׁק ist sonst auch Wiedergabe des griech. ἄδικον Is. 54, 14; — ἄδικα Is. 59, 13; — ἀδικία Ez. 22, 27; — ἀδικήματα Jer. 22, 17; — καταδυναστεία Jer. 6, 6. Ez. 22, 12; — θλίψις Ez. 18, 18. (s. ***calumnior.***) — Vgl. auch iniquitas 61, 11; 72, 8]: **118, 134 redime me a calumniis hominum,** ut custodiam mandata tua. - ***Ambr.*** a calumnia. - ***Targ.*** מִטְלוּמָא - ***Syr.*** ܡܶܢ ܛܽܘܠܽܘܡܝܳܗ - ם: من ظلم (vom Stamm טְלַם, ܛܠܡ, ظلم, bedrücken, vergewaltigen). - ש: פ: ח: من بغى »von Bedrückung«. - ***Pagnin.*** *ab oppressione.* - ***Genebr.*** *Vindica me ab injuriis hominum et oppressione.* - ***Thalh.*** »*Calumniari* ist hier tückisches Handeln«. - Die alten Erklärer denken nur an calumnia im engeren und eigentlichen Sinne. - ***Aug.*** *Tu age infuso Spiritu tuo, ne me calumniae hominum terroribus vincant, et a tuis mandatis ad sua mala facta traducant. Si enim hoc mecum egeris, i. e. hoc modo me ab eorum calumniis, ne criminationes falsas, quas objiciunt, pertimescam, patientia donata redemeris: inter ipsas calumnias custodiam mandata tua.* - ***Ambr.*** *Qui enim premitur calumnia, non facile potest custodire mandata divina. Tristitiae necesse est plerumque aut timori cedat et affligatur vel metu calumniae, vel dolore.* - ***BrunSign.*** *Multae sunt calumniae hominum, quibus injuste sanctis calumniantur et quiescere non permittunt, et ideo ea diligentia, qua debent, Dei mandata custodire non possunt.* - ***Euthym.*** Ἵνα μήτε ἐκεῖνοι ἐμὲ συκοφαντήσωσιν, μήτε ἐγὼ αὐτούς· βαρὺ γὰρ ἡ συκοφαντία, ἀπόγνωσιν πολλάκις ἐμποιοῦσα τῆς ἄνωθεν προνοίας, τοῖς μικροψυχοτέροις. Ἀμοιβὴν δὲ τῆς ἐλευθερίας ὑπισχνεῖται τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν. Ἢ καὶ ἑτέρως, Λύτρωσαί με, καὶ φύλαξαί με ἐνοχλούμενον ὑπ' αὐτῆς, εἰωθυίας ἐμποδίζειν εἰς τοῦτο. - ***DionCarth.*** *Redime me a falsis accusationibus hominum malignorum, non ut nunquam calumnias patiar, quas Christus totiens passus est, cujus vestigia sequi oportet: sed ne per impatientiam vincar, ne remurmurem atque in talibus occuper, sed potius da mihi eas non curare nec eis immorari.* Ut custodiam mandata tua *corde quieto ac libero, quae ab impatientibus litigantibusque nequeunt custodiri.* - ***Theod.*** Καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς τοὺς ὀνειδιζομένους καὶ συκοφαντιζομένους ζηλωτοὺς καὶ μακαρίους ἐκάλεσεν· ἀλλὰ καὶ εὔξασθαι παρεγγύησε μὴ εἰςελθεῖν εἰς πειρασμόν. Συμβαίνει τοίνυν τοῖς εὐαγγελικοῖς νόμοις καὶ τοῦ Προφήτου ἡ προσευχή.

calumniator, ōris, *m.* (calumnior), Verleumder, Bedrücker: **71, 4 humiliabit calumniatorem:** συκοφάντην, עוֹשֵׁק (s. ***calumnior***). - ***Targ.*** גַּבְרָא טָלוּמָא »den gewaltthätigen Mann«. - ***Syr.*** ܛܠܘܡܐ. - ם: الظالمين - ש: פ: ח: الباغى »den Bedrücker«. - ***Genebr.*** *Defendet hic rex pauperes et oppressos, oppressoresque reprimet.* - ***Calm.*** Calumniatorem, *tyrannum, eosque, qui pauperem injuria afficiunt, vexant, opprimunt, penitus abolebit.* - ***Cassiod.*** Calumniatorem, *diabolum significat, superbum, crudelem, insatiabilem, malorum omnium principem.* - ***PerezVal.*** *Per* calumniatorem *intelligit primo diabolum, qui est pater et caput omnis fraudis et calumniae et mendacii et superbiae et omnis peccati. Et exinde intelligit omnia membra ejus, sive omnes mendaces calumniatores, mendaces superbos, avaros, fornicatores, osores — omnem hominem mundanum et peccatorem. Nam qui vivit secundum mundum, non vivit nisi in calumnia et fraude. Unde omnis superbus conatur cum calumnia omnes alios deprimere et subjicere; et avarus cum calumnia alios defraudare; et luxuriosus

cum calumnia omnes mulieres decipere. - ***LudSax.*** Calumniatorem *scilicet diabolum, qui est injustus accusator fratrum nostrorum: et innocentes nititur tradere in culpam. Humiliavit eum Dominus in cruce: humiliat quotidie in membris suis per poenitentiam ipsorum: humiliabit in judicio futuro.*

calumnior, atus sum, ari (calumnia), ränkevoll verfahren, schikanieren, in Wort und That: verleumden und bedrücken, tyrannisieren: עָשַׁק 1) ἀδικέω [vgl. noceo 104, 14; 145, 7 *pass.* injuriam pati. — In anderen Büchern steht calumnior für עָשַׁק auch als Wiedergabe des griech. θλίβω Ez. 18, 18; — καταδυναστέω 1 Sam 12, 3. Am. 4, 1 (calumniam facere). Os. 5, 11 (*pass.* calumniam pati). Os. 12, 8 (*inf.* calumnia) — διαρπάζω Mich. 2, 2; — ἀποστερέω Mal. 3, 5]: **118, 121 non tradas me calumniantibus me.** — ***PsaltCorb. Mediol. Hil. Ambr. Aug. Prosp.*** nocentibus. - ***Cassiod.PsaltMoz.Rom.*** persequentibus. - ***Hier.*** übersetzt wieder *his qui calumniantur me.* - ***Pagn.*** *opprimentibus me.* - ***Calv.*** *oppressoribus meis.* - ***Targ.*** לְטָלוֹמַי - ***Syr.*** ܩܳܐܡܺ ܕܡܥܰܠܒܢܝ - ש: ם: للظالمين لى - ח: الى الذين الى الظالمين لى - פ: يظلمونى »meinen Bedrückern«. - ***Jansen.*** *Ne me derelinquas tyrannidi studentium injuria me afficere.* - ***Lorin.*** *Calumniari et* ἀδικεῖν *non tantum, nec tam ad injurias verborum pertinent, etsi has prae se magis ferat latinum verbum, quam rerum et factorum et ad vim, ac iniquam oppressionem, quamdamque tyrannidem.* - ***Agell.*** Calumniantes *vocat eos, qui freti potentia, injuriam ementito aliquo ad speciem juris colore fucantes, vim afferunt infirmioribus eosque bonis honoreque spoliant.* - ***LudSax.*** Non tradas me *crimina mihi false imponentibus et propter justitiam me persequentibus, i. e. non permittas me incidere in potestate eorum sic, ut timendo mala perpeti, eis cedam, ut mala faciam.* - ***PerezVal.*** *Non tradas me haereticis calumniantibus et volentibus me decipere cum suis fictis et falsis opinionibus.* - ***DionCarth.*** *Ne tradi permittas me voluntati et potestati eorum, qui mihi calumniam inferunt, quaerentes decipere, inficere, subvertere animam meam. Non ergo, o Domine, permittas me vinci, aut daemonibus subdi.* - ***Ayguan.*** Calumniantibus me, *scilicet daemonibus, quia non ipsorum portio, sed tua sum, non ipsorum voluntatem secutus sum, sed tuam, quia* feci judicium et justitiam. — 2) συκοφαντέω: **118, 122 non calumnientur me superbi.** — ***Aug. Prosp.*** mihi. - ***PsaltRom. Mediol. Moz.*** ut non calumnientur mihi. - Auch ***Syr.*** gebraucht ܥܠܒ; - gleichbedeutend: ***Targ.*** טְלַם - ח: ثلب - ש: ם: بغا - ***J.*** غشم. - ***Pagn.*** *ne vim inferant mihi superbi.* - ***Flam.*** *non opprimant me.* - ***Titelm.*** *Ne permittas superbos Legis tuae osores me affligere, opprimere, mihi vim inferre sic ut praevaleant aut dominentur mei.* - ***Jansen.*** *Ne sinas, ut superbi legum tuarum transgressores vim et injuriam eam, quam conantur, mihi inferant.* - ***PerezVal.*** *Ne superbi et ambitiosi haeretici calumnientur nec decipiant in suis pravis et falsis sectis.* - ***PlacParm.*** *Ne* superbi, *i. e. haeretici, infideles, mali Christiani, Legis contemptores mihi calumnias inferant. Omnes supradicti suas peculiares calumnias habent.* - ***DionCarth.*** *Justam causam calumniandi me non inveniant daemones, in superbia obstinati, et homines eorum vestigia secuti.*

campus, i, *m.* (vgl. κῆπος; »Hof, Kampf, Kamp«), das Feld, die Ebene: πεδίον 1) שָׂדַי (שָׂדֶה) a) die mit Pflanzen angebaute Flur, das Ackerland, im Gegensatz zur Wüste: **95, 12 gaudebunt campi** (τὰ πεδία) et omnia quae in eis sunt. ***Hier.*** *gaudeat ager* (שָׂדַי). - ***Titelm.*** *Camporum quoque planities et omnia quae sunt in eis, agri et omnes segetes fructusque crescentes in eis laetentur et exultent una cum creaturis ceteris.* - ***Agell.*** *Ipsi campi atque agri superba qua-*

dam fructuum ubertate suas opes ostendant, et hilari segetum specie rideant: arbores enim virentibus comis ac frondentibus ramis aspectum oblectent. - ***Bellarm.*** *sive pecora sive plantae.* - ***Thomasius:*** *Gaudeant et campi cum hominibus agrestibus et omnia quae in eis sunt.* - ***HugCar.*** *Campi dicuntur agricolae qui colunt campos et pascunt oves.* - ***Cassiod.*** *Campos dicit viros justitiae laude pollentes, non superbia tumidos, non asperos iracundia, sed mansueta lenitate planissimos.* - ***Aug.*** *Omnes lenes, omnes mites, omnes aequi,* campi *sunt Dei.* - ***LudSax.*** *Lenes, mites, aequi sunt* campi *Dei diversis florum suavitatibus pollentes et terrena altitudine non tumentes:* et omnia quae in eis sunt, *i. e. omnes vires.* - ***Gerhoh:*** Gaudebunt *in Dei virtutibus floridi.* - ***DionCarth.*** Gaudebunt *homines bonis operibus floridi gratiaque foecundi in Christi primo adventu, et postea spiritualiter exultabunt, et interiora eorum in Domino laetabuntur.* - ***BrunCarth.*** Gaudebunt *perfecti ex Judaeis de hoc quod hic* campi *erunt, i. e. culti in fide ad modum camporum.* - ***AlbertM.*** Gaudebunt campi — exultabunt ligna silvarum. *Hic de laetitia contemplativorum. Primo quantum ad statum imperfectionis; secundo ad statum perfectionis; in campis enim nascuntur herbae et flores, et talia minus firma, sed in silvis solida ligna . . . in ipsis campis: in bonis enim contemplativis, totum quod sunt, et corpus et anima, in Deum gaudent.* - ***PerezVal.*** *Gaudebunt pastores in campis et silvis greges pascentes. Quia pastores venerunt ad Christum adorandum.* — **b)** Das freie, offene Land im Gegensatz zum bewohnten Orte, Aufenthalt des frei lebenden W i l d e s: **8, 8 pecora campi.** ***Hier.*** *animalia agri.* - ***Bellarm.*** *Sunt animantia silvestria, quae libere vagantur per campos.* - ***Jansen.*** *feras agrestes, inter quas nulla est, quin eam suo imperio subjicere valeat ac utilitatem ex ea capiat.* f. ***subjicio.*** - ***Aug.*** *Pecora campi congruentissime accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, ubi nihil arduum, nihil laboriosum ascendunt. Campus est enim etiam lata via, quae ducit ad interitum* (Matth. 7, 13); *et in campo Abel occiditur* (Gen. 4, 8). *Quare metuendum est, ne quisque descendens a montibus justitiae Dei* (35, 7) *latitudines et facilitates voluptatis carnalis eligens, a diabolo trucidetur.* - ***AlbertM.*** *Haec pecora ambulant per campos licentiae et latitudinis ad peccandum.* - ***PerezVal.*** *Per* pecora campi *intelligit gentes barbaras, quae ad modum pecorum vivebant.* - ***Calm.*** *Sunt Ethnici ad fidem conversi.* — **c)** Das Gefilde im G e b i e t einer Stadt: **77, 12. 43 in campo Taneos.** ***Hier.*** *in regione* (vgl. regio Neh. 11, 30; 12, 29. Gen. 14, 7. Ruth 1, 1. 1 Sam. 27, 5. 7). - ***Genebr.*** Campum *appellat regionem ejus (Taneos) sive ob planitiem, sive foecunditatem et amoenitatem, e Nili praesertim irrigatione.* f. ***Tanis.*** — 131, 6 in campis silvae. f. ***silva.*** — **2)** בִּקְעָה T h a l e b e n e: **103, 8 descendunt campi.** f. ***descendo.*** — **3)** für מַעְגָּל (Wagenspur, Geleise): **64, 12 campi tui replebuntur ubertate: deine Fluren füllen sich mit Üppigkeit.** - ***Bellarm.*** Campi tui, *a te conditi et foecundati* replebuntur *abundantia omnium bonorum.* - ***Heser:*** Campi tui, *non sola colonorum industria, sed tua magis beneficentia fructuosi.* - ***DionCarth.*** Campi *culti Judaeae* replebuntur ubertate *fructuum diversorum.* - ***Hebr.*** deine Geleise triefen von Fett. - ***Hier.*** *vestigia tua rorabunt pinguedine.* (Vgl. semita 16, 5; 22, 3. Prov. 2, 9. 18; 4, 11. 26. — callis Is. 26, 7. - gressus Prov. 2, 15; 5, 6. 21. Is. 59, 8.) - ***Geier:*** *Ubicunque gratiose es praesens, ibi uberrima omnigenae benedictionis adsunt vestigia vel monumenta.* - ***Heser:*** *Quacunque incedis, fertilitatem in agros instillabunt pedes tui. Quaeres ubinam impressa sint vestigia Domini? In nubibus, super quas ambulare passim Deus in Scriptura dicitur: depluunt illae felices et aureos imbres,*

qui terram foecundant et humore concepto parant illam ad proferendos fructus. - ***Agell.*** Campi tui, *per quos late patentes tuo curru veheris, tuae praesentiae virtutem instillatam sentient, adeo ut pinguedine et ubertate repleantur, ac pingues evadant et fertiles.* Campi *proprie hoc loco dicuntur a curru agri per quos currus agitur, per quos rotae curruum circumvolvuntur. Graeci* τροχιάς *vocant. Cum ergo campos dicit, simul etiam divini illius currus notionem indicavit, currus inquam felicissimi, qui quacunque agitur, indicia suae felicitatis ubertatem, copiam, pinquedinem relinquit. Quo curru divini Numinis benignus aspectus et providentia significatur ubique discurrentis et omnibus quae ad vitam, salutem, commoditatemque sunt, procurantis. Aut campos vocat excultas boum arantium labore terras; campos vero Dei, pingues terras, uberes, optimas, aut nullo hominum labore excultas, sed Dei solius benignitate foecundatas: quo significavit maximam ubertatem, ubi non excultae modo terrae, verum etiam incultae fructibus abundabunt.* - ***HugCar.*** Campi tui, *i. e. justi, qui suscipiunt semen verbi Dei, et pluviam gratiae,* replebuntur ubertate *bonorum operum.* - ***Titelm.*** *Ex gratia tuae benedictionis* campi tui *(i. e. Ecclesiae tuae, quos tibi colis ad ferendum spiritualem fructum, quemadmodum agricola campum colit ad ferendos fructus corporales)* replebuntur *abundantia omnium bonorum spiritualium, onustique erunt bonis fructibus virtutum et virtuosarum actionum cujusmodi fructus tu requiris.* - ***Targ.*** וְכִבְשֵׁי אוֹרְחָךְ יְבַסְּמוּן דִּיהֲנָא »die Bahnen deiner Wege machen lieblich die Fettigkeit«. - ***Syr.*** ܘܰܡܫܰܟܢܳܝܟ ܢܶܣܒܥܽܘܢ ܕܺܬܰܐܐ »und deine Kälber werden gesättigt mit Gras«. Sie lasen wohl עֵגֶל st. מַעְגָּל. — **4) 103, 16 saturabuntur ligna campi** et cedri Libani. ***Hebr.*** die Bäume Jahves. ***Hier.*** *ligna Domini.* - ***Syr.*** ܐܺܝܠܳܢܰܘܗ̱ܝ ܕܡܳܪܝܳܐ (ܐ: اشجار الرب). - ***Targ.*** אִילָנַיָּא דִּי בְרָא יְיָ »die Bäume, welche Jahve schuf«. - [***Schegg:*** »Die jetzige Lesart עֲצֵי יְהוָה dürfte sicherlich falsch sein, da יהוה nie in einer solchen Verbindung vorkommt; ohne Zweifel stand ursprünglich שׂדי; wir mögen nun שָׂדַי mit den LXX, oder שַׁדַּי (der Allmächtige) lesen.«] - ***Bellarm.*** *Septuaginta interpretes explicare voluerunt, cur dicantur ligna Domini, et ideo posuerunt* ligna campi: *dicuntur enim ligna Domini, quia non plantantur nec irrigantur ab hominibus, sed jubente Domino sponte nascuntur in campis et irrigantur pluviis de coelo cadentibus.* - ***Geier:*** *Respectus haud dubie habetur ad magnam istam arborum in silvis densissimis ac abditissimis sponte nascentium copiam, quorsum nulla pertingit hominum inspectio, labor aut irrigatio.* - ***HugCar.*** *Plebani, homines humiles et fortes sunt* ligna campi: cedri Libani *potentes in saeculo.*

cāmus, i, *m.* (κημός dor. καμός v. ΧΑΩ, offen sein, klaffen; vgl. χάος, χαίνω, χάσκω), Maulkorb für Pferde, der das Beißen verhindert, Zaum zum Lenken: מֶתֶג: **31, 9 in camo et freno: mit Zaum und Zügel.** ***PsaltVet.Rom.*** *in freno et camo.* מֶתֶג wird mit frenum übersetzt 2 Sam. 8, 1. Is. 37, 29 (vgl. letztere Stelle mit 4 Reg. 19, 28). - ***Geier:*** *Quae binarum harum vocum sit discrepantia, ipsimet ignorant Rabbini, imo pro aequipollentibus ferme habent.* [מצ' צ': שמות כלי ברזל הסוסם בפי הבהמה להוליכם עי' ולקסטה]. - ***Thom.*** *Si homo se habet sicut homo, Deus tractat eum sicut hominem, monitionibus et doctrinis: sed quando recedit a dignitate hominis, tractatur sicut brutum animal, quod coercetur poenis et violentia.* - ***DionCarth.*** *Per varias adversitates et per magnas et varias afflictiones linguam et ora retunde, claude, compesce.* - ***GregM.*** *Orat fidelis anima, ut lubricos peccantium cursus mundana adversitate virtus divina coerceat: quatenus erroris sui desideria sequi non valeant; et hoc modo ad se reversi, saltem*

ex difficultate et impotentia peccandi resipiscant. Possumus quoque per camum *et* frenum <u>*verba divinae Legis*</u> *accipere: quae quia peccantibus aliquando graviter minantur de poena, aliquando suaviter blandiuntur de venia, dum in ora fidelium veniunt, vagos eorum gressus more freni et cami reflectunt.*

cănis. is, *c.* (vgl. κύνες; »Hund«), der Hund, von dem im Orient herrenlos herumlaufenden, wilden, bissigen, blutgierigen Hunde: κύων, כֶּלֶב: **67, 24 lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso:** (damit) **die Zunge deiner Hunde an jenem** (dem Blute) **von den Feinden** [**lecke**]. - ***Sa:*** *Ut ex ipso inimicorum sanguine lambere possit.* - ***Genebr.*** *Poetice describit has victorias et triumphos ex consuetudine proeliorum, in quibus sanguis copiosissime fundi solet.* ſ. ***ipse.*** — Bildl. von blutgierigen Feinden: **58, 7. 15 convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.** Schilderung des Treibens der lichtscheuen Feinde, die nach dem Blute Davids lechzen und ihm bisher vergebens aufgelauert haben. — ***Agell.*** *Cum totum diem adversum me oblatrarint et falsis criminibus apud Saulem accusarint, ad vesperam, quando a negotiis ceteri homines cessare solent, hi convertuntur et ad sua studia et insidias redeunt, et quasi illis non satis sit, quod me de die insectati sint, et lacerare criminibus suis conati, etiam de nocte persequuntur: cum hoste nox proelia dirimit, horum furori neque ipsa nox terminum imponit.* ſ. ***circueo.*** - ***Bellarm.*** *Pergit explicare miseram conditionem iniquorum in novissimo die.* ſ. ***vespera.*** — **21, 17 circumdederunt me canes multi.** πολλοί fehlt im ***Hebr.*** - ***Targ.*** אַחְזַרוּ עֲלַי רַשִׁיעֵי דִמְתִילִין לְכַלְבַיָּא סַגִּיעִין »es umgeben mich Gottlose, welche vielen Hunden gleichen«. — ***Hier.*** *circumdederunt me venatores* (***Lorin.*** *nempe pro canibus venaticis).* - ***Aq. Theodot.*** κυνηγέται. - ***JustinM.*** Dial. c. Tryph. p. 332 κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί (vgl. p. 325 κύνες πολλοί). - ***Heser:*** *nimirum* <u>*Judaei impudentissimi*</u> *accusatores, Pharisaei Christum ubique allatrantes, et milites crudelissimi tortores: qui omnes aptissime comparantur canibus, quorum impudentiam aemulati multi, testimonium falsum dicebant adversus Jesum.* - ***Cassiod.*** *Canum natura talis est, ut ignotis hominibus nullatenus acquiescant, sed importunis atque assiduis latratibus arceant, quos notitia domesticae conversationis ignorat. His ergo Judaei justissime comparantur, qui novam doctrinam Domini minime recipientes, contra eum ferocissimis vocibus oblatrabant.* - ***Jansen.*** *Multi latrantibus ac ferissimis canibus similes me tamquam feram quandam circumdederunt, rabidos latratus contra me emittentes, ac quasi dentibus suis me saevissime dilaniantes.* - ***PlacParm.*** *Christus cervae fuit assimilatus, quam canes multi circumdederunt clamantes et latrantes in ejus passione:* Crucifige, crucifige eum! - ***Thom.*** *Primo fuit* <u>*captus:*</u> *et quantum ad hoc dicit:* circumdederunt *me* canes multi. - ***Titelm.*** *Circumdederunt me inimici mei malitiosa invidia ac implacabili iracundia, velut canes rabidi latratus suos saevissimos contra me emittentes et dentibus suis me crudelissime laniantes, iidemque numero* <u>*non pauci:*</u> *nimirum Scribae omnes, Pharisaei, seniores populi et omne consilium, atque etiam universus populus, quem illi contra me concitaverunt, ut una cum eis contra me clamarent mortemque meam deposcerent.* - ***Agell.*** *Abjectissimam illam et immundissimam* <u>*servorum*</u> *atque* <u>*ministrorum*</u> *turbam dicit canes, tamquam abominabiles et nullius pretii homines, immo vero faeces hominum, a quibus captus et alapis caesus est; nam fortiores illos et robustiores milites tauros pingues superius vocavit. Duo autem genera hominum in ejus comprehensione et passione suam operam praestiterunt,* <u>*milites*</u> *Praesidis et* <u>*ministri*</u> *ac* <u>*servi*</u> *Pontificum et Judaeorum, quos hic Propheta canes appellat. Immundos*

autem ac despectos homines appellari canes, non est praeter Scripturae consuetudinem. Sic namque Dominus in Evangelio: Nolite sanctum dare canibus (Matth. 7, 6), *immundis nimirum hominibus nolite res mundas committere. Et Ecclesiastici* (13, 22): quae communicatio sancto homini ad canem? *Nam si sanctus homo mundus est et a labe purus, canis immundus erit et impurus.* - ***BrunCarth.*** Circumdederunt me, *ut caperent* canes, *id est ministri* multi, *irrationabiliter in me oblatrantes: qui ad eorum salutem veneram, sicut canes saepe sibi auxiliantibus oblatrant.* - ***AlbertM.*** *Judaei, Scribae et Pharisaei comparantur bestiis:* vitulis *propter lasciviam,* tauris *propter superbiam,* leonibus *propter crudelitatem,* canibus *propter impudentiam.* - ***Euthym.*** Κύνας λέγει τοὺς ἐκ Ῥώμης στρατιώτας, ὡς κατὰ νόμον ἀκαθάρτους, καὶ ἀναιδεῖς. - ***Theod.*** Μετὰ τοὺς Ἰουδαίους τοῦ ἐξ ἐθνῶν μνημονεύει στρατοῦ. τούτοις γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνοι παραδεδώκασι. Διὸ καὶ τὴν τάξιν ἡ προφητεία τῶν πραγμάτων ἐφύλαξεν. Εἰκότως δὲ ταύρους μὲν ἐκείνους, κύνας δὲ τούτους ὠνόμασεν. Οὐκ ἔστι γὰρ καλὸν, φησὶ, λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις. Ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ πάθος οἱ πάλαι κύνες διὰ πίστεως εἰς τὴν τῶν υἱῶν μεταβεβήκασι τάξιν· οἱ δὲ πάλαι τὴν υἱῶν ἐσχηκότες κηδεμονίαν, τὴν κυνῶν προσηγορίαν ἐδέξαντο, ἅτε δὴ κυνῶν δίκην κατὰ τοῦ Δεσπότου λυττήσαντες. — **21, 21 (erue) de manu canis unicam meam: (errette) aus der Gewalt des Hundes mein Leben.** — ***Aug.*** *Qui sunt canes? Qui canino more latrant, nec intelligunt contra quos. Nihil illis fit, et latrant. Quid fecit cani transiens viam suam? Tamen ille latrat. Qui latrant caecis oculis, non discernentes contra quos aut pro quibus, canes sunt.* - ***Bellarm.*** *Per* canem *intelligit canes illos, de quibus supra* (V. 17) *dixerat; sed utitur numero singulari, vel per figuram collectionis, vel ad significandum unionem in malum inimicorum suorum.* - ***Euthym.*** Ἑνικῶς εἶπε κύνα διὰ τὸ γένος δι' οὗ τὸν καθ' ἕκαστον γινώσκομεν. - ***Gerhoh:*** *Judaicus populus contra me latrans* canis *est ratione carens et sine discretione ganniens; vel etiam Pilatus gentilis, aut Herodes alienigena* canis *est, in cujus manum et potestatem datus sum.* - ***Cassiod.*** *Haereticos hic* canibus *comparat, qui domestica quadam feritate atrociter mansueti, cum de penetralibus nostris exeunt, Ecclesiam Dei mordere ac lacerare festinant.* - ***PerezVal.*** *de manu* canis *infernalis, ne detineat eam in inferno, sicut detinuit alios propter peccatum ipsius Adam.* - ***Oddo:*** Canis *infernus intelligitur, qui more canino avide cuncta vorat.* - ***BrunSign.*** *Canis ipse diabolus est, qui cum omni exercitu suo contra sanctos latrare et irrationabiliter loqui non cessat.* s. **unicus.**

cantabilis, -e, *Adj.* (canto), besingenswert, preisenswert: ψαλτός: **118, 54 cantabiles mihi erant justificationes tuae.** זְמִירוֹת Gesänge, (süße) Lieder. ***Hier.*** *carmina.* - ***Pagn.*** *cantus.* - ***Targ.*** תּוּשְׁבְּחָן. Vgl. 94, 2 in psalmis. - ***Menoch.*** *Quasi dicat: impii legem divinam violant, aut derelinquunt, quia insuavem esse judicant; mihi autem adeo suavia sunt praecepta tua, ut in hac vitae peregrinatione dulce canticum sint, quo mirifice delector.* - ***Agell.*** *Cum exul essem et in exteris regionibus degerem, et moerore ac dolore affligerer, tuae justificationes mihi pro carminibus atque cantionibus erant, quibus a dolore animum avocarem.* - ***PlacParm.*** *Tendenti ad Deum omnia, quae illi mandantur, delectabilia sunt; servare praecepta, in angustiis, necessitatibus et afflictionibus peregrinari nullum reputat laborem, quia spem suam de promissis divinis cognoscit non frustrari. Dicit ergo justus homo sic sperans:* Justificationes *divinae mihi erant* cantabiles, *i. e. delectabiles. Delectantur enim qui cantant. Delectatur ergo vir iste in divinis mandatis ac si cantaret. Et quamvis locus iste sit tristitiae et afflictionis locus,*

quia in hoc laboramus et peregrinamur, tamen mandata tua mihi jucunda sunt et delectabilia. - ***Titelm.*** *Quemadmodum iis, qui secundum humanum morem peregrinationis viam ambulant, ad sui laboris depellendum fastidium cantica solent per viam decantare, eaque sive carnalia sive bellica, sive mundana juxta viatoris affectum, ita mihi in hac peregrinatione ambulanti, ad exilii et laboris lenimentum, tui sermones sunt pro cantilena, in qua meipsum oblecto.* - ***LudSax.*** cantabiles, *i. e. sicut cantilenae delectabiles: quia cantus elevat labores, tollit taedium, et delectat.* - ***Ambr.*** *Quae bene tenemus, cantare consuevimus: et quae cantantur, melius nostris adhaerent sensibus. . . Hymni nobis, canticum nobis, psalmi nobis justificationes Domini sint. Psallamus spiritu, psallamus et mente.* - ***Gerhoh:*** Cantabiles erant *mihi David, qui non sola verborum gravitate, sed et canendi suavitate, intermistis quoque musicis instrumentis, consuetus fui ego pastor pascere oves pascuae tuae, Deus, qui tulisti me de domo patris mei, et posuisti me pascere populum tuum.* - ***Ginnas.*** *Apostolis* cantabiles *Dei* justificationes *fuisse dicimus, quando derelictis Judaeis Verbum negantibus, ad Gentes conversi sunt, quae gaudentes susceperunt illud* (Act. 14). - ***BrunHerbip.*** *Significat psalmodiam cum magna delectatione peragendam.*

cantatĭo, onis, *f.* (canto), Gesang, Lied: ὕμνησις, תְּהִלָּה [sonst meist übersetzt mit αἴνεσις, laus: 47, 11; 50, 17; 70, 8. 14 u. ö.; laudatio: 9, 15; 110, 10; 144, 1. 21; collaudatio: 32, 1; - ἔπαινός, laus: 21, 4. 26; 34, 28; - ὕμνος, hymnus: 64, 2; 99, 4; 118, 171; 148, 14; carmen 39, 4]: **70, 6 in te cantatio mea semper: dir gilt immerdar mein Sang.** ***PsaltVetRom.*** decantatio. - ***Hier.*** *in te laus mea.* - ***Flamin.*** *de te laus mea.* - ***Menoch.*** *Tu perpetuum hymnorum et canticorum meorum argumentum fuisti. Semper cantavi et cantabo te et beneficentiam tuam.* - ***Jansen.*** *Quoniam tuam semper expertus sum protectionem, ideo te unico semper fuerunt mea cantica.* - ***Agell.*** *Tu mihi omnia es, tu spes mea atque praesidium a juventute, tu fulcimentum ab utero, tu* cantatio mea semper: *neque enim in alio glorior, nisi in te; quidquid sum, quidquid habeo, id tibi acceptum refero, in te omnium bonorum auctore glorior.* - ***LudSax.*** *In te et de te laus oris et exultatio cordis: et hoc semper et assidue, i. e. omni tempore et in prosperis et in adversis laudabo te: quia jugiter habeo in te materiam laudis* - ***Perez-Val.*** *De tua incarnatione et morte et passione et resurrectione et cruce celebrabo festivitates et cantabo hymnos; et etiam inter tormenta et in te cantatio et confessio mea fidei. quia tu eris semper adjutor fortis in omnibus tribulationibus.* - ***Graetz*** verwirft ohne hinreichenden Grund die Lesart תְּהִלָּתִי als »unpassend« u. liest mit ***Sym.*** (ὑπομονή μου) wie 38, 8 תּוֹחַלְתִּי »meine Hoffnung« (substantia mea). - ***Targ.*** תּוּשְׁבַּחְתִּי »mein Lobgesang«. - ***Syr.*** ܠܟ ܡܫܒܚܢܐ »dich preise ich«. Auch ש u. ב haben سبّح »preisen«; פ u. ה تسبحة »Preis, Gesang«.

canticum, i, *n.* (cano), Gesang, Lied: 35 mal in den Psalmenüberschriften und 11 mal im Texte. Als Überschrift steht es wie ᾠδή für שִׁיר Ps. 29. 38. 44. 64. 65. 66 (fehlt in ***LXX***). 67. 74. 75. 82. 86. 87. 91. 119—133. — שִׁירָה Ps. 17. — מִזְמוֹר Ps. 38. 47. — Es fehlt im Urtext Ps. 90. 92. 94. 95. - Der allgemeine Ausdruck שִׁיר »Lied« wird durch מִזְמוֹר näher bestimmt als religiöses Lied: canticum Psalmi Ps. 65. 82. 87. 107; Psalmus cantici Ps. 29. 47. 66. 67. 74. 86. 91. — Ps. 45, wo שִׁיר ohne irgend eine nähere Bestimmung steht, ist es mit Psalmus (ψαλμός) übersetzt. Ps. 17 steht canticum = שִׁירָה auch ohne Zusatz. — Über canticum pro dilecto Ps. 44 s. **dilectus**; über canticum graduum Ps. 119—133 s. **gradus**. In

den Psalmentexten 1) שִׁיר a) ᾠδή: **41, 9 et nocte canticum ejus** *(genet. obj.)*: **und auch bei Nacht (ertönt) sein Lied.** — ***Heser*** ergänzt: in ore animoque mihi versabitur. Andere machen canticum als *acc.* abhängig von mandavit. - ***Titelm.*** *In tempore adversitatis et tristitiae, cum obruentibus tentationibus coeperit obnubilari atque obscurari serenitas cordis, tunc* mandavit *nobis Deus ad cordis nostri consolationem orare aequo animo et psallere, hoc est, canere sibi carmina laetitiae et cantica gratiarum actionis, quibus nos vult ingruentem tristitiam et nubila depellere, ne tristitia aut acedia absorbeamur, aut nimia cordis obnubilatione obscuretur lumen spiritus nostri.* - Nach dem masoretischen Texte gehört das folgende עִמִּי (apud me) noch zu diesem Satz. ***Hier.*** *canticum ejus mecum.* - ***LXX CodAlex.*** καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοί. - ***Aq.*** καὶ ἐν νυκτὶ ᾆσμα αὐτοῦ μετ' ἐμοῦ. Ähnlich fassen es auch ***Targ.*** u. ***Arab.*** - ***CodVat.*** hat statt ᾠδὴ αὐτοῦ das Verbum δηλώσει »am Tage entbietet der Herr seine Gnade, und auch bei Nacht offenbart er (sie)«. Hiernach lasen die ***LXX*** wohl הוֹרָה st. שִׁירֹה (seltenere Orthographie st. שִׁירוֹ). In Übereinstimmung mit diesem griech. Texte steht auch in alten lat. Psalterien nocte declaravit. - ***Cassiod.*** erklärt dies: *Illud quod discitur in quiete, in tribulatione declaratur. Prius enim otioso tempore legis verba discuntur: sed eorum fructus in afflictione monstratur.* - ***Aug.*** liest declarabit u. erklärt: *Non tibi declarat ipsam misericordiam, quam tibi per diem mandavit, nisi per noctem. Cum venerit ipsa tribulatio, tunc adjutorio te non deserit: ostendit tibi, verum esse quod tibi per diem mandavit.* s. ***nox.*** — **68, 31 laudabo nomen Dei cum cantico** (μετ' ᾠδῆς): בְּשִׁיר. ***Hier.*** *in cantico.* - ***Lorin.*** *Non raro praepositio una latina et graeca ponitur alterius loco, nempe* cum *pro* in, μετά *pro* ἐν. — 95, 1 cantabo Domino **canticum novum** u. 143, 9 **canticum novum** cantabo tibi. — ***Bellarm.*** *Vocat* canticum novum *canticum pulchrum et sapienter compositum: item canticum pro novo beneficio: item canticum quod a renovatis hominibus cani debet, in quibus non amplius regnet cupiditas, sed caritas.* - ***Agell.*** Canticum *mirabile, insolitum, inauditum,* novum, *cujus comparatione alia cantica obsoleverint, cum etiam hoc recens beneficium omnia antehac praestita beneficia obruat.* — ***BrunSign.*** Canticum *nativitatis, passionis, resurrectionis et ascensionis. Haec enim* nova *sunt, et a prioribus inaudita.* - ***BrunCarth.*** Canticum novum *dicit illa praecepta, quae non fuerunt data in Veteri Testamento, sed in Novo tantum, in quorum completione Deus velut in cantico delectatur, ut inimicos diligere, terrena spernere, mori pro proximo et cetera hujusmodi.* — **136, 3 hymnum cantate nobis de canticis Sion.** מִשִּׁיר (מִן partitiv; שִׁיר kollektiv). - ***Targ.*** מִן שִׁירָתָא דַהֲוֵיתוֹן אָמְרִין בְּצִיּוֹן »von den Liedern, welche ihr sanget in Sion«. - ***DionCarth.*** *quae canere solebatis in templo Jerusalem. Hoc dixerunt irridendo et nostro planctui congaudendo, nostramque tristitiam exaggerando.* - ***Ayguan.*** *Qui sunt isti hymni* canticorum Sion? *Illi scilicet, pro quibus corde exultant et cantant fideles, qui mente sunt cives Sion, licet corpore habitent in Babylone. Puta, exultant fideles de Christi incarnatione, de nostra per ipsum facta redemptione, de ejus resurrectione, de gloriae aeternae promissione et hujusmodi. Ista sunt illa cantica, in quibus cives Sion exultant. Et de istis daemones nos interrogant, et per sua membra ista nobis exprobrant, et nobis insultant, dicentes derisorie:* Cantate nobis hymnum de canticis *vestris, i. e. vos exultatis de adventu Christi: ostendite causam exultationis. Quid boni attulit mundo adventus ejus, ostendite.* — 136, 4 canticum Domini s. ***aliena*** S. **50.** — **b)** ᾆσμα 32, 3; 39, 4; 97, 1; 149, 1. —

2) הִגָּיוֹן: **91, 4 cum cantico in cithara:** μετ᾽ ᾠδῆς. הִגָּיוֹן (v. הָגָה summen, murmeln, meditieren — 18, 15 meditatio) wird verschieden erklärt. ***Hier.*** übersetzt die Stelle: *in cantico et in cithara.* - ***Targ.*** עֲלֵי רְנָנַת כִּנָּרַיָּא eig. »mit dem Jubel der Cithern«. - ***Syr.*** ܘܐܩܘܫ ܒܩܝܬܪܐ »und ich schlage die Cither«. - Ebenso ם: واضرب بالقيثار [Sie las vielleicht אֲנַגֵּן st. הִגָּיוֹן (***Graetz***).] Dagegen ש: مع التهليل بالقيثار »mit dem Lobpreis (Gottes) auf der Cither«; - Ähnlich ח: مع تسبيح بالقيثارة. - aber פ: مع تسبيح وقيثارة »mit Lobpreis und Citherspiel«. Man sieht, die Übersetzungen schwanken zwischen »Gesang« und »Spiel«. Offenbar kann הִגָּיוֹן beides bedeuten. - ***Hupf-Now.*** »הִגָּיוֹן bezeichnet das Tönen entw. des Instrumentes oder der Stimme, also Spiel oder Gesang. Man erklärt es neuestens auch meist als ‚lautes, rauschendes Spiel'.« - ***Del.*** findet in הָגָה an sich kein passendes Wort für das Rauschen (strepitus) der Saiten; er will daher den Ausdruck vom »Stegreif — oder Phantasiespiel« verstehen u. übersetzt: »auf sinnigem Spiel mit Cither«. - ***Hitz.*** stimmt ihm bei: »zum Dichten mit der Cither«. - ***Hirsch*** übersetzt: »auf Gedanken weilend mit der Harfe« und erklärt es von »einem Nachdenken, das sich in der Harfe ausklingt«. - Die Rabbinen verstehen es aber durchgängig vom gesungenen Lied zur Cither. - ***Qimchi:*** הִגָּיוֹן הוא נועם השיר באומרם אותו על הכינור. - Ähnlich ***IbnEzra,*** der an zweiter Stelle an den Namen eines Saiteninstrumentes (שם כלי הניגון) denkt. (Letzteres dürfte, wie ***Baethg.*** mit Recht bemerkt, ausgeschlossen sein).

cantio, ōnis, *f.* (cano), nur einmal für ᾠδή, שִׁיר (sonst canticum): Gesang, Lied: **136, 3 interrogaverunt nos . . . verba cantionum** (λόγους ᾠδῶν): **sie verlangten von uns Lieder[-worte].** - ***Aug.*** verba canticorum. - דִּבְרֵי שִׁיר. ***Hier.*** *verba carminis.* - ***Calv.*** *verba cantici (**Moller:** i. e. cantica).* - [***Geier:*** *Nonnulli pleonasticum quodammodo loquendi genus hic exsculpunt, ut* verba cantici *idem sint ac* canticum, *quomodo* verba fraudum (דִּבְרֵי מִרְמוֹת *h 35, 20) idem sunt ac* fraudes, verba iniquitatum (דִּבְרֵי עֲוֹנֹת *h 65, 4.* - ***Vulg.*** verba iniquorum) *idem ac iniquitates, verba mirabilium* (דִּבְרֵי נִפְלְאֹת *h 145, 5.* - ***Vulg.*** mirabilia tua) *idem ac* mirabilia. [Vgl. auch *h 105, 27* דִּבְרֵי אֹתוֹתָיו ***Vulg.*** verba signorum suorum]. *Verum idiotismo hoc haud videtur in praesente textu esse opus.*] - ***Calm.*** *Judaei, ac praesertim Levitae, musica arte clarebant . . . Quamobrem postulabant Babylonii, ut carmen aliquod ex iis, quae in templo Sionis cantari solebant, canerent.* - ***Heser:*** *Postulaverunt cantari sibi Sionia cantica, psalmos, hymnos, quibus laudabamus Deum in Sion; et postulaverunt alii quidem animi gratia homines otiosi ac voluptarii, quo divinorum carminum suavissimis modulis profanae delectarentur aures; alii per sarcasmum, ut nostrae deriderent religionis ritum, aut insultarent a Deo suo desertorum calamitati.*

canto, are (*Intens.* von cano), singen 1) ᾄδω, שִׁיר a) ein Lied singen: psalmum 7, 1; hymnum 136, 3; canticum 32, 3; 95, 1; 97, 1 u. ö. — b) besingen, preisen: **58, 17 cantabo fortitudinem tuam.** — ***Targ.*** אֲשַׁבַּח u. ***Syr.*** ܐܫܒܚ »ich werde rühmen«. - ***Agell.*** *Cantabo tibi qui fortitudine polles.* - ***Menoch.*** *celebrabo.* — 88, 2 **misericordias Domini in aeternum cantabo.** - ***Agell.*** *Foedus divina miseratione sancitum numquam celebrare desinam, veritatemque Dei ac fidem per omnia saecula praedicabo.* - ***LudSax.*** *laudabo et jucunde annuntiabo.* - ***Haymo:*** *cum cantico et devotione annuntiabo.* - ***AlbertM.*** cantabo *non tantum ore, sed interius etiam corde.* - ***HugCar.*** In aeternum: *ecce perseverantia:* qui perseveraverit in finem, hic salvus erit (Matth. 10, 22); cantabo *ecce hilaritas:* hilarem da-

torem diligit Deus (2 Cor. 9, 7). - ***Dion-Carth.*** *Ipsum Deum naturaliter misericordem, seu pietatem divinam multipliciter miserentem,* in aeternum cantabo, *hoc est, indesinanter laudabo, nunc inchoative, et in futuro completive.* s. **misericordia.** — 100, 1 misericordiam et judicium cantabo tibi. - ***Genebr.*** *cantabo ore, psallam instrumentis musicis.* s. **misericordia.** — **137, 5 cantent in viis Domini: sie sollen singen von den Wegen des Herrn.** — ***Muis:*** *Cantent de viis Domini.* - ***Menoch.*** Cantent vias Domini, *facta et consilia ejus mirabilia.* - ***Agell.*** Cantent *non amatoria, non saecularia, sed* vias Domini, *rationes illius quibus in administrandis rebus utitur, aut opera ejus celebrent.* - ***Calm.*** *Terrae principes, magna Dei facinora celebrate, consilia admiramini, veremini judicia, providentiam agnoscite, gloriamque illius infinitam esse confitemini.* - ***Heser:*** *Celebrent festivo carmine praeclara Dei nostri facinora, ejusdemque sapientissima consilia.* - ***Thomasius:*** *Cantent de mirabilibus viis et consiliis et factis Domini.* - ***Ayguan.*** *Quasi dicat: et exultent pronunciando vias Domini. Quae autem sunt viae Domini, nisi misericordia et veritas?* - ***Theod.*** Εὐτικῶς τὰ ἐσόμενα λέγει, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων προλέγει μεταβολήν· ὅτι τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν οἰκονομίαν θαυμάσουσιν ἅπαντες. ὁδοὺς γὰρ τὰς οἰκονομίας καλεῖ. - Daß der Urtext in diesem Sinne aufzufassen ist, so daß die Präposition בְּ das Objekt zu יָשִׁירוּ einleitet, unterliegt keinem Zweifel, obgleich diese Konstruktion nur hier vorkommt (vgl. דִּבֵּר בְּ *87, 3;* הָגָה בְּ *1, 2; 63, 7;* שִׂיחַ בְּ *87, 13; 105, 2*). - ***Qimchi:*** ישירו בדרכיו ובמעשיו הנוראים »sie singen über seine wunderbaren Wege und Thaten«. - ***Baethg.*** »singen von dem Walten Jahves«. - ***Hirsch:*** »werden begeisterte Lieder von den Wegen Gottes singen«. So schon ***Syr.*** ܘܢܫܒܚܘܢ ܐܘܪܚܬܗ ܕܡܪܝܐ »und sie werden preisen die Wege des Herrn«. (ܥ: يماجدون طرق الرب). - ***Chrys.*** citiert einen ἕτερος: ᾀδέτωσαν τὰς ὁδοὺς Κυρίου. — Daß im griech.-lat. Texte die Präposition »ἐν, in« als Übersetzung von בְּ ebenso zu erklären ist, liegt auf der Hand. [Wenn ***Reischl*** übersetzt »lobsingen sollen sie auf den Wegen des Herrn« und anmerkt: »Hebr. und besingen werden sie die Wege des Herrn«, so konstruiert er Textdifferenzen, die gar nicht existieren; man sollte nämlich meinen, im Lat. stehe eine Präposition, während im Hebr. ein aktives Verbum mit seinem Objekte gebraucht sei. Man darf nie aus dem Auge verlieren, daß der lat. Text möglichst nach dem Hebr. zu erklären ist. Durch solche Übersetzungsweisen, die man vielfach findet, erweist man der Vulgata einen schlechten Dienst.] — Die meisten alten Erklärer nahmen aber in viis im Sinne von »auf den Wegen«. ***Aug.*** *Ambulent et reges terrae in viis tuis, ambulent et cantent in viis tuis.* - ***Hilar.*** *non transgredientes vias Dei, sed in his euntes. Viae autem Dei sunt Prophetae omnes et Apostoli.* - ***Sa, Cart.*** in viis Domini *ambulando.* - Auch ***Luth.*** übersetzt »auf den Wegen«. - ***Calv.*** *in viis Jehovae.* - [***Euthym.*** liest: Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ᾠδαῖς Κυρίου [mit der Erklärung: ᾀσάτωσάν σοι διὰ τῶν ᾠδῶν τῶν εἰς σὲ πεποιημένων. ᾠδαὶ γὰρ Κυρίου, αἱ παρὰ Μωσέως, πεποιημέναι, καὶ αἱ παρὰ Δαυΐδ. Εἶεν δ' ἂν ᾠδαὶ καὶ αἱ ἁπλῶς ὁμνολογίαι Θεοῦ]. - ***Agell.*** weist auf diese falsche LA. hin: *Apollinarius hoc loco deceptus est similitudine nominis, qui pro* »ἐν ὁδοῖς in viis« *legit* »ἐν ᾠδαῖς in carminibus«, *et sic interpretatus est, qui error in multa graeca exemplaria manavit.* Dieser falschen LA. entstammte die lat. Übersetzung der ***It.***: cantent in canticis Domino, die auch im ***PsaltRom.*** noch stehen blieb.] — **c)** meist absolut: **Deo** = singen zur Ehre Gottes, ihn loben u. preisen 12, 6; 26, 6; 67, 33 u. ö. — **2)** ψάλλω, זִמֵּר 70, 23; 74, 10. — **3)** פִּצַּח

eig. ausbrechen [vgl. ***Pi.*** zerbrechen, Mich. 3, 3; فضخ zerschlagen; فضح hervorbrechen (vom Morgenrot) in vollem Glanze leuchten], verbunden mit רִנָּה (Jubel) Is. 14, 7 (gavisa est et exultavit); Is. 44, 23 (resonate laudationem); Is. 49, 13 (jubilate laudem); Is. 54, 1 (decanta laudem); Is. 55, 12 (cantabunt laudem): dafür steht **97, 4** (wie Is. 52, 9) פִּצְחוּ וְרַנְּנוּ »brechet aus u. jubelt« = brechet aus in Jubel: cantate et exultate. - ***Hier.*** *vociferamini et laudate.* - ***Targ.*** בּוּעוּ eig. »strömt aus«. - ***Raschbam:*** הרימו קול »erhebet die Stimme«. - Ebenso ***Qimchi*** im Wörterbuch (ס' הש'): עניכו הרמת קול, im Kommentar פתחו שיר »eröffnet das Lied«. - ***Hirsch*** übersetzt: »Lasset eure Gefühle laut werden (und jubelt)« mit der Erklärung: »sie sollen die Gefühle und Empfindungen nicht zurückhalten, die das Erlebte in ihnen weckt, und ihnen in Gesangestönen Äußerung geben«. — **4)** 70, 8 ut cantem gloriam tuam = ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου ist erklärende Glosse zu repleatur os meum laude. - ***Genebr.*** bemerkt: *Docte hoc interposuerunt.* - ***Agell.*** *Adjecta sunt ad illustrandam orationem.* - Es fehlt in ***Targ. Syr. Hier.***

Cantate Domino canticum novum: cantate. 95. — Nach dem griech. lat. Texte ein Davidischer Psalm. Nach 1 Par. 16, 23—33 wurde er mit anderen Texten (104, 1—15; 105, 47. 48) zu einem größeren Liede vereinigt, das am Tage der feierlichen Übertragung der Bundeslade aus dem Hause Obededoms nach dem Sion gesungen wurde. Ebenso erklang der majestätische Psalm bei der Einweihung des Zorobabel'schen Tempels gemäß der Überschrift: ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομεῖτο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν: quando domus aedificabatur post captivitatem. — Aufruf an alle Welt zum Preise des großen Königs und Richters. — Aufruf an Israel (V. 1—6) - an alle Völker (V. 7—10) - an die leblose Natur (V. 11—13).

Liturg. 1. In Festo **ss. Trinit.** 3. Noct.

2. Groß ist der Kirche Freude über das wahre Heil durch Christi Menschwerdung: **Nativ.** 3. Noct. (Laetentur coeli et exultet terra ante faciem Domini, quoniam venit); — **Circumcis.** 2. Noct. (Exultabunt omnia ligna sylvarum ante faciem Domini, quoniam venit); — **Epiph.** (Adorate Dominum, alleluja, in aula sancta ejus, alleluja); — **Nom. Jesu** *(Dom. 2. p. Epiph.)* 3. Noct. (Cantate Domino, et benedicite Nomini ejus . . .) — besonders durch sein Leiden (vgl. im Hymnus Vexilla regis: Regnavit a ligno Deus): **Invent.** *(3. Maj.)* et **Exalt. Cruc.** *(14. Sept.)* — **Lanc. et Clav.** *(fer. 6. p. Dom. 1. Quadr.)* — **ss. 5. Vuln.** *(fer. 6. p. Dom. 3. Quadr.)* 3. Noct. — In Vigil. **Ascens.** Com. (V. 1. 2).

3. Domus aurea. - In Festis **BMV.** 3. Noct.

4. In Festis **Angel.** 3. Noct.

5. Com. **Virg.** 3. Noct.

6. In Festo **Dedic. Eccles.** 3. Noct. (Templum Domini sanctum est, Dei structura est, Dei aedificatio est. - Vgl. Überschrift u. V. 8. 9.)

Cantate Domino canticum novum: laus ejus. 149. — Wahrscheinlich nachexilisch. — Preis dem Herrn für Israels Sieg. — Aufforderung zum Lobpreis in Worten (V. 1—5); — in Thaten, durch Unterwerfung der Heiden unter seine Herrschaft (V. 6—9).

Liturg. 1. Ad **laud.** ermuntert uns die Kirche, Gott zu preisen für die Gnaden der Erlösung, und neuen Eifer zu geloben in der Bekämpfung der Feinde unseres Heiles.

2. In **consecr. Eccl.** et **Alt.** et **bened. Campanae.** An neuer Gnadenstätte neuer Lobpreis für die neuen Gnaden — Lobpreis auch aus neuem ehernem Munde!

Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit. 97. —

Nach der griech.-lat. Überschrift ist der Psalm (der viele Ähnlichkeit hat mit Ps. 95) von David (vielleicht mit späteren Erweiterungen; vgl. V. 1c—3 mit Is. 52, 10; 59, 16; 63, 5). — Aufruf an alle Kreatur, den Herrn zu preisen, den Gott Israels. — Gott hat wunderbar geholfen (V. 1—3). — Preiset ihn alle Völker (V. 4—6) — auch die leblose Natur (V. 7—9).

Liturg. 1. In Festo ss. **Trinit.** 3. Noct.

2. Wunderbare Rettung durch Christi Menschwerdung: **Nativ.** 3. Noct. (Notum fecit Dominus, alleluja, salutare suum, alleluja); — **Circumcis.** 3. Noct. (Ante luciferum genitus et ante saecula Dominus Salvator noster hodie nasci dignatus est). — **Nom. Jesu** *(Dom. 2. p. Epiph.)* 3. Noct.; (Cantate Deo: psalmum dicite Nomini ejus . . .); — vor allem durch seinen Kreuzestod: **Invent.** *(3. Maj.)* et **Exalt. Cruc.** *(14. Sept.)*; — **Lanc. et Clav.** *(fer. 6. p. Dom. 1. Quadr.)*; — **ss. 5 Vuln.** *(fer. 6. p. Dom. 3. Quadr.)* 3. Noct.

3. Quia fecit mihi magna, qui potens est. — In Festis **BMV.** 3. Noct.

4. Com. **Virg.** 3. Noct.

capillus, i, *m.* (*Demin.* v. Stamm CAP, vgl. caput, κεφαλή eig. *Adj. sc.* crinis), das Haupthaar: θρίξ 1) שַׂעֲרָה *(Nom. unit.)*: **39, 13 multiplicatae sunt super capillos capitis mei: zahlreicher sind sie als die Haare meines Hauptes.** — Ein allen Sprachen geläufiges Bild unzählbarer Menge. — ***Bellarm.*** *Superant multitudine sua numerum capillorum: capilli enim capitis tot sunt, ut numerari non possint.* Subjekt ist das vorhergehende iniquitates »Sünden« oder »Sündenstrafen« (parallel mit mala). - ***Thom.*** *Sicut capilli sunt innumerabiles, ita sunt innumerabilia peccata et maxime venialia: quae si non terreant propter pondus, terrent tamen propter multitudinem. Glo. »Si vitasti gravia, cave ne obruaris arena«.* - ***Heser:*** *Cum capilli sint innumerabiles, quid me fiet, cujus iniquitates numero superant bene criniti hominis pilos? Ut sint illae noxae non lethales omnes, sed pleraeque veniabiles, cohorresco. Ne blandiare mihi, quot et qualiacunque sint peccata venialia, non conficere mortale vel unicum: fateor id libens, ardorem tamen caritatis restingunt et ad lethalem noxam contrahendam disponunt.* - ***Cassiod. PsaltMoz.*** [***Rom.?***] lesen multiplicati sunt. Diese LA. adoptiert ***Agell.*** und erklärt es von den Feinden. Dazu bemerkt mit Recht ***Lorin.*** *Non debuit Agellius editionem nostram, quam Hebraei, Graeci, Latini sequuntur, deserere, et verisimile est ob affinitatem lectum hic quod est alterius loci.* s. das folgende. — **68, 5 multiplicati sunt super capillos capitis mei.** - ***Genebr.*** *Hyperbole ad denotandam maximam multitudinem hostium et potentiam.* - Dazu bemerkt ***Geier:*** *qua tamen non videtur esse opus, si numerum scribarum, populi militum, daemonumque infernalium, praecipue vero tot tantorumque scelerum humani generis recte expendamus.* — 2) שֵׂעָר *(coll.)* **67, 22 verticem capilli perambulantium in delictis suis:** (Gott wird zerschmettern) **den Haarscheitel derer, die in ihren Sünden wandeln.** ***Hier.*** *verticem crinis ambulantis in delictis suis.* Bild hochfahrenden Stolzes, üppiger Kraft und wilden Trotzes. - ***Agell.*** *locum ipsum medium capitis unde capilli verti et circumire incipiunt.* - ***Menoch.*** *verticem comantem, et capillatum superborum confringet.* - ***Heser:*** *Quod prius dicitur* caput, *idem mox dicitur* vertex capilli, *i. e. vertex capillatus, aut superbe comatus, ut sit descriptio fastuosi, qui cristas erigit et sese super omnes effert: quos primum nominavit inimicos Dei, nunc ostendit, quinam sunt, nimirum* perambulantes in delictis suis, *peccatores obstinati ac perdurantes in sceleribus suis.* - ***PlacParm.*** *Inter inimicos non confringet capillos, sed* verticem, *i. e non multitudinem populi, sed capita et vertices, i. e.*

principales. - ***Ayguan.*** *Per* verticem capilli *intelligit civitatem Jerusalem, quae dicebatur* vertex *et caput totius regni Judaeorum, quia erat metropolis. Dicebatur etiam vertex capilli, i. e. capillorum, quia ibi capillus ponitur pro capillis, quia sicut caput bene capillatum capillis ornatur, ita ipsa civitas, quae caput regni erat, videbatur capillis ornata, scilicet propter altos muros et turres et templum, quod erat in monte. Quibus aedificiis civitas ornabatur, sicut vertex capillis.* - ***Agell.*** *Videtur latenter indicare cladem Idumaeorum illis a Deo inferendam; nam voce capilli, qui* שֵׂעָר *hebraice dicitur, Idumaeam et montem Seir obscure innuit: quos assidue in peccatis suis versari ait, et incerta fide cum Israelitis agere.* - ***Hilar. Theod. Euthym.*** verstehen es von den Dämonen. s. **perambulo.** - ***Targ.*** übersetzt: יַנְתַּר שְׂעַר גְּבַר דִּי מְתַהֲלֵךְ בְּחוֹבוי »wird ausreißen das Haar des Mannes, der wandelt in seinen Verschuldungen«.

capĭo, cēpi, captum, ĕre (vgl. κάπτω, »haben«), fassen, ergreifen **1)** αἰχμαλωτεύω, שָׁבָה gefangennehmen, gefangen wegführen: 67, 19 cepisti captivitatem. ***Hier.*** *captivam duxisti* (Eph. 4, 8 captivam duxit. Vgl. 136, 3). — 105, 46 qui ceperant eos. - ***Pagn.*** *qui captivos abduxerunt eos.* — **2)** θηρεύω, Jagd machen **a)** צוּד: 139, 12 virum injustum mala capient in interitu: den Ungerechten jagt das Unglück ins Verderben. s. **interitus.** — **b)** für אָרַב (auflauern): 58, 4 **ceperunt animam meam: sie machen Jagd auf mich.** - ***Aug.*** liest venati sunt. - ***PsaltRom.*** aucupaverunt; ohne Zweifel richtig hergestellte LA. für das alte occupaverunt. (***Cassiod.***) - ***Hier.*** *insidiati sunt animae meae* (***Targ.*** כְּמַנוּ und ***Syr.*** ܟܡܢܘ). - ***Agell.*** *Ut fraudes et insidias inimicorum David indicarent LXX, non* ἔλαβον, *sed* ἐθήρευσαν *posuerunt, hoc est, tamquam venatione ceperunt et aucupio.* - ***Theod.*** Παντοδαποῖς χρώμενοι μηχανήμασιν ἀνελεῖν με πειρῶνται. — **3)** haereditate capere = κατακληρονομέω, יָרַשׁ erben, in Besitz nehmen: 36, 34 ut haereditate capias terram. ***Hier.*** *ut possideas.* (Vgl. possideo 43, 4; haeredito 24, 13; 36, 9. 11. 22. 29; haereditate possideo 82, 13; haereditate acquiro 68, 36). — **4)** 54, 15 dulces capiebas cibos: du aßest süße Speisen. s. **dulcis.**

captĭo, ōnis, *f.* (capĭo), eig. das Fangen *concr.* θήρα **1)** טֶרֶף der Fang, die Beute: **123, 6 qui non dedit nos in captionem** (εἰς θήραν) **dentibus eorum: der uns nicht hingab zur Beute ihren Zähnen.** ***Hier.*** *in praedam.* Vgl. praeda Job 4, 11; 38, 39 [βορά]; 29, 17 [ἅρπαγμα]. Is. 31, 4 [θήρα]; - esca 110, 5.) - ***Hilar. Aug.*** (in Ps, 118 col. 1185) lesen in capturam. - ***PsaltMoz.*** in captura. - ***Aug.*** in venationem. - ***Prosp.*** in venationem (vel in captionem). - ***Syr.*** ܠܡܐܟܘܠܬܐ »als Speise«. - ***PlacParm.*** *Populus Israel praedae, hostes ferae assimilantur, quia sicut ferae praedam dentibus capiunt, lacerant et devorant, sic gratias agit Deo, qui sit benedictus, inquit, qui non permisit nos dari* in captionem *sive in praedam dentibus eorum devorandam, sed a tanta crudelitate nos eripuit.* — **2)** רֶשֶׁת Fangnetz, Falle, Schlinge: **34, 8 captio, quam abscondit, apprehendat eum: die Schlinge, die er heimlich legte, soll ihn fangen.** - רִשְׁתּוֹ ***Hier.*** *rete suum.* (Vgl. laqueus 9, 16; 30, 5; 34, 7. — s. auch Rom. 11, 9.) - ***Genebr.*** erklärt captio mit *rete, decipula, insidiae.* - ***Euthym.*** Τὸ δίκτυον τῆς θήρας, ὃ λαθραίως ἥπλωσε κατ' ἐμοῦ συλλαβέτω αὐτὸν, τουτέστι κατ' αὐτοῦ περιτραπήτω ἡ μηχανὴ αὐτοῦ. - ***DionCarth.*** *Comprehensio, tentio seu ligatio, quam inter se proponebant mihi inferre, ac intulerunt in nocte Passionis meae, dum cohors et tribunus ac ministri Judaeorum injecerunt manus in me, fiat eis causa, meritum et occasio, qua*

ab adversariis suis capiantur, ligentur ac detineantur.

captivĭtas, ātis, *f.* (eig. der Zustand des captivus), die Gefangenschaft: αἰχμαλωσία 1) das Gefangensein, Ort u. Zeit der Gefangenschaft: **77, 61 tradidit in captivitatem** (לַשְּׁבִי) **virtutem eorum: er gab in Gefangenschaft ihre Stärke.** Bei der Erbeutung der Bundeslade durch die Philister 1 Sam. 4, 11. 21. - ***PsaltMoz.*** in captivitate. s. ***virtus.*** — 95, 1 post captivitatem (μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν), nach der Heimkehr aus Babel. (Die ganze Überschrift, die eine Verwendung des davidischen Liedes angiebt, fehlt im Urtext.) — 2) *concr.* = die Gefangenen: **67, 19 cepisti captivitatem** (שֶׁבִי): **hast Gefangene weggeführt.** Dem Litteralsinne nach von den Kriegsgefangenen zu verstehen, welche David als Sieger im Triumphe mit sich führte, als er die Bundeslade nach dem Sion brachte. Im messianischen Sinne gedeutet vom hl. Paulus Eph. 4, 8. - ***Bellarm.*** *Captivos diaboli fecisti captivos tuos; miseram captivitatem in captivitatem felicissimam commutasti: et sic triumphator multis millibus Sanctorum, quos ab inferis eduxisti, comitatus in regnum tuum intrasti.* - ***DionCarth.*** *In limbo detentos et captos atque in purgatorio sufficienter mundatos eripuisti, antequam ascendebas, eosque tecum ducebas.* - ***Aug.*** *Quid est* Captivasti captivitatem? *Utrum quia vicit mortem, quae captivos tenebat in quibus regnabat? an ipsos homines appellavit captivitatem, qui captivi sub diabolo tenebantur? Ipsos itaque homines qui captivi tenebantur appellans captivitatem, sicut militia cum dicitur, et intelliguntur qui militant, eandem captivitatem a Christo captivatam dicit. Cur enim non sit captivitas felix, si et ad bonum homines possunt capi? Unde Petro dictum est:* Ex hoc jam homines eris capiens (Luc. 5, 10). *Captivati ergo, quia capti, et capti quia subjugati; sub lene illud jugum missi* (Matth. 11, 30), *liberati a peccato cujus servi erant, et justitiae servi facti cujus liberi erant* (Rom. 6, 18). — So wird auch die Redensart avertere u. convertere captivitatem von den meisten Erklärern aufgefaßt = reducere populum captivum [über die Redensart des Urtextes שׁוּב שְׁבוּת s. ***converto***]: **13, 7 cum averterit** (52, 7 converterit) **Dominus captivitatem plebis suae.** ***Hier.*** *quando reduxerit.* - ***Thomasius*** erklärt: *Cum Dominus captivum populum suum reduxerit a captivitate et servitute miserrima.* - ***Lorin.*** *Avertit Dominus captivitatem, eam tollendo, quae est poena et miseria: convertit captivitatem, captivos libertati restituendo.* - ***Genebr.*** captivitatem, *qua populus ejus premitur ab hujusmodi impiis eum ut escam panis devorantibus. Ita appellavit miseram conditionem nostri exilii et peregrinationis in vita praesenti: vel peccati et mortis aeternae. Est enim duplex captivitas, cujus utriusque liberator est Christus. A priore liberat, cum e miseria vel servitute temporaria eruit, perfecte autem quando etiam ad libertatem gloriae filiorum Dei perducit, e qua modo exulamus; a posteriore, quando nos a peccatis et tyrannide Satanae asserit in statum gratiae et filiorum Dei in adoptionem, per fidem, baptismum et reliqua fidei Sacramenta. Sumus enim alioqui ob peccatum captivi Satanae, inferni, mortis, peccati ipsius.* - ***Theodor.*** Τοῦτο δὲ διπλῆν ἔχει τὴν προφητείαν. Οὐ γὰρ μόνον τὴν τηνικάδε γενομένην τοῖς πολιορκηθεῖσι προαγορεύει σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενομένην ἐκεῖθεν σωτήριον ἐπιφάνειαν. Vgl. Rom. 11, 26. — **84, 2 avertisti captivitatem Jacob.** - ***Agell.*** *Captivos de Babylone reduxisti et in eam terram revocasti, unde hostili manu ejecti fuerant.* - ***DionCarth.*** Avertisti *obligationem ad poenam damni propter originale peccatum et spiritualem captivitatem, qua a daemonibus captus tenetur homo, propter jugum iniquita-*

tis et servitutem culpae ac daemonis. - ***Euthym.*** Ὡς ἤδη γεγονότα ἐκτίθεται τὰ μέλλοντα νόμῳ προφητείας. Ἀπέστρεψάς, φησι, τὸν αἰχμάλωτον λαὸν τοῦ Ἰακὼβ ἀπὸ τῆς κατεχούσης αὐτὸν τυραννίδος· Ἰακὼβ δέ, ὁ Χριστιανικὸς εἴρηται λαός. — **125, 1 in convertendo** (f. **converto**) **Dominus captivitatem Sion: als der Herr heimführte die Gefangenen Sions.** - ***Genebr.*** *Quando revocarit et reduxit Dominus in patriam nos captivos.* - ***Jansen.*** *Cum revocaret Dominus ab exilio nos, qui captivi ex Sion abducti fueramus.* - ***Niceph.*** Ἐπιστραφέντες ὑπὸ Κυρίου εἰς τὴν πατρίδα ἡμεῖς οἱ αἰχμάλωτοι τῆς Σιών, ἐγενόμεθα λίαν εὔθυμοι. — **125, 4 converte, Domine, captivitatem nostram.** - ***Bellarm.*** *Fac ut revertantur captivi nostri, qui adhuc remanent in terra aliena, plane omnes et quam citissime, ut sit plena et velox reductio.* - ***HugCar.*** *De facta [conversione captivitatis] gaudebat, de futura orabat. Vel certe pro tota conversione orat, ut quod nondum factum est, fiat, et quod factum est, ipse, qui fecit, custodiat.* f. **torrens.**

captīvus, a, um (captus, capio), gefangen, kriegsgefangen; *Subst.* ein Kriegsgefangener: **136, 3 qui captivos duxerunt nos** (οἱ αἰχμαλωτεύοντες ἡμᾶς, שׁוֹבֵינוּ): **die uns gefangen weggeführt,** in die Gefangenschaft geführt hatten: die babylonischen Sieger und Zwingherren. — ***Heser:*** *qui* captivos *gregis instar* duxerunt *nos in servitutem.* - ***DionCarth.*** *a terra patrum nostrorum in Babyloniam.* - ***HugCar.*** *mali, quorum exemplis et verbis captivantur boni in peccatum.* - ***Aug.*** *diabolus et angeli ejus.* — **70, 1 et priorum captivorum** (τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων). Durch diese Überschrift des griech.-lat. Textes wird eine (zweite) Verwendung (f. **Jonadab**) dieses davidischen Liedes angegeben: es war ein Lieblings-Flehgebet der assyrischen oder der ersten babylonischen Exulanten (606), vielleicht auch der »alten« Exulanten überhaupt. - ***Aug.*** liest: et eorum qui primi captivi ducti sunt. - ***Theodor.*** Εἴρηται ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν εἰς Βαβυλῶνα μεταναστάντων, τῆς ἐπανόδου γλιχομένων, καὶ τὴν τῆς δουλείας ποθούντων ἀπαλλαγήν· γέγραφε δὲ αὐτὸν ὁ μακάριος Δαυΐδ, τῷ τῶν εὐσεβεστέρων τάγματι προσαρμόσας τοὺς λόγους. - ***Haymo:*** *Priores captivi dicuntur vitae istius homines, de qua possunt exire captivi, sicut Judaei exierunt de captivitate Babylonica: secunda enim futura est, de qua nemo egredietur.*

capto, avi, atum, are (*Intens.* v. capio), zu fangen suchen, Jagd machen auf: **93, 21 captabunt in animam justi** = θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου: **sie machen Jagd auf des Gerechten Seele** (vgl. 58, 3 ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου: ceperunt animam meam). - ***Kaulen*** Hndb. 224. - Die ***LXX*** lasen wahrscheinlich יָצוּדוּ (139, 12) st. יָגוֹדּוּ sie **rotten sich zusammen wider.** ***Hier.*** *copulabuntur adversus.* - ***Flamin.*** *congregantur contra.* - ***Calvin.*** *coibunt.* - ***Muis:*** *turmatim coibunt.* - ***Geier:*** *turmatim convolant. conglobati conspirant.* - ***HupfNow.*** erklärt: »sie überfallen ihn wie eine Räuberschar«. - ***Raschbam:*** יתגודדו גדודים »es scharen sich ihre Scharen«. - Ähnlich ***Qimchi:*** התחברו גדודים. - ***Targ.*** יִכְנְשׁוּן בִּישָׁן עַל »sie häufen Übel gegen«. [Da derselbe Ausdruck (כְּנַשׁ) *h 56, 7* u. *59, 4* für יָגוּרוּ steht, glauben manche, auch hier sei so zu lesen, da גָּדַד sonst im *Qal* nicht vorkommt, und auch die *scriptio plena* יָגוֹדּוּ unregelmäßig ist.] - ***Syr.*** ܢܟܡܢܘܢ ܠܡܨܕ »sie suchen zu fangen«. - Den lat. Text erklärt ***Sa:*** *Insidiabuntur ut capiant.* - ***Genebr.*** *Capere studebunt justum: venabuntur; venationem instituent contra animam ejus.* - ***Titelm.*** *Persecutionem excitabunt, et quasi venationem instituent adversus animas justorum, cupientes eos in laqueum et perditionem inducere: et homines innocentes ipsi, si poterunt, ad mortem deducent absque tuo timore, occa-*

siones quaerent, ut innocentes possint de vita tollere.

caput, pĭtis, *n.* (St. CAP, griech. ΚΕΦ, κεφαλή; »Haupt«, »Kopf«), das Haupt, der Kopf: **3, 4 exaltans caput meum: der mein Haupt erhebt.** »Das Haupt erheben« (ὑψοῦν κεφαλήν, הָרִים רֹאשׁ) ist der Gegensatz von »das Haupt senken«, »den Kopf hangen lassen« (vgl. Gen. 4, 5. 6 concidit vultus, facies): ersteres ein Zeichen der Freude, des Sieges; letzteres ein Zeichen der Trauer u. der Beschämung. Gott bewirkt, daß der Sänger nicht beschämt den Kopf hangen zu lassen braucht vor den Feinden (***Qimchi:*** שלא אבוש ולא יפלו פני לפני אויבי אלא אלך ברמת הראש וכשתעלני יכירו וידעו כי אתה מחלת לי העון הזה והעונש שהענשני). - ***Genebr.*** *Erigens caput meum, adjuvans, ne succumbam ponderi afflictionis. Alii: faciens ut erecto capite incedam, i. e. laetus et hilaris. Alii: ad dignitatem me evehens. Nam a caula ad aulam, deinde a plectro ad principatum, denique a principatu ad sceptrum fuit sublatus.* - ***PlacParm.*** *Me in majorem gloriam et honorem restitues.* - ***Agell.*** Exaltare caput *est alacritatem tribuere, efficereque ut erecto et hilari animo sit, ne timore aut moerore frangatur. Aut certe, quod valde affine est, significat, audaciam sumere et animos erigere ad aliquid faciendum, aut ad resistendum aliquibus.* - ***Flamin.*** *Deus ipsum ex humili et infimo loco ad altissimum regiae dignitatis gradum perduxerat.* - ***Euthym.*** Ὑψοῖς τὴν κεφαλήν μου νικῶντος πρότερον ταῖς συμφοραῖς καμπτομένην. ***Jansen.*** *Tu idem devictis hostibus meis quaerentibus me dejicere ac deprimere, caput meum frequenter evexisti, liberans me, glorificans, ac superiorem illis faciens. Quare et certo confido, jam te mihi futurum praesidio, nec passurum, ut regno a te mihi tradito me exuant et ignominia obruant: sed et tandem* exaltabis caput meum, *luculenta victoria in regnum me restitues.* - ***DionCarth.*** *erigens mentem meam ad te, dansque fiduciam elevandi oculos meos ad te.* — Vielfach von Christus gedeutet. ***Cassiod.*** *Gloriam suam et exaltationem capitis sui caro dicit, quam suscepit omnipotens Verbum, ut divina humanaque substantia una esset sine aliqua confusione personae.* - ***Haymo:*** *Iste versus agit de glorificatione.* - ***Gerhoh:*** Exaltans caput meum *glorificatione ascensionis: contra haereticos, qui me dicunt creaturam,* tu exaltans caput meum, *i. e. me, qui sum caput corporis mei, adeo exaltas, ut ego non dimidius, sed totus praedicer Altissimus Altissimi Filius.* - ***Athan.*** Κυρίου ὑψοῦται ἡ κεφαλή, ὁ Θεὸς οὖσα, ὅταν ἡ θεότης αὐτοῦ φανερὰ δι' ἀποδείξεως τοῖς πιστοῖς γένηται. - ***HugCar.*** Exaltans caput meum, *i. e. Christum, qui est caput Ecclesiae. Vel* caput, *i. e. mentem et rationem, more natantis in aqua: Ecclesia est enim arcturus, qui semper vergitur, sed non immergitur. Haec est navicula Petri fluctuans inter procellas, sed non submergitur.* — **26, 6 et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos: und so erhebt mein Haupt er über meine Feinde.** Die *LXX* (ὕψωσεν) lesen (mit ***Hier.***) יָרִים st. des masoretischen יָרוּם (***Aq.*** ὑψωθήσεται ἡ κεφαλή μου. - ***Targ.*** יִתְרוֹמָם. - ***Syr.*** ܢܬܪܘܡ. - ם: يرتفع). - Gott verhilft zum Siege. - ***Agell.*** *Ex eo quod superiore tempore in me contulit, spem certam concipio fore, ut jam mihi de hostibus victoriam tribuat.* - ***Euthym.*** Οἱ γὰρ νικῶντες ὑψαυχενοῦντο κατὰ τῶν ἡττωμένων. - ***Thom.*** Exaltavit *mentem meam super omnes appetitus meos.* - ***DionCarth.*** Exaltavit *rationem meam, quae est principalis vis animae,* super inimicos meos *dando mihi victoriam tentationum, et vincere hostes invisibiles atque visibiles.* — **109, 7 propterea exaltabit caput.** Als triumphierender Sieger schreitet der Priesterkönig erhobenen Hauptes einher. — Vgl. Phil. 2, 8 sq. Humiliavit semetipsum fa-

ctus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum . . . - ***Arnob.*** Exaltavit caput *in libertate ligni crucis, quod fuerat dejectum in praevaricatione ligni concupiscentiae.* - ***Didym.*** Τῆς ὑψώσεως σύμβολον ὁ σταυρὸς φέρει. - ***leBlanc.*** *In resurrectione caput extulit e sepulcro exiliens et in medio Angelorum, Patrum veterum, et Apostolorum coelesti luce circumfulgens.* - ***Bellarm.*** Exaltavit caput *suum ascendens coelum et sedens ad dexteram Patris, constitutus judex vivorum et mortuorum.* - ***Euthym.*** Διὰ τὴν εὐτέλειαν καὶ ταπείνωσιν ὑψωθήσεται. Καὶ δοξασθήσεται εἰς οὐρανοὺς ἀνελθὼν καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. - ***DionCarth.*** *Merito hujus potationis glorificabit et eriget seipsum, resurgendo in corpore glorioso et ascendendo ad Patrem.* - ***Lorin.*** *Viator erat Christus proptereaque tamquam viator mereri de lege ordinaria potuit. Et quamvis ab initio jus habuerit ad omnia quae postea acquisivit, quia possessionem actu non habuit, novo titulo meriti comparare sibi potuit. Talia pro se, corporis resurrectio et gloria, proprii Nominis exaltatio, judiciaria potestas; pro nobis gratia, remissio peccatorum, justificatio cum ceteris gratiae donis cujusvis, corporum resurrectio, gloria eorundem, et animarum.* - Vgl. ***Thom.*** S. Th. p. 3. qu. 19. art. 3. - ***Athan.*** Διὰ τοῦτο, ποῖον ἢ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν σαρκί; - ***Theodor.*** Ὡς ἄνθρωπος, ὃ μὴ εἶχεν, ἔλαβεν. - ***PlacParm.*** *A Deo exaltantur, qui amore illius humiliantur et adversa patiuntur.* - ***Chrys.*** Ταῦτα δὲ οὐ περὶ τῆς θεότητος εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῆς σαρκὸς τῆς πινούσης ἐκ χειμάῤῥου, τῆς ὑψηθείσης. Οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν αὐτὴν παρέβλαψεν αὕτη ἡ εὐτέλεια, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὕψος ἀνήγαγεν ἄφατον. Καὶ σὺ τοίνυν, ὦ ἀγαπητὲ, ἔχων τὰ ὑποδείγματα, τὸν μὲν φλεγμαίνοντα καὶ φαντασίας γέμοντα βίον ἀτίμαζε· τὸν δὲ εὐτελῆ καὶ ἐσχεδιασμένον δίωκε, εἴγε βούλει λαμπρός τις εἶναι καὶ μέγας. Καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης σου διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα ταύτην σε διδάξῃ τὴν ὁδόν. — In derselben Bedeutung: efferre caput (αἴρειν κεφαλήν, נָשָׂא רֹאשׁ): **82, 3 qui oderunt te, extulerunt caput: die dich hassen, erheben das Haupt.** — ***Hier.*** *elevaverunt caput.* - ***LudSax.*** *Extulerunt caput et superbam mentem contra te et nos se erigendo et superbiendo tamquam parati ad aggrediendum et faciendum ardua et mala multa. Ideo caput extulerunt, quia te oderunt: si enim te amassent, caput proculdubio humiliassent.* - ***Agell.*** *Cum prius abjecti fuissent et depressi, nunc sumunt animos et de illa sua miseria emergere et attollere caput audent multitudine et audacia freti.* - ***Titelm.*** *Qui tuum cultum oderunt impii idololatrae, caput suum elevaverunt per superbiam, erigunt cornua sua, superbia efferuntur et elevantur contra te et populum tuum, sperantes posse praevalere nobis, et tui Nominis cultum exstirpare.* - ***Euseb.*** Τούτων δὲ [τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ] τὴν κεφαλὴν αἰρόντων, οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι καταπονούμενοι, ταπεινοῦνται. - ***Bellarm.*** *S. Augustinus refert ad Antichristum, qui erit caput hostium Christi: ipso enim apparente, plurimi, qui non audebant se hostes Ecclesiae profiteri, palam se Antichristo adjungent, et tum ipsi efferent audacter caput suum proprium, tum etiam extollent caput commune omnium iniquorum, i. e. Antichristum.* — **21, 8 moverunt caput: sie schütteln den Kopf.** Gestus des Hohnes (כדרך המלעיג: מ' ד'). Vgl. 43, 15. 4 Reg. 19, 21. Job 16, 5. Die Erfüllung s. Matth. 27, 39. — (***PlacParm.*** *Adeo hic distincte ponuntur a Propheta, quae enarrant Evangelistae, quod magis historia quam prophetia esse videtur.*) - ***Titelm.*** *In derisionis signum moverunt adversum me capita sua, quasi congaudentes meae miseriae, et protestantes dignam factis me accepisse vindictam.* - ***DionCarth.*** *congratulando meis miseriis, et detestando atque ut pseudoprophetam me subsannando.* - ***HugCar.*** Movent caput, *sc. a Deo, quia mentem in mobilibus*

ponunt. - ***Ambr.*** (in Ps. 61, 5): *Caput omnium Christus est. Melius est ut maneat Christus in nobis, quam aliqua nostri commotione moveatur. Judaei moverunt capita sua. Ecclesia autem tenuit eum, nec dimisit eum.* — Ähnlich 128, 25 viderunt me et moverunt capita sua. - ***Arnob.*** *Sicut Pharisaei Christo, ita daemonia in Christiano. Dum pateretur enim Christus, Pharisaei moverunt capita sua insultantes: et dum passionibus premitur Christianus, vident eum daemones consentientes et insultant ei.* s. auch **commotio.** — **7, 17 convertetur dolor ejus in caput ejus: es kehrt sein Unheil auf sein Haupt zurück.** Die von oben kommende Vergeltung trifft ihn und lastet auf ihm; wie ein in die Höhe geworfener Stein (oder Pfeil) fällt das Böse, das er andern anthut, auf ihn selbst zurück (Prov. 26, 27. Eccli. 27, 28. Eccle. 10, 8. 9). So fiel Saul durch sein eigenes Schwert, das er gegen David gezogen (1 Sam. 31, 4). Die Juden wollten Christum vernichten, gingen dadurch zu Grunde, während er lebt. (Vor allem traf die Strafe ihr Haupt »Jerusalem«.) Auch die Feinde der Kirche, die Peiniger der Martyrer, die Verfolger der Tugend sind traurige Zeugen für diese Wahrheit. — ***Titelm.*** *Quemadmodum daemonibus perversis Dei judicio evenit, ut eandem mortem, ad quam nos quaerunt pertrahere, nobis liberatis ipsi in aeternum ferre debeant: et cum post omnes suas paratas insidias nos vident Dei auxilio de mortis tandem fovea ereptos, affliguntur et confunduntur vehementius, et augmentat eis omnis eorum malus conatus dolorem. Similiter et impiis contingit hominibus, qui dum mortem sive corporis sive animae machinantur proximo, ipsi in mortis aeternae baratrum, illis divina protectione salvatis, subito incidunt et immerguntur.* — **37, 5 iniquitates meae supergressae sunt caput meum: meine Missethaten gehen mir übers Haupt.** s. ***supergredior.*** Von

den verschiedenen Erklärungen liegt die schon von den Rabbinen gegebene am nächsten: Bild ertränkender Fluten (68, 3. 16; 123, 4), die über dem Haupte zusammenschlagen (***Qimchi:*** מים רבים שעברו ראשו שהוא טובע בהם). - ***Bellarm.*** *In tantum cumulum creverunt, ut me quasi obruant: quomodo obruitur aquis, qui ita profundum fluvium ingreditur, ut aquae supergrediantur caput ejus.* — Von anderen Erklärungen sind bemerkenswert: ***Heser:*** (primo loco) *super capitis mei crines: plures scilicet illae sunt et numeratu difficiliores quam capilli capitis mei.* (s. **capillus** S. **253.**) - ***Euthym.*** Αὐξηθεῖσαι καὶ κορυφωθεῖσαι· τὸ μέγεθος δὲ αὐτῶν ἐντεῦθεν αἰνίττεται, καθάπερ ἀλλαχοῦ τὸ πλῆθος, ὡς τό· Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου. - ***HugCar.*** *Superaverunt rationem tripliciter videlicet: quantum ad numerum, quia multae; et quantum ad locum, quia usque in coelum ascenderunt; et quantum ad dominium, quia me in servitutem redegerunt.* - ***Titelm.*** *Ecce peccata mea, quae hactenus dissimulavi, quae hactenus operui aut excusavi, confiteri quoque et emendare neglexi, jam eo excreverunt, ut etiam supergrediantur caput meum: ita ut jam spiritum habeant (mentem dico et voluntatem) pessumdatum illumque velut superaverint et ad sensualis appetitus concupiscentiam inflexerint, imo hujus servituti illum velut subjecerint.* - ***Lorin.*** *Aliqui putant ductam a victoribus similitudinem, qui eorum quos vicerunt solent pedibus capita calcare.* — 65, 12 imposuisti homines super capita nostra s. ***impono.*** — **67, 22 Deus confringet capita inimicorum suorum: Gott zerschmettert die Häupter seiner Feinde.** s. ***confringo.*** — ***Heser:*** *Deus confringet, et non incusso pugno, non romphea, sed pede conculcans (ut vermes et limaces solent obteri) . . . Victi hostes calcari solebant a victoribus.* - ***Athan.*** Ἐλήφθη ἡ λέξις ἐξ ὁμοιώσεως τῶν ὀφέων, οἵ, ἐπειδὰν ἀρθῶσι κατά τινος, τότε ἐπὶ

τῇ κεφαλῇ πληττόμενοι ὄλλυνται. - *HugCar.* *superbiam eorum.* - ***PlacParm.*** *Inter inimicos non confringet multitudinem populi, sed capita, i. e. principales.* - ***DionCarth.*** *videlicet principes sacerdotum: hos Deus confregit, omne spirituale esse ab eis tollendo, eosque excaecando et in aeternum damnando.* - ***Cassiod.*** *Sunt auctores Judaicae seditionis, sed et haereticorum sine dubitatione doctores. Illi enim in carne Christum persecuti sunt; isti autem crudeliores in ipsam etiam (si dici fas est) Deitatem desaeviunt.* — **109, 6 conquassabit capita.** ***Hebr.*** Das Haupt. *coll.* (***Qimchi:*** כלל כמו). - ***Hier. Pagn. Flam.*** *percutiet caput.* - ***Targ.*** רֵישֵׁי מַלְכַיָּא »die Häupter der Könige«. - ***Theodor.*** Σαφέστερον ἐνταῦθα τὴν κρίσιν ἐδήλωσε καὶ ὅτι κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν παντοδαπαῖς παραδώσει τιμωρίαις τοὺς δυσσεβείᾳ συνεζηκότας· καὶ κατὰ τὸν παρόντα μέντοι βίον πολλαῖς αὐτοὺς πολλάκις παιδείαις ὑπέβαλε, τὴν οἰκείαν δύναμιν τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκων. - ***AlphLig.*** *Cristo giudicherà le nazioni ribelli, e adempierà i gastighi lor minacciati: fracasserà nella terra quelle teste superbe, che si solleveranno contro di lui.* - ***Menoch.*** *Comminuet, confringet superborum capita, qui erecto collo et capite adversus Deum incedunt.* - ***PlacParm.*** *maximis eos tormentis afficiet. Vel: Caput omnium malorum est diabolus, vitiosorum caput Antichristus, errantium a fide haereticus est caput: haec inquit* capita multorum conquassabit *in die illa, cum omnibus una sententia dicturus est: Ite, maledicti in ignem aeternum.* - ***Flam.*** *His verbis quidam significari putant excisionem imperii Romani, quod fuit caput omnium pene terrarum: sed non minus Turcarum et Antichristi regnum designari videtur.* s. ***multus.*** — **17, 44 constitues me in caput gentium: du machest mich zum Haupte von [den] Nationen** (2 Sam. 22, 44 custodies me = תִּשְׁמְרֵנִי st. תְּשִׂימֵנִי). - ***Lorin.*** *Quod attinet ad David, oportebit intelligere gentes quae finitimae Hebraeis erant, vel quae dederant belli contra eos movendi causam. De Christo autem absolute simpliciterque: nec enim earum etiam gentium, quas devicit aliquando David, caput et rex appellatus est, sed Christus caput supra omnem Ecclesiam. Typus praecessit in Jebusaeis, Philistaeis, Ammonitis, Syris, Mesopotamiis expugnatis, domitis, victis, ad tributum pendendum compulsis.* - ***Theodor.*** Χριστὸς πάντων ἐβασίλευσε τῶν ἐθνῶν· ἀεὶ μὲν ὡς Θεὸς τῶν ἁπάντων δεσπόζων, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὴν ἐθελούσιον τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων δουλείαν δεξάμενος. — 117, 22 caput anguli s. ***angulus.*** — **139, 10 caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.** - Ein sehr verschieden gedeuteter Vers wegen der Mehrdeutigkeit von circuitus (*abstr.* oder *concr.*) und besonders wegen der Vieldeutigkeit von caput. **1)** Circuitus faßt man jedenfalls am besten nach dem ***Hebr.*** (מְסִבָּי) als *abstr. pro concr.* Nimmt man nun caput — ohne Zweifel Nominativ (= ἡ κεφαλή) — im eigentl. Sinne, und zwar als *coll.*, so kann man übersetzen: **die Häupter derer, welche mich umlagern — das Unheil ihrer Lippen wird sie decken** (eos dem Sinne nach auf den vorgesetzten absoluten Nominativ bezogen). - ***Thalh.*** »Während Gott mein Haupt deckt, möge über die Häupter meiner Dränger all' das Unheil kommen, so sie durch ihre Verleumdungen über mich zu bringen suchen.« Da im ***Hebr.*** ראש auch Akkusativ sein kann, so wird der Urtext besser übersetzt: **das Haupt** (die Häupter) **derer, welche mich umgeben** (s. ***circuitus***), **wird das Unheil ihrer Lippen ihnen bedecken.** — **2)** Andere Erklärer fassen caput (ראש) als »Summe« (eig. die höchste, d. i. die ganze Zahl: vgl. 118, 160 principium). - ***Hoberg:*** »Alle, die mich umringen — die Frucht ihrer Lippen wird sie [mit Schmach] bedecken«. Bei dieser Auffassung von caput nehmen aber die

meisten circuitus als Abstraktum. — **Bellarm.** *Summa insidiarum, quibus impii quasi per vias distortas circuibant . . . tota, inquam, summa talium insidiarum* operiet *eos in eosque recidat; et hoc idem repetens Propheta addit:* labor labiorum ipsorum operiet eos. - **deSacy:** *Toute la malignité de leurs détours, et tout le mal que leurs lèvres s'efforcent de faire, les accablera eux-mêmes.* - **BrunCarth.** Caput eorum *summam haeresis dicit, eo quod ad eam omnes eorum sententiae spectant.* — **3)** Man erklärt caput als »Erstes« u. »Höchstes« **a)** persönlich: »Oberhaupt«, »Anführer«. - **Qimchi:** הרשע שהוא ראש המסובבים לי ללוכדני »der Bösewicht, welcher das Haupt derer ist, die mich umzingeln, um mich zu fangen«. - **Flam.** erklärt: *Maledicta et mendacia et fraudulenta consilia ejus, qui dux et impulsor est illorum, qui mihi insidiantur, in ipsius caput recidant.* - **Qimchi** denkt an Doeg; **Calv.** an Saul. - **Targ.** אֲחִיתוֹפֶל רֵישׁ סַנְהֶדְרֵי תַלְמִידֵי לֵעוּת מִלְשִׁינוּתָא דְסִפְוָתְהוֹן יְחַפִּינוּן »Achitophel, das Haupt des Synedriums der Jünger der Bosheit — die Verleumdung ihrer Lippen bedecke sie«. — Die meisten dieser Erklärer denken aber an den Satan. - **Hilar.** *Ut omnibus Sanctis caput Christus est, ita omnibus iniquis caput diabolus est. Testatur autem frequenter istos impios erga se circuitus Dominus cum ait:* Circumdederunt me gemitus mortis (17, 5); *et rursum:* Tauri pingues obsederunt me (21, 13); *et iterum:* Circumdantes circumdederunt me (117, 11); *et statim:* Circumdederunt me sicut apes (117, 18). *Quod autem principe diabolo haec gesta sint, testantur Evangelia, cum dicunt:* Et immisit se diabolus in cor Judae, ut traderet eum (Joan. 13, 2). *Laboratum est autem multa voce populi, cum clamatum est:* Crucifige, crucifige (Luc. 23, 21). *Operiet igitur eos caput circuitus et labor labiorum eorum, ut cum alii immortalitatis gloria induentur, illi impietatis suae pudore et damnatione diaboli operiantur.* - **Cassiod.** *Sicut superius, in die belli caput suum obumbrari dixit a Domino, ita istorum caput, quod est diabolus, notabilem refert habere circuitum, qui nunquam ad rectam viam pervenit, quoniam per vestigia sua rediens se semper involvit. Ordo autem verborum talis est:* Caput eorum circuitus. *De quo similiter Petrus dicit Apostolus:* Adversarius vester sicut leo rugiens circuit quaerens quem devoret (1. Petr. 5, 8). *Pulcherrima species definitionis est, uno verbo declarare quid sit res quae quaeritur.* - **AlbertM.** *Diabolus emphatice dicitur* circuitus, *quia circuire non cessat* (Job 1, 7). - Ähnlich **PetrLomb. BrunHerbip. Ginnas.** al. - **BrunSign.** *Diabolus est, quia illos circuitus locutionum et illas ambages tantarum deceptionum ipse eorum magister diabolus eos [haereticos] docuit.* — **b)** sachlich »Erstes« u. »Wichtigstes«. - **Euthym.** Κύκλωμα λέγει τὴν σαγήνην, τὴν ἐπιβουλήν. Τὸ κεφάλαιον, φησίν, τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, ᾧ μάλιστα πεποίθασιν, αὐτὸ τούτους καλύψει καὶ ἀφανίσει. - **Genebr.** Caput *et praecipuum circuitionis eorum obruet, perdet eos, atque insidiae potissimae in labiis eorum positae, ipsos involvent ac perdent.* - **Heser:** Caput *hoc loco non significat princeps membrum corporis humani, sed id, quod est summum ac praecipuum in quacunque re . . . Quod est praecipuum fallacitatis et sycophantiae ipsorum, nempe pernicies quam operosa captione mihi moliebantur, obruet et involvet eos.* - **Thomasius:** *Praecipuum illud* caput circuitionis eorum, *me circumdantium et oppugnantium, nempe vexatio mei per eorum labia maledica atque mendacia, id rei non me certe, sed eos ipsos operiet et obruet.* - **Braun:** »Die Hauptarglist ihres Herumschweifens um mich.« — **4)** Manche fassen caput als »Anfang u. Ursache« alles Bösen und denken dabei an den Stolz. - **HugCar.** *Me protegit umbra tua in die*

belli, sed illos tegit caput circuitus *eorum, i. e. superbia. Mali enim vadunt in gyrum erroris, ubi est iter sine fine: hujus circuitus superbia est caput, quae est initium omnis peccati.* - ***Gerhoh:*** *Quid est* caput circuitus eorum *nisi diabolica superbia, ex qua initium sumpsit ille circuitus illo praeambulante, qui dicit:* Circuivi terram et perambulavi eam (Job 1, 7). — Ähnlich ***Aug. PetrLomb.*** (1⁰). ***AlbertM.*** (1⁰). ***Ayguan.*** al. - ***PerezVal.*** Caput circuitus, *i. e. causa et principium circuitionis eorum fuit superbia et invidia, quia ex superbia et invidia circuierunt me parando insidias.* — 5) Noch andere nehmen רֹאשׁ in der Bedeutung »Gift«. Vgl. Deut. 32, 33 (venenum). Job 20, 16 (θυμός). - So übersetzt schon ***Sym.*** Ὁ πικρασμός τῶν κυκλώντων με, ὁ μόχθος τῶν χειλέων αὐτῶν πωμασάτω αὐτούς. Vgl. 67, 22. Jer. 8, 14; 9, 14 (χολή); - 23, 15 (πικρός). - [***Euseb.*** erklärt dies: Ἡ κατ' ἐμοῦ τυρευομένη πικρία τοὺς ταύτῃ χρωμένους παντελῶς συγκαλύψει.] - Demgemäß auch ***Hier.*** *amaritudo convivarum eorum, labor labiorum eorum operiet eos.* - ***Muis:*** *Si ly* רֹאשׁ *venenum seu fel exponis, non caput cum aliis, facilis tibi erit sensus: Venenum illud, quo me inficere conantur, qui me undique obsident,* labor *scilicet seu molestia, quam mihi virulentis suis linguis creant,* operiet *eos, i. e. recidat in ipsorum caput eosque irruat.* - ***Geier:*** *Cum in hoc ipso Psalmo (v. 4) mentio praecesserit serpentum venenique aspidum, haud equidem aberrabimus, si et hic in eodem acquiescamus sensu ita ut venenum seu exitium aliis intentatum in proprium recidat auctorem.* - ***Baethg.*** »Das Gift meiner Umgebung — das Unheil ihrer Lippen fülle ihren Becher« (s. ***operio***). Er bemerkt dazu: »Die augenscheinliche Zurückbeziehung des Verses auf V. 4 macht es wahrscheinlich, daß רֹאשׁ hier ‚Gift' bedeutet; gemeint sind die giftigen Worte der Gegner.« - ***Graetz:*** »Das Gift ihres Rundgelages«. - ***Griesinger:*** »Das Gift meiner Feinde«. - ***Dereser:*** »Das Gift der mich Umringenden«. - ***Luth.*** »Das Unglück, davon meine Feinde rathschlagen, müsse auf ihr Haupt fallen.« — 6) Schließlich sei noch erwähnt, daß manche eine falsche Versabteilung annehmen und רֹאשׁ in (der eigentlichen Bedeutung) als Objekt zu ירומו im vorhergehenden Verse auffassen. - ***HupfNow.*** »Erhöhen sie das Haupt rings um mich her: das Unheil ihrer Lippen wird sie bedecken.« - ***Del.*** »Erheben das Haupt meine Umkreisenden, so bedecke sie ihrer Lippen Mühsal.« - Ähnlich ***Olsh. Paulus.*** - ***Bickell*** übersetzt: »Nicht sei meiner Dränger Haupt hoch! [»*Al* jarúmu rósch mesibbaj«] Ihrer Lippen Unheil deck' sie!« - ***Emmanuel:*** *Efferunt caput circumdantes me.* - Jedenfalls spricht gegen diese Konjektur das סֶלָה am Schlusse des vorigen Verses, ganz davon abgesehen, daß רום im *Qal* als Transitiv nicht nachzuweisen ist. [Man müßte יָרִימוּ lesen. ***Del.*** hilft sich damit, daß er רֹאשׁ als Akkusativ der näheren Bestimmung auffaßt.] Auffallenderweise hat ***Syr.*** ירומו garnicht gelesen. Indem dazu תִּסַּק (von נְסַק) statt תְּסַכֵּק gelesen wurde, lautet die Übersetzung: ܪܶܥܝܳܢܶܗ ܠܳܐ ܢܶܣܰܩ ܥܰܠ ܪܺܫܝ »sein Gedanke (was er versinnt) soll nicht kommen auf mein Haupt« (C: فكره يعلوا الى راسى). — 2) κεφαλίς: **39, 8 in capite libri scriptum est de me: in der Buchrolle** (im Gesetzbuch) **ist's mir vorgeschrieben.** s. ***scribo.*** Diese Worte bilden einen Zwischensatz (vgl. Hebr. 10, 7. 9). [Der Versuch einiger Neueren, zu konstruieren: »ich komme mit der Rolle« (***Del. Hitz.*** al.), d. h. »ich bringe des Buches Rolle« (***Ew.***) verdient keine Beachtung.] ἐν κεφαλίδι βιβλίου = בִּמְגִלַּת סֵפֶר. ***Hier. Pagn. Flam.*** *in volumine libri.* - Κεφαλίς, eig. das Knöpfchen an dem Stabe, um welchen die Buchrolle gewickelt wurde, wird *meton.* — mit oder ohne

βιβλίου — für die Rolle selbst gebraucht. Vgl. מְגִלָּה = κεφαλίς (volumen) Ez. 3, 1. 2. 3. Esdr. 6, 2. מְגִלַּת סֵפֶר = κεφαλὶς βιβλίου (involutus liber Ez. 2, 9). - ***Athan.*** Κεφαλίδα οἱ Ἑβραῖοι τὸν τόμον φασίν. - ***Aq. Sym.*** übersetzten בִּמְגִלַּת סֵפֶר genauer mit ἐν εἰλήματι βιβλίου. - Hierzu bemerkt ***Theodor.*** Οὕτω δὲ τὰς θείας Γραφὰς μέχρι καὶ τήμερον Ἰουδαῖοι κατασκευάζειν εἰώθασιν. - ***Euthym.*** Ἑβραῖοι κεφαλίδας καλοῦσι τὰ εἰλητάρια. Εἰληταρίοις γὰρ ἐνέγραφον, καὶ οὐ τεύχεσι τετραγώνοις, ὡς ἡμεῖς. - Bei βιβλίον denkt ***Theodor.*** an die Propheten: Ἄνωθεν, φησίν, ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις ταῦτα περὶ ἐμοῦ προηγόρευται. - Ebenso — mit Einschluß des Moses — ***Euthym.*** βιβλίου δέ, προφητικοῦ δηλαδή, τουτέστι τὰ περὶ τῆς ἐμῆς ἐνανθρωπήσεως προκατήγγειλαν οἱ προφῆται. Τοῦτο καὶ Ἰουδαίοις ὕστερον ἔλεγεν, ὡς τό· Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, καὶ ἄλλα πολλά. - Vom ganzen A. T. erklärt es ausdrücklich ***Didym.*** Κεφαλίδα βιβλίου πᾶσαν τὴν θεόπνευστον Γραφήν, νομικήν τε καὶ προφητικήν, λέγει. Ἐν ταύτῃ γὰρ γέγραπται περὶ τῆς δεῦρο φοιτήσεως τοῦ Σωτῆρος. Κεφαλίδα δὲ εἶπεν διὰ τὸ τὴν πᾶσαν εἰς ἓν ἀνακεφαλαιοῦσθαι. - Als Übersetzung für κεφαλίς ist caput in demselben Sinne zu deuten. - ***Agell.*** Caput libri *in Scripturis sacris volumen libri dicitur ab eo, quod convolvitur et in orbem complicatur.* - ***Calm.*** *Haec optima omnium interpretatio esse videtur.* - Sachlich kaum verschieden ist die Auffassung mancher Erklärer, welche caput als *summa* deuten. - ***Bellarm.*** *Videtur simplicissima et maxime litteralis expositio, si nomine* capitis *intelligatur summa totius libri divinarum Scripturarum.* - ***Genebr.*** *In tota Scriptura scriptum est, in summa Scripturarum.* - Ähnlich ***Jansen.*** *Ipse est, de quo potissimum scriptum est in totius Scripturae summa, quae tota in eum tendit.* - Etwas anders ***PlacParm.*** *Haec est prima et principalis intentio voluminis sacrae Scripturae, quia scilicet sic scriptum est de me, ut per mortem crucis tuam faciam voluntatem.* - Manche Erklärer nehmen caput als »Anfang« eines Buches der HSchr. So denkt z. B. ***Hier.*** (Hebr. quaest. in Genes.) an Gen. 1, 1: in principio = *(in Filio).* - Ebenso ***DionCarth.*** (2^{0}). — Vom Psalterium versteht es ***Aug.*** *Quid longe petamus, aut alios libros inquiramus? Ecce in* capite libri *hujus Psalmorum scriptum est:* In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte. - Ebenso ***Arnob. Cassiod. AlbertM.*** (2^{0}). ***Thom.*** (3^{0}). ***Haymo, LudSax. BrunCarth.*** al. - Vom Johannesevangelium versteht es ***Athan.*** [Περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν]: Ἐν ἀρχῇ παντὸς Εὐαγγελίου περὶ ἐμοῦ γέγραπται. - Andere erklären den Ausdruck bildlich von der Gottheit. - ***Remig.*** *Secundum humanitatem sum [Christus] liber, ad quod exemplar omnes libri scribentur, i. e. ad cujus conformationem omnes justi fiunt: cujus libri caput est Divinitas.* In capite *ergo* libri, *i. e. in voluntate tua qui es caput meum,* scriptum est, *i. e. dispositum et praeordinatum, ut tibi in omnibus obediens essem.* - ***BrunCarth.*** (2^{0}) In capite libri, *i. e. in Verbi dispositione, mihi personaliter uniti, quod est caput meum secundum humanitatem, qui sum liber.* - ***Ayguan.*** *Seipsum Christus librum appellat. Iste liber constat ex Deo et homine: Deus autem est caput Christi. Est aeternaliter praevisum et ordinatum, ut in assumpta humanitate legem novam constituam, humiliter mortem pro redemptione humani generis perferam, quae omnia humiliter amplectens, ad perfectum duco.* - ***AlbertM.*** (2^{0}) *Liber ille Christus, in quo sanctos mores evidentissime legere possumus. Caput Christi Deus. Dicit ergo: Apud Deum Patrem praefinitum et determinatum,* ut facerem voluntatem tuam, *o Deus Pater, obediendo tibi usque ad mortem.* - ***Thom.*** *Liber Christus est. Liber est instrumentum, in quo*

sunt conceptiones cordis. In Christo autem sunt conceptiones intellectus divini. Caput Christi Deus. Ergo in capite libri, *i. e. in voluntate Dei Patris* scriptum *est, i. e. ordinatum est* de me, *quod veniam. Vel aliter: Est liber praedestinationis, qui est liber vitae. In hoc libro sunt scripti omnes salvandi, sed per ordinem: quia* in capite *hujus* libri *scriptus est Salvator, et omnes sunt scripti per eum.*

carbo, ōnis, *m.*, die Kohle: ἄνθραξ, גַּחֶלֶת (glühende Kohle, im Gegensatz zu פֶּחָם schwarze Kohle): **17, 9 carbones succensi sunt ab eo** (s. ***succendo***) u. V. 13. 14 als refrainartiger Ausruf **grando et carbones ignis** [V. 14 scheint die Wiederholung verdächtig; sie fehlt 2 Sam. 22, 14]. Poetische Bezeichnung für Blitze in der herrlichen Schilderung der Majestät Gottes im Gewitter. [***Baethg.*** denkt an die feurig gefärbten Ränder der Wolken.] — 119, 4 cum carbonibus desolatoriis. s. ***sagitta.*** — **139, 11 cadent super eos carbones** (s. ***cado***). ***PsaltVet.Rom.*** carbones ignis. - ***Aug.*** carbones ignis in terra [*i. e. adhuc in hac vita*]. - ***Targ.*** גּוּמְרִין מִן שְׁמַיָּא »Kohlen vom Himmel«. - ***Bellarm.*** *Per* carbones *intelliguntur acerrima supplicia; per verbum* cadent *significatur, ea supplicia ab alto descendere, a judicio videlicet Dei judicis supremi.* - ***Agell.*** *Ira Dei et ultio in eos descendet ac fulmine istos dejiciet.* - ***Jansen.*** *Quemadmodum olim in ultionem Sodomitarum pluit e coelo Dominus ignem, ita et super istos e coelo cadent carbones.* - ***Euthym.*** Ἄνθρακας νόει τὴν ἄνωθεν τιμωρίαν, δίκην ἀνθράκων πυρὸς κολάζουσαν· προφητεύει δὲ ταῦτα κατὰ τῶν τοιούτων· ἐπὶ πολλοὺς δὲ καὶ πῦρ θεήλατον κατηνέχθη. - ***Haymo:*** Carbones, *i. e. ardores mali concupiscentiarum.* - ***HugCar.*** *ignis concupiscentiae, irae et luxuriae, antequam veniat ignis aeternus. In illos carbones* dejicies eos: *permissive.*

carmen, mĭnis, *n.* (von cano mit Endung men urspr. canmen), Gesang, Lied: ὕμνος **1)** תְּהִלָּה 39, 4 (***Hier.*** *laus*). — **2)** in den Überschriften von Ps. 4, 6, 53, 54: in carminibus (ἐν ὕμνοις) für בִּנְגִינוֹת mit Saiteninstrumenten (zu begleiten). [Vgl. über Ps. 66 »in hymnis«; über Ps. 75 »in laudibus«.]

caro, carnis, *f.*, das Fleisch: σάρξ, בָּשָׂר **1)** eig. **a)** Fleisch der Tiere, das gegessen (oder der Menschen, das von wilden Tieren gefressen) wird: 49, 13 carnes taurorum; - von den Wachteln: 77, 27 pluit super eos sicut pulverem carnes. — 108, 24 caro mea immutata est. s. ***oleum.*** 78, 2 posuerunt . . . carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. - ***Bellarm.*** *Cadavera occisorum Judaeorum non dederunt sepulturae, sed exposuerunt in escam corvis et canibus.* - ***LudSax.*** *Non solum in viventes, sed etiam in mortuos saeviunt.* — **26, 2 ut edant carnes meas.** Von den blutgierigen Feinden. - ***Bellarm.*** *Quasi canes aut leones famelici carnibus meis saturari desiderant.* - ***PlacParm.*** *Appropinquant, ut vitam carnalem a me tollant.* - ***LudSax.*** *vel me in carne affligendo et occidendo: vel in carnalibus desideriis nimis delectando et se pascendo; vel bona mea devorando. Crudelitas inimicorum hic notatur, qui carnes lacerant, animas laedere non valentes: et ideo non sunt timendi.* - ***Thom.*** Carnes meas, *i. e. carnalem vitam. Vel ut ly* ut *teneatur consecutive, ut sit sensus:* Edant carnes, *i. e. carnalitates meas: quia quando mali persequuntur bonos, aliud intendunt ipsi mali, sive ipsi persecutores, sc. offensionem corporalem; et secundum hoc est prima expositio: aliud intendit Deus hoc permittens, sc. purgationem ab omni carnalitate; et sic secunda expositio.* - ***Heser:*** *Actionem comedendi non referas ad os, et dentharpagas; sed ad gladiorum, queis ora passim tribuit sacrata pagina sanguinolentam ingluviam: ut hac ratione comedere carnes humanas ore gladii non sit*

aliud, quam interimere. - ***Aug.*** erklärt den Ausdruck mit: *Maledico dente consumere.* [Er denkt zunächst an Verleumdung auf Grund der speziellen Bedeutung des aram. אֲכַל קַרְצִין Dan. 3, 8; 6, 25 (Vgl. ***Syr.*** ܐܳܟܶܠܩܰܪܨܳܐ = diabolus); auch im Arabischen أَكَلَ لَحْمَهُ »er aß sein Fleisch«, er verleumdete ihn hinterrücks. Vgl. auch Job 19, 22. — Es handelt sich hier aber nicht nur um Worte, sondern um Thaten. Vgl. Jer. 30, 16. Mich. 3, 3]. - ***Haymo:*** *ut delectentur in tribulatione mea: sicut illi qui edunt carnes, delectantur in esu carnium.* — **b)** auch für Haut, als Übersetzung von בָּשָׂר das (im Unterschiede von שְׁאֵר, den fleischigen Teilen) ursprünglich »Haut« heißt, wie ***arab.*** بَشَرٌ: **101, 6 adhaesit os meum carni meae: hängt mein Gebein an meiner Haut** (***Qimchi:*** כידבק העצם לעור). Vgl. Job 19, 20. Thr. 4, 8. - ***Bellarm.*** *Accipitur hoc loco* caro *pro pelle.* - ***Cassiod.*** Carnem *hic cutem non improbe videmur accipere, quia et ipsa caro est: ut revera exaggerata macies possit ostendi, dum cutis ossibus adhaesisse narratur.* - ***Heser:*** *Dum gemo, dum diu noctuque suspiro, propter vocem gemitus mei et prae continuo luctu in ejulatum erumpente sic exhaustus sum, ut, ad maciem redacto corpore, jam consumpta penitus carne, praeter pellem ossibus adhaerentem nihil remaneret.* - ***Niceph.*** Τὸ δέρμα ὠνόμασε σάρκα. - ***Euthym.*** Τινὲς σάρκα μὲν τὸ δέρμα νοοῦσιν, ὡς τῶν ὀστέων τῷ δέρματι κολληθέντων, ἀναλωθέντων ὑπὸ λύπης τῶν μεσαζόντων κρεῶν. - So die meisten Erklärer. - Anders ***Genebr.*** *Adhaerent mihi ossa carni, spiritu et succo illo vitali, intercurrente inter carnem et ossa, desiccato.* - ***Agell.*** *Videtur potius assiduitatem gemituum indicare voluisse, quorum tanta vis fuerit tamque diuturna, ut tandem obrigescenti linguae, quam* carnis *appellat nomine, palatum quod ossis nomine significat, aut dentes qui ossei sunt, adhaeserint.* — **2)** *meton.* für Leib: **15, 9 insuper et caro mea requiescet in spe.** - ***Hoberg*** erklärt: »Es ist unmöglich, daß das irdische Leben desjenigen, der auf Gott vertraut, gefährdet wird.« - Die gewöhnliche Erklärung ist aber die direkt-messianische von der Grabesruhe Christi. - ***Aug.*** *non deficiet in interitum, sed* in spe *resurrectionis obdormiet.* - ***Titelm.*** *Cum venerit tempus dormitionis meae, ut ponam a meipso paululum animam meam, requiescet etiam tum sine ullo corruptionis periculo corpus meum (ab anima licet separatum)* in spe *certa paulo post futurae resurrectionis suae atque cum anima iterandae conjunctionis.* - ***Euthym.*** Τοῦτο περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος· κατοικήσει γὰρ τὸν τάφον ἐπ᾽ ἐλπίδι ταχείας ἀναστάσεως· εἰδὼς γὰρ προειρήκει πολλάκις τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. - ***Didym.*** Εἴρηται ἐπ᾽ ἐλπίδι κατεσκηνωκέναι ἡ σὰρξ διὰ τὴν ἐσομένην παραυτὰ ἀνάστασιν· οὐ γὰρ διαλυθεῖσα ἢ φθοράν τινα παθοῦσα, ἀλλ᾽ ἀβλαβὴς διαμείνασα συνεζεύχθη πάλιν τῇ μὴ ἐγκαταλειφθείσῃ εἰς τὸν ᾅδην ψυχῇ. — **37, 4. 8 non est sanitas in carne mea: es ist nichts Heiles mehr an meinem Fleische.** - ***Genebr.*** *Non est in me sani quidquam.* - ***HugCar.*** *quia totus homo corruptus est.* - ***Heser:*** *Non est sanitas in toto corpore meo propter iram tuam, quam sceleribus meis irritavi . . . Nulla corpusculi mei pars, vel exterior, vel interior immunis est doloribus, quos peccatis ego meis mihimet accersivi.* - ***Greg.*** *Caro humana, ex quo maledictionis promeruit sententiam, portare non destitit peccati continuam poenam. Et quia nos incessanter infirmitas debilitat, irae Dei faciem nobis indesinenter repraesentat. Portamus namque corpus mortale, doloribus obnoxium, indigentiis impeditum: quod nimirum tentationes sollicitant, sollicitudines angustant, angustiae conterunt, contritiones affligunt; quodque etiam, si ali-*

quando videatur esse validum, ipsa sua valetudine magis invenitur infirmum. Quid enim infirmius quam assidue fame tabescere, difficultate somni languere, frigore dissolvi, aestu torreri? Quae autem sanitas esse poterit, ubi tot malorum multitudo concurrit? — **72, 26 defecit caro mea et cor meum.** ***PsaltVet. Rom.*** *cor meum et caro mea.* - [Gegen diese LA. ***Hier.*** (ad Sun. et Fret.): *male perversum ordinem quidam tenent.*] Ausdruck des Verlangens des ganzen Menschen nach Gott. - ***Heser:*** Defecit *totum corpus et omnis animus meus prae desiderio tui.* - ***Agell.*** *Te quaerit anima mea et cor meum adeo ut ex tui desiderio contabuerit, et corpus atque carnem ex desiderio simul affecerit atque consumpserit.* - Anders ***Haymo:*** *Quia carnalitas mea, quae prius appetebat terrena, jam* defecit, *mortificando sese, et etiam* cor meum, *i. e. carnalis voluntas, quia jam nihil mortale appeto, et etiam* Deus *est habitatio* cordis mei, *et cum alii faciant sibi partes divitias hujus mundi,* pars mea Deus *ducens me in aeternum.* - ***Ginnas.*** *Non amplius caro mea sit in dilectione carnali, in mortali concupiscentia, non cor meum in cogitationibus malis in rerum temporalium acquisitione vagus et insipiens, sed solum in Dei mei dilectione et proximi . . . Jam non est in me* caro mea *et* cor meum, *quia tu Deus meus suscepisti illud et illam; caro mea immutata est in spiritum et cor meum in tui dilectionem.* — **83, 3 cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.** — ***Genebr.*** *anima et corpus.* - ***Theod.*** Οὐχ ἡ ψυχὴ μόνη γάννυται καὶ ἀγάλλεται, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα κεκοινώνηκε τῆς θυμηδίας, δεξάμενον τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. - ***Lorin.*** *Redundat ex parte rationali in sensitivam atque in carnem ipsam, etiam per signa externa, honesta divinaque laetitia, quando magna est, et pars illa superior spiritu Dei acta subjicit sibi alioqui repugnantem sensum et carnem.* - ***Ayguan.*** *De corde bene disposito non mirum, si exultet in Deo. Sed de carne mirandum est, cum affectiones carnis contrarientur affectionibus cordis, quia caro concupiscit adversus spiritum. Sciendum ergo, quod caro non domita per spiritum spiritui repugnat, domita autem spiritui subjicitur; quamvis etiam caro per se non delectetur in his, per quae affligitur, sicut est abstinentia, poenitentia, oratio et contemplatio, tamen per quandam consequentiam naturalem in his bene disposita, animae condelectatur.* - *Docet enim experientia, quod fortes actiones animae multotiens redundant in corpus, sicut ex magno timore homines quandoque infrigidantur et pallescunt, ex magna ira corpus calescit, ex magna exultatione facies dilatatur.* - ***Qimchi*** will בָּשָׂר vom Munde verstehen, der nach der Absicht des Herzens Gott preist (בשרי הוא הפה האומר השיר עם כוונת הלב). — 27, 7 et refloruit caro mea s. ***refloreo.*** — 62, 2 quam multipliciter tibi caro mea s. ***multipliciter.*** — **3)** *meton.* der ganze (armselige, hinfällige) Mensch *(per synecdochen partis pro toto)*, im Gegensatz zu Gott: **55, 5 non timebo, quid faciat mihi caro.** - ***Cassiod. PsaltRom.*** homo. - ***Syr.*** ܒܪܢܫܐ »der Mensch«. - (ם: (الانسان); - פ: ذو جسد und ה: ذو الجسد eig. »praeditus corpore«; - nur ש: البشر). - ***Heser:*** *Non timebo, quid faciat mihi homo mortalis, fragilis, caducus, infirmus.* - ***Bellarm.*** *Non timebo minas et persecutiones inimicorum meorum, qui* caro *sunt, i. e. infirmi et fragiles, si cum Deo, qui mihi salutem et regnum promisit, comparentur.* - ***AlphLig.*** *La* carne, *cioè l'uomo carnale, che a rispetto di Dio non è che debolezza.* - ***Niceph. (Euthym.)*** Σάρκα λέγει τὸν ἐμπαθῆ. - ***Heser:*** *Aut denique carnalem hominem intelligit, qui carnis voluptatibus se totum consecravit, animaque non utatur aliter ac sale, ne computrescat corpus:* non timebo, quid faciat mihi homo *illius farinae, quam voluptas secrevit a virtute et in deliciis de-*

coxit. - ***Gerhoh:*** *carnalis populus, longe a sanctis factus.* - ***Ayguan.*** *Carnis tentatio, si sibi resistatur, mentem non inquinat, sed purgat.* - ***Cassiod.*** *Revera non potest hominem timere, qui se mundana non formidat amittere. Quid enim potest inimicus auferre, nisi illud quod sancta Mater a sua mente probatur abjicere? Hic* hominem *diabolum debemus accipere, qui sanctam Ecclesiam iniqua semper voluntate persequitur.* - ***Perez-Val.*** *diabolus cum membris suis.* — Auf Christus und die Kirche angewandt: ***DionCarth.*** Homo, *i. e. Judaeus aut quilibet alius. Quamvis enim Christus ad horam timeret passione instante, tamen, sicut hunc timorem ex deliberatione rationis assumpsit, sic eum imperio ejusdem cessare fecit. Unde et intrepidus hostibus obviavit et dixit: Quem quaeritis?* - ***BrunHerbip.*** Non timebo: *licet saeviat carnificum manus, omnia tamen tormenta despicit Ecclesia in membris suis, quae exspectat munera Domini Salvatoris.* — **77, 39 recordatus est, quia caro sunt.** - ***Targ.*** בְּנֵי בִסְרָא »filii carnis«. Symbol der Schwäche im physischen (Is. 31, 3), aber auch im moralischen Sinne. - ***Genebr.*** *res infirma, corrupta, obnoxia peccatis et miseriis.* - ***LudSax.*** *Movit pium Judicem fragilitas precantium.* - ***DionCarth.*** *Deus benigne attendit quod corporales et fragiles erant ac proclives in malum. Ex hac autem consideratione inducitur Deus ad indulgendum nobis facile.* - ***Heser:*** *quod essent homines mortales et caduci; quod natura fluxi et evanidi; quod firmum robur fragiles non haberent; quod constarent corpore concupiscentiis nativis, morbis quam plurimis, infinitis miseriis ac denique obnoxio morti.* - ***Theodor.*** Ἤιδει γὰρ αὐτῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν· καὶ ὅτι οὐκ εἰς μακρὰν δέξονται τοῦ βίου τὸ πέρας. — **4)** omnis caro = כָּל־בָּשָׂר »alles Fleisch« für »alle körperlichen Wesen«: **135, 25 qui dat escam omni carni,** d. h. allen Lebewesen (***Qimchi:*** לכל בריות ובריות), Menschen u. Tieren. - ***Ayguan.*** *omni animali, quod carne consistit.* - ***Athan.*** Οὐ γὰρ μέχρι τῶν εὐσεβούντων ἡ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ κηδεμονία, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων, ὡς ἑκάστῳ κατάλληλον διδόναι τροφὴν, ἐκτείνεσθαί τε τὴν πρόνοιαν ἀπὸ τῶν κατ' οὐρανὸν θαυμάτων μέχρι τῶν ἐπὶ γῆς σμικροτάτων. - ***Arnob.*** *Coeli, testes estis, quia omnis caro alitum, hominum, pecudum atque serpentium a Deo pascitur.* - ***Agell.*** *Quia diversa condidit animantia, et pro diversitate naturae diversa sunt quae ad cibum expetunt, non enim eadem esca omnibus apta est, summa benignissimaque sapientia providit, ut plura escarum genera sua cuique animanti congruentia et accommodata essent. Et quamvis et aqua et aer et solis ardor ad fructuum generationem ac maturitatem praebeant ministerium, tamen ille est qui dat escam ut dixit Apostolus:* Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus (1 Cor. 3, 7). — Andere denken auch hier nur an die Menschen. - ***Aug.*** *omni hominum generi, non tantum Israelitarum, sed et Gentium.* - Die erste Erklärung verdient den Vorzug, wenn auch zunächst der Mensch gemeint ist, wie ausdrücklich bemerkt ***Cassiod.*** Omni carni *non tantum de hominibus, sed et quidquid natat, quidquid volat, quidquid repit, quidquid graditur: quoniam universa ejus largitate satiantur. Nam sicut creator est omnium, ita et pastor animantium probatur esse cunctorum ...* *Sive* omni carni dat escam *fidelibus forsitan debemus accipere, quos Corpore et Sanguine suo saginare dignatur.* - ***Perez-Val.*** *qui dat escam Sacramenti Altaris omni carni fideli.* — **144, 21 et benedicat omnis caro nomini sancto ejus.** - ***Targ.*** בְּנֵי בִסְרָא und ***Syr.*** ܒܢ̈ܝ ܒܣܪܐ »filii carnis«. - ***Titelm.*** *Hoc ipsum opto, ut omne quod vivit, aut spiritum vitae habet super terram, item sancto nomini confiteatur et benedicat in aeternum. Ita enim aequum est et*

justum, optime Deus, ut creatura omnis, potissimum autem ea, in qua vitae rationalis spiritum posuisti, quam ad imaginem tuam creasti, tibi confiteatur laude perenni et confessione sempiterna. - Mit Unrecht wollen auch hier manche Erklärer den Ausdruck auf die Menschen beschränken. ***Qimchi:*** כל בני אדם לבדם ולא שאר בעלי חיים התחתיים. - ***Cassiod.*** *Per carnem significat homines.* - ***LudSax.*** *omne corpus Ecclesiae, quod nos sumus qui Deum laudare et benedicere debemus.* - [Dagegen will ***Chrys.*** den Ausdruck sogar auf die leblosen Geschöpfe ausdehnen: Οὐκ ἀνθρώπους μόνον (καλεῖ) ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα, καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ ἀναίσθητα ἅπαντα· πάντα γὰρ ἐμπέπληςται αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος.] — Ausschließlich die Menschen sind gemeint: **64, 3 ad te omnis caro veniet.** Alle Menschen suchen flehend bei dir Hilfe. [Zu weit geht ***Hgstb.***, der auch hier die Tiere nicht ausschließen will, die von Gott ihre Speise erwarten.] - ***Agell.*** Exaudi orationem, *quamcunque fuderit omnis caro, et omnes homines qui ad te veniant, qui quoniam infirma sunt caducaque natura, caro dicuntur. Apte autem carnem potius commemorat, quae mille casuum telis, et vitae hujus aerumnis exposita est et multis necessitatibus obnoxia, ut commemoratione fragilis naturae opificem ejus Deum ad exaudiendum commoveat juxta illud:* Recordatus est quia caro sunt. - ***Flamin.*** *Quoniam te benignissimum praebes supplicibus tuis, omnes mortales relicta superstitione ad te confugient: id autem perfectum est, posteaquam Filius Dei humanum corpus assumpsit.* - ***Athan.*** Εὐαγγελίζεται διὰ τούτων τὴν κλῆσιν ἁπάντων τῶν ἐθνῶν. - ***Theodor.*** Νῦν ἡμεῖς ἱκετεύομεν τῆς ἐπανόδου τυχεῖν καὶ ἐν τῷ ἀφιερωμένῳ σοι ναῷ τὸν ὕμνον προςενεγκεῖν· μικρὸν δὲ ὕστερον πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, τῆς πολυθέου πλάνης ἀπαλλαγεῖσα, πρὸς σὲ τὸν ἀληθινὸν δραμεῖται Θεόν. - ***Arnob.*** *Non est nec tribus, nec gens, ex qua non genuflectetur Domino Jesu Christo.* - ***Aug.*** *Ex omni genere carnis venietur ad te. Quid est, ex omne genere carnis? Numquid venerunt pauperes, et non venerunt divites? numquid venerunt humiles, et non venerunt sublimes? numquid venerunt indocti, et non venerunt docti? numquid venerunt viri, et non venerunt feminae? numquid venerunt domini, et non venerunt servi? numquid venerunt senes, et non venerunt juvenes? aut venerunt juvenes, et non venerunt adolescentes? aut venerunt adolescentes, et non venerunt pueri? aut venerunt pueri, et non allati sunt infantes? Postremo numquid venerunt Judaei (nam inde erant Apostoli, inde multa millia primo tradentium, postea credentium), et non venerunt Graeci? aut venerunt Graeci, et non venerunt Romani? aut venerunt Romani, et non venerunt Barbari? Et quis numeret omnes gentes venientes ad eum, cui dictum est:* Ad te omnis caro veniet? - ***Remig.*** *Veniet ad te et hic resurrectione prima, et postmodum resurrectione secunda.* - ***LudSax.*** *Omnis homo bonus et malus, et de omni genere, statu et conditione hominum* veniet *in judicio finali: ut referat unusquisque quod gessit.*

casia, ae, *f.*, Kasia, Kassia (Kassiazimt), ein Parfum, hergestellt aus der abgeschälten und an der Sonne getrockneten innern Rinde des zur Familie der Lauraceen gehörigen, dem Zimtbaum nahe verwandten Kassiabaumes (Cinnamomum Cassia). Der immergrüne Baum ist einheimisch in China, Indien, Java, Ceylon und Borneo, wird 5–6 m hoch. - **44, 9.**

castigatĭo, ōnis, *f.* (castigo), Züchtigung, Strafe: ἔλεγχος, תּוֹכַחַת. **72, 14 castigatio mea in matutinis: meine Züchtigung ist jeden Morgen da.** — ***Hier.*** *increpatio* (vgl. 38, 12 ἐλεγμός). - ***PsaltRom.*** judex meus in matutino. - ***Cassiod.*** index meus [2 Handschr. castigatio mea]. - ***PsaltMoz.*** vindex meus. -

Aug. argutio mea in matutinum. - ***Bellarm.*** *Summo mane incipit vexatio, et tribulatio mea non differtur saltem ad tempus, ut vel modicum requiescam.* - ***Aug.*** *Quid est* in matutinum? *Non differtur [argutio]. Differtur impiorum; mea non differtur: illa sera vel nulla est; mea* in matutinum. - ***LudSax.*** *et hoc est indicium magni beneficii Dei electis specialiter collati.* - ***Theodor.*** Ἐπιμεληθεὶς δικαιοσύνης, καὶ τῆς κακίας τὴν κοινωνίαν φυγὼν, καὶ αἰκίζομαι καὶ παροινοῦμαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν. - ***Euthym.*** Ὁ ἔλεγχός μου, ὁ πάρ' ἐμοῦ κατὰ πρωῒ προςφερόμενος· ἔλεγχον γὰρ ἐμαυτὸν ὡς προςκεκρουκότα Θεῷ, καὶ ἀναξίως πολιτευόμενον. - [***Cassiod.*** Indicem *dicit sibi Dominum Christum, qui nobis viam veritatis Evangelicis praedicationibus indicavit; et tempore* matutino *resurgens spem nostram de isto mundo auferens ad coelorum regna protendit.*]

castīgo, avi, atum, are (= castum ago; vgl. purgo = purum ago), züchtigen, strafen: παιδεύω, יִסַּר: **117, 18 castigans castigavit me Dominus: et morti non tradidit me: hart hat mich der Herr gezüchtigt; doch gab er nicht dem Tod mich preis.** παιδεύων ἐπαίδευσέν με = יַסֹּר יִסְּרַנִּי. ***Hier.*** *corripiens arguit me.* - ***Pagnin.*** *corripiendo corripuit me.* [Vgl. corripio 6, 2; 37, 2; 38, 12; 93, 10. — erudio 2, 10; 93, 12.] ***Aug.*** liest emendans emendavit me. [Den zur besondern Hervorhebung des *verbum finitum* im Hebr. beigefügten *inf. abs.* übersetzt die griech.-lat. Übersetzung durch das *part. praes.* z. B. 39, 1 קַוֹּה קִוִּיתִי ὑπομένων ὑπέμεινα, expectans expectavi: »fest hoffte ich« (»ich hoffte, ja ich hoffte«); 131, 15 בָּרֵךְ אֲבָרֵךְ εὐλογῶν εὐλογήσω, benedicens benedicam: »reichlich will ich segnen« (»segnen, ja segnen werde ich«). Demgemäß erklärt ***Pagnin.*** *Corripuit me seria et severa castigatione.* - ***PetrLomb.*** erklärt: *Hac geminatione signatur consuetudo ipsius Dei, qui consuevit, sc. castigare.* - ***Haymo:*** *perseverans in castigando per frequentissimas tribulationes.*] - ***AlphLig.*** *Egli mi ha castigato, ma con pietà di padre; e non mi ha condannato alla morte.* - ***Menoch.*** *in utilitatem meam, non in periculum; nam in mortem cadere me non permisit.* - ***Bellarm.*** *Quantumvis magnas persecutiones passus sim et forte iterum patiar: tamen non moriar, sed vivam, i. e. non exterminabor, non deficiam omnino, ut adversarii vellent, sed permanebo et narrabo opera Domini.* - ***Aug.*** *Saepe filios paterfamilias per nequissimos servos emendari jubet, cum illis haereditatem, illis compedes praeparet.* - ***LudSax.*** *Castigat nos Deus in multis verberibus ad emendationem, ut probatos eruat a morte perpetua et donet vitam aeternam.* - ***Theodor.*** Συνεχώρησε γὰρ προςβαλεῖν μοι τὰ λυπηρὰ, πατρικῶς με παιδεύων· τὸ δὲ στυγνὸν τούτων διέλυσε νέφος, καὶ τῆς ἐκεῖθέν με παντελῶς ἠλευθέρωσε λώβης. - ***Lorin.*** *Convenit ea oratio Christo, in quo posuit Deus iniquitatem omnium nostrum et ipse vulneratus est propter iniquitates nostras . . . statim vero ad vitam immortalem revocatus est.* - ***PlacParm.*** *Duo magna opera Domini proponit, quae totam Christi fidem continent, scilicet passionem et resurrectionem: unum est, quod grandem castigationem et passionem me pati fecit; alterum quod morti non me tradidit. Alii enim quando moriuntur, non possunt seipsos excitare a mortuis, nec ab alio ordinarie, sed raro excitantur. Christus autem dicitur non fuisse traditus morti, quia seipsum poterat a mortuis excitare, et excitatus est, nec diu sub illa permansit.*

castra, orum, *n.*, das Lager: παρεμβολή, מַחֲנֶה 1) Israels Lager auf dem Wüstenzuge 77, 28; 105, 16. — 2) das Kriegslager, *meton.* Kriegsheer: **26, 3 si consistant adversum me castra.** — ***Euthym.*** Παρεμβολὴ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὁ στρατός. - ***AlphLig.*** *Benchè si unisse contra di me un intiero esercito.* - Dabei ist unterstellt,

daß der Verfolgte selbst nur über **geringe** Streitmacht verfügt. - ***Qimchi:*** אפילו תחנה עלי מחנה גדול ואני במעט עם. - ***Theodor.*** Τοσαύτην πεῖραν τῆς ἐπικουρίας λαβὼν, κἄν δὶς τοσοῦτοι, κἄν τρὶς, προςλαβεῖν μοι πειραθῶσι πολέμιοι, καταθαῤῥῶ τῶν δεινῶν, τῇ ἐλπίδι ταύτῃ καθωπλισμένος. - ***Titelm.*** *Etiamsi contra me congregentur inimici in multitudine maxima, castrametantes in circuitu meo et me obsideant validissime ex omni parte, circumcingantque in modum coronae.* - Andere **unterscheiden** castra von dem folgenden proelium, dem eigentlichen Angriff. - ***Thom.*** *Castra sunt, ubi steterunt milites. Quamdiu homo est in castris, non pugnat, sed disponit et consiliat ad pugnandum. Per castra intelliguntur consilia et conjurationes malorum contra aliquem.* - Noch andere denken an den **Angriff** auf ein **verschanztes** Heerlager, das **schwer einzunehmen** ist. - ***Cassiod.*** *Castra valida munitio est, quam expugnare facile non potest impetus irruentis. Sed haec omnia sibi dicit esse contemptibilia, cum valletur auxiliatione divina.* - ***Heser:*** *Adeo mirandum in modum liberatus sum antehac, ut deinceps integras hostium copias pertimescere minime debeam, sed ad eas etiam in castris suis oppugnandas, divino fretus auxilio, generose procurrere valeam.* - Bei dem »feindlichen Heere« denkt ***IbnEzra*** an **Heiden** (מחנה שהם מהגוים ואם הם רבים ואם הערכתי לבא למלחמה עמהם). - ***Targ.*** an die Bösen überhaupt (אִין תִּשְׁרֵי עֲלַי מַשְׁרְיַת רַשִׁיעֵי). - ***Aug.*** *Adversus me si contradicentium conspirans multitudo consistat.* - ***Remig.*** *consilia impiorum, vel conspirans contradicentium multitudo (utrumque solet esse in castris).* - ***AlbertM.*** *castra hominum malorum tyrannorum, et haereticorum, et falsorum fratrum, qui etsi sint a se diversi adinvicem, adversum me tamen sunt uniti.* - ***Genebr.*** *Per* castra *(et proelium) intelligit quidquid potest terrorem incutere.* - ***DionCarth.*** *daemonum acies me tentantes et persequentes.* - ***PerezVal.*** *castra daemoniorum et omnium inimicorum Ecclesiae.* - ***Snoy:*** *castra daemoniorum et impetus vitiorum.*

castus, a, um (St. CAST, griech. ΚΑΘ, vgl. καθαρός), moralisch **rein, lauter:** ἁγνός (vgl. 18, 10 sanctus), טָהוֹר: **11, 7 eloquia Domini, eloquia casta.** ***Hier.*** *munda* (vgl. 50, 12 καθαρός). Im Gegensatz zu den V. 3 erwähnten Lügenworten sind Gottes Worte **Wahrheit** (2 Sam. 7, 28. - ***Qimchi:*** כולם אמת), **rein und lauter** (17, 31; 18, 10), silberhell und durchsichtig, ohne Beimischung, ohne unechten, falschen Bestandteil. — ***Menoch.*** *pura, sincera, nihil falsitatis aut doli admixtum habentia.* - ***Agell.*** *Verba promissaque Dei, auxilium, salutem, patrocinium pauperum promittentia, ejusmodi esse dicit, ut omnino factis ipsis exhibenda sint: nihil enim habent falsitatis tamquam impurioris materiae admixtum, sed pura sunt tamquam argentum igni excoctum ac perfectissime purgatum.* - ***Titelm.*** *Audiant haec pauperes et laetentur, quoniam ipse qui loquitur haec et pollicetur fidelibus, Dominus est. Dei autem sermones (promissiones videlicet, atque etiam praecepta et doctrina omnis, et quaecunque per Filium nobis locutus est, vel per Spiritum adhuc loquitur in cordibus electorum) mundissimi sunt atque purissimi, nihil continentes mendacii, vanitatis, iniquitatis aut cujuslibet impuritatis, quae solent esse in verbis humanis.* - ***BrunCarth.*** Casta, *i. e nulla falsitate corrupta a similitudine virginis, quae dicitur casta, cum nondum sit virili labe corrupta.* - ***Beda:*** Eloquia Domini, *i. e. Christi erunt* eloquia casta, *i. e. invariabilia, quia quod semel probabunt, nunquam improbabunt; et quod semel negabunt, nunquam affirmabunt: et in hoc erunt comparabilia castae mulieri, quae eadem se exhibet praesente et absente marito.* - ***Ginnas.*** *Ideo* eloquia casta, *quia expressa sunt in Scriptura veritatis.* - ***Lorin.*** *Di-*

cuntur vero etiam castae hae Litterae, quia castitatem docent, sicut et Sapientia, quae desursum est, pudica est (Jac. 3, 17), *castos ac virgines germinans* (Zach. 9, 17). - ***Hier.*** *Ait, ad carnis desideria frenanda harum studium Litterarum valere.*

cataracta, ae, *f.* (καταρακτής [καταῤῥακτής] v. καταῤῥήγνυμι herabstürzen), der Wasserfall, die Wasserwoge: צִנּוֹר:41,8 in voce cataractarum tuarum. - ***Agell.*** *Cataractae in fluminibus seu aquaeductibus loca sunt, ubi aquae praecipites ruunt. Figurate hoc nomine a Deo immissas tribulationes indicat.* - ***Lyr.*** *Cataractae Dei dicuntur fenestrae coeli, quae per quandam similitudinem videntur aperiri in voce tonitrui et fulguris et pluviarum magnarum in talibus descendentium secundum quod dicitur* Gen. 7, 11: Et cataractae coeli apertae sunt. *Et per hanc similitudinem denotatur multitudo et magnitudo afflictionum, quae super populum Israel venerunt tempore captivitatis Babylonicae, justo Dei judicio pro sua iniquitate.* - ***Didym.*** Καταράκται τοῦ Θεοῦ οἱ περὶ αὐτοῦ βαθύτατοι λόγοι, ἢ οἱ θεῖοι προφῆται. Ἡ τοῦ τοίνυν Ἰησοῦ διδασκαλία ἄβυσσος οὖσα, ἐπικαλεῖται τὴν ἄβυσσον ἐκ τῆς παλαίας Γραφῆς. s. **abyssos.**

cathĕdra, ae, *f.* (καθέδρα), wie מוֹשָׁב *Subst. loci* v. יָשַׁב), der Sitzplatz, Sitz, Stuhl; dann *meton.* = consessus, Sitzung, Kreis Zusammensitzender, Gesellschaft, Versammlung: **1, 1 in cathedra pestilentiae non sedit.** Mag man nun »Stuhl« — so die meisten nach den *LXX* ἐπὶ καθέδρᾳ — oder »Versammlung« übersetzen, jedenfalls ist gemeint »der sich nicht zu den Spöttern setzt«, nicht mit ihnen zusammen (sozusagen auf einer Bank mit ihnen) sitzt (***Luther:*** noch sitzt, da die Spötter sitzen). - ***Targ.*** בְּסִיעַת מְמַקְנֵי לָא אִסְתְּחַר »in der Versammlung der Spötter sich nicht bewegt (befindet)«. - ***Agell.*** *in consessu habitationeque sceleratorum hominum.* - ***Hoen:*** *consessu ac societate legem Dei pestilenter, cum aliorum infectione, deridentium, reprobantiumque.* - Die meisten alten Erklärer denken an den Lehrstuhl der Gottlosen. - ***Jansson.*** *qui mortifera non docuit. Cathedra enim docendi autoritatem munusque hoc loco significat sicut* Matth. 23, 2. Super cathedram Moysi sederunt. - ***Cassiod.*** *Ad doctrinas hoc videtur abominabiles pertinere, quae pestilentiae dogmatis venena disseminant.* - ***PlacParm.*** Sedere in cathedra pestilentiae *est religiosas mentes pestilenti doctrina inficere.* - ***Thom.*** *in cathedra quasi magister et alios docens peccare.* s. **pestilentia.** — **2) 106, 32 in cathedra seniorum: in dem Rat der Alten.** In der Versammlung der Ältesten sollen sie Gott preisen, nicht nur in der Volksversammlung (in ecclesia plebis). - ***Targ.*** בְּסַנְהֶדְרִין דְּחַכִּימַיָּא »in der Ratsversammlung (συνέδριον) der Weisen«. - ***Euthym.*** ἐν συνεδρίῳ ὑπερεχόντων. - ***Genebr.*** *in consessu senatorum et magistratuum, inter magistratus.* - ***Bellarm.*** *in consessu majorum, principum populi et sapientium senatorum.* - ***AlphLig.*** *nel consesso de' principali del popolo.* - ***deSacy:*** *dans le lieu où sont assis les anciens.* - ***Muis:*** *Per consessum intellige forum et locum ubi Magistratus, qui ex senioribus constabat, sedebat.* - ***Heser:*** *Publicis laudibus extollant illum coram plebe, et coram magistratibus, ut omnes cujuscunque status et gradus personae discant sese committere Deo.* - Doch nehmen auch hier manche Erklärer ἐν καθέδρᾳ = auf dem [Lehr-] Stuhl«. - So schon ***Syr.*** ܒܡܘܬܒܐ (ܒ: على مجلس; dagegen ש u. ܦ: فى مجالس u. ח: فى مجلس). - ***Haymo:*** In cathedra seniorum, *i. e. illi qui habent magisterium super alios.* - ***Ayguan.*** *Laudent eum seniores et Praelati, qui alios regunt et docent.* - ***Cassiod.*** *Omnes doctores praecipit laudes Domini personare,* in cathedra seniorum *residere noscuntur, i. e. qui successores veterum Pontificum esse meruerunt.*

- ***BrunCarth.*** Laudent eum *in consideratione gubernationis Praelatorum, rationabiliter et cum tranquillitate subditos regentium.* Cathedra *pro gubernatione ponitur, eo quod gubernatores in cathedra solent sedere.*

catŭlus, i, *m.* (*Demin.* v. catus, vgl. »Kater«, »Katze«), das Junge eines Tieres, nur catulus leonis: σκύμνος **1)** כְּפִיר 16, 12; 103, 21 [vgl. leo 34, 17; 57, 7]. — **2)** für לָבִיא (Löwe) 56, 5 (***Hier.*** *leo*). s. ***leo.***

causa, ae, *f.* (wahrscheinlich von caveo, »schauen«), eig. Hinsicht, Rücksicht, Interesse **1)** die Ursache, der Grund sine causa = ματαίως **a)** ohne Grund: **3, 8 tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: du schlägst alle, die mir feind sind ohne Grund.** - ***Heser:*** *temere, gratis, nihil tale merito.* - ***PlacParm.*** *injuste.* - ***Lorin.*** *Objici potest, passum David hanc persecutionem propter homicidium et adulterium, ac proinde* non sine causa. *Loquitur vel de prioribus persecutionibus; vel quod non laesisset filium Absalom ejusque sectatores; vel falsam esse suspicionem, quam Semei quoque verbis expressit: ideo tunc pati, quod procuravisset mortem Saul et regnum ipsius invasisset* (2 Sam. 16, 8). — Den masoretischen Text übersetzt man: **du zerschlägst allen meinen Feinden die Backe** (oder ins Gesicht). - ***Hier.*** *omnium inimicorum maxillam.* - ***Flamin.*** *omnes inimicos meos in maxilla.* - ***Targ.*** עַל לִיסַתְהוֹן. - ***Syr.*** ܥܠ ܦܪ̈ܨܘܦܝܗܘܢ (ם: على أوجاههم »auf ihr Gesicht«; die übrigen Versionen باطلا [nach ***LXX***]). - Backenstreiche sind äußerste Beschimpfung (***Qimchi:*** פי׳ לחי · בלחי והוא מכת בזיון). Vgl. 3 Reg. 22, 24. 2 Par. 18, 23. Job 16, 20. Thr. 3. 30. Hier werden die Feinde zugleich unschädlich gemacht. - ***Thom.*** erklärt: *Maxilla fuit Absalom, dentes vero, adhaerentes sibi: unde destructo Absalome, alii sunt contriti.* - Die ***LXX*** lasen wohl לחנ׳ = לְחִנָּם (vgl. 34, 19 qui adversantur mihi inique = חִנָּם). Diese LA. der ***LXX*** wird von vielen verteidigt. ***Genebr.*** *Inscite recentiores vertunt* in maxilla. *Vide quid sit inscitiam et temeritatem habere ducem. Nam etsi eorum interpretatio fieri posset, at miserandum est valde, veterum sapientiam ante damnare quam intelligere. Praeterea est idem sensus.* - Ähnlich ***Agell.*** — **b)** umsonst, vergeblich: רִיק: **72, 13 ergo sine causa justificavi animam meam.** ***Hebr.*** **Ja, vergeblich hielt ich rein mein Herz.** (רִיק = לְרִיק Is. 49, 4; 65, 23). - Wenn es den Gottlosen gut geht, so hat es keinen Zweck, gottgemäß zu leben: es hilft ja nichts bei Gott. - ***Hier.*** faßt den Vers als Frage auf: *ergone frustra mundavi cor meum?* - ***Luther:*** Soll es denn umsonst sein, daß mein Herz unsträflich lebt? - ***Euthym.*** Ἐπαπορητικῶς καὶ ταῦτα ἀναγνωστέον. - ***Bellarm.*** *Frustra, inquam, quoniam Deus non benefacit justis, sed peccatoribus; imo non solum Deus non benefacit justis, sed eos affligi patitur.* - ***Heser:*** *Frustra, nullo meo emolumento, vere incassum, et irrito labore integer vitae labisque purus esse studui. Servio Deo, et bona hujus vitae non habeo; non serviunt illi, et his omnibus abundant.* - ***Lorin.*** *Quaerimonia ista minus perfecti hominis est, metientis quodammodo laborem opusque virtutis ex mercede praesertim temporali. Ejus tamen rationem nonnullam ducere, multoque magis aeternae, permittitur, dummodo non ibi consistamus; sed ad amandum, secundum se, propter se, et super omnia Deum tendamus: sed et tanta est virtutis in se spectatae tamquam honesti boni, quam vocant, appetibilitas, ut nullo alio proposito praemio quivis eam possit appetere, contentusque esse, nec conqueri cum ratione valeat, quibuscunque circumfluant improbi externis bonis; ipsi vero priventur iisdem, aut malis etiam afficiantur, si una adsit possessio virtutis.* — **2)** δίκη, Sache, Rechtssache, Streitsache **a)** דִּין: **9, 5 fecisti judicium meum et causam meam: du hast geführt mein**

Recht und meinen Streit. - ***Genebr.*** *Quoniam me es ultus, nunc pro justi judicis tribunali sedisti ac justi judicis partes es executus.* - ***Agell.*** *Sic de Deo tamquam de judice loquitur, ad quem suam causam detulerit, qui jus illi reddiderit, hostem adversariumque condemnaverit.* - ***Bellarm.*** *Absolvisti judicium et litem et controversiam quae erat generi humano: sive Ecclesiae cum diabolo. Diabolus enim praetendebat genus humanum juste a se teneri captivum, et tyrannice illud vexabat: sed Christus in Cruce absolvit hanc litem, satisfaciens pro homine.* - ***HugCar.*** *Causa, quam Christus egit contra impios et diabolum, est mea, i. e. mihi utilis, non Christo, quia bonorum nostrorum non eget. Istam causam Christus advocatus noster suscepit pro nobis agendam. Diabolus enim habebat causam contra hominem, imo tenebat eum captivum et allegabat longam praescriptionem et chirographum decreti datum a Domino, sc.* quacunque die comederis, morte morieris (Gen. 2, 17). — **b)** רִיב: **34, 23 exurge et intende . . . in causam meam,** d. h. um meine Sache zu führen (parallel mit judicio meo. - ***Genebr.*** *per zeugma; sed regimen variat).* — ***Titelm.*** *Exurge et intende ad discernendam et judicandam causam meam, quam tibi commendavi, neque ultra differas judicium. Tempus enim est, ut illorum malitia confundatur, et servi tui patientia remunerationem accipiat.* - ***Theodor.*** Κριτὴς εἶ, Δέσποτα, ἐφορᾷς ἅπαντα καὶ οὐδέν σου διαφεύγει τὴν ἐφοψίαν· μὴ παρίδῃς τὰ πεπραγμένα, μηδὲ τῆς σῆς με προνοίας ἔρημον καταστήσῃς· ἀλλὰ δίκασον καὶ δὸς τὴν ψῆφον ταχέως. — **42, 1 discerne causam meam de gente non sancta: führe meine Sache wider unfromm Volk.** - ***Bellarm.*** *Cognosce causam et judica judicium meum proferens justam sententiam ad meum favorem.* - ***Agell.*** *Sic discerne pro me, ut eorum injustitia et iniquitas appareat: sic judica ac discepta, ut illorum improbitas, meaque justitia omnibus demonstretur.* - ***Aug.*** *Nunc interim in hac peregrinatione nondum discernis locum meum, quia simul cum zizaniis vivo usque ad tempus messis; nondum discernis pluviam meam, nondum discernis lucem meam:* discerne causam meam. *Distet inter eum qui in te credit, et eum qui in te non credit. Par infirmitas est, sed dispar conscientia; par labor, sed dispar desiderium. Desiderium peccatorum peribit: de desiderio autem justorum, nisi certus esset pollicitator, dubitare deberemus. Finis desiderii nostri, ipse promissor. Seipsum dabit immortalibus immortalem, qui seipsum dedit mortalibus mortalem.* — **73, 22 exurge, Deus, judica causam tuam.** Die »Sache« des Volkes Gottes ist die Sache Gottes selbst. - ***Agell.*** *Ne tuam injuriam inultam sinas, tandem excitare, et vires tuas adversus hos scelestos et impios tui nominis blasphematores experire, ne tua patientia abutantur et elati ex impunitate scelerum audaciores fiant.* Judica causam, *non tam meam, quam* tuam, *et dictorum factorumque ab impiis rationes repete, dignasque pro sceleribus et blasphemiis poenas sume.* - ***Euseb.*** Ἐπειδὴ οὐχ ἡμεῖς ἠδικήμεθα, ἀλλὰ σύ· σὲ γὰρ ὠνείδισεν ὁ ἐχθρὸς, καὶ λαὸς ἄφρων τὸ σὸν ὄνομα παρώξυνε· τούτου χάριν ἀνάστηθι, ὁ Θεὸς, καὶ δίκασον τὴν δίκην σου. - ***Sym.*** übersetzt: προμάχησον τῆς μάχης σου. - ***Aug.*** liest causam meam.

Cedar [spr. Kedar. Vgl. ***Kaulen*** Hdb. S. 9], Κηδάρ, קֵדָר, *N. gent. indecl.* Kedar, ein vom zweiten Sohne Ismaels (Gen. 25, 13. 1 Par. 1, 29) hergeleiteter wilder Stamm arabischer Nomaden: **119, 5 habitavi cum habitantibus Cedar: ich wohne bei den Bewohnern Kedars.** ***Hebr.*** bei den Zelten Kedars (s. ***habito***). - ***Targ.*** »bei den Zelten der Araber« (בַּעֲרָבָאֵי). - Manche Ausleger denken wirklich an ein Weilen des Sängers bei diesem weithin verzweigten Volksstamm. - ***Theodor.*** Ὁ Κηδὰρ δεύτε-

ρος τοῦ Ἰσμαὴλ υἱὸς, οἱ δὲ τούτου ἀπόγονοι οὐ πόῤῥω τῆς Βαβυλῶνος μέχρι τήμερον ἐσκήνονται. Ἐπειδὴ τοίνυν ἄνωθεν ἐναντίως διετέθησαν πρὸς ἀλλήλους· Ἔκβαλε γάρ, φησι, τὴν παιδίσκην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ· εἰκότως σφᾶς αὐτοὺς ὀλοφύρονται, ὡς τῆς μὲν προτέρας ἐκπεσόντες ἐλευθερίας, ἐγγὺς δὲ τῶν ἡμιδούλων διάγοντες, καὶ δουλεύειν ἠναγκασμένοι. - Die meiſten Erklärer halten indes den Ausdruck »Kedarener« für eine ſprichwörtliche Bezeichnung für wilde, barbariſche Völker, ſchlimme feindliche Nachbarn. - ***Baethg.*** »da dieſe Völker (Meſchek u. Kedar) den Israeliten andere Leiden zugefügt haben würden als Verletzungen durch die Zunge, ſo ſind ſie vielmehr als Typen für friedehaſſende (Gen. 16, 4) Barbaren aufzufaſſen. Der Sänger meint mit ihnen ſeine erbarmungsloſen Volksgenoſſen, die wie Türken und Indianer handeln.« - ***Menoch.*** *Habitavi cum barbaris captivus et exul. Quia vero* Cedar *nigredinem, obscuritatem et tenebras sonat, sensus sublimior esse potest: Heu mihi, quia habito cum hominibus versantibus in tenebris errorum peccatorum, miseriarum etc.* - ***Ginnas.*** cum habitantibus Cedar, *qui terrenis obscurati longe facti sunt ab Ecclesia Dei.* - ***Gerhoh:*** Cedar, *quod interpretatur tenebrae, quo nomine significantur omnino inconvertibiles filii tenebrarum, pro quibus orans non exauditur Ecclesia.*

cedrus, i, *f.* (ἡ κέδρος), die Ceder: 1) אֶרֶז: **28, 5** vox Domini confringentis **cedros . . . cedros Libani.** — ***Bellarm.*** *Cedri sunt arbores durissimae et maximae, et quae nusquam majores inveniuntur, quam in Libano monte.* — *Ratione sublimitatis sunt homines excelsi sive magnitudine potentiae, sive splendore sapientiae, sive gloria eloquentiae; ratione boni odoris, quem cedri spirant, sunt homines deliciis et voluptatibus dediti; denique ratione densitatis et duritiei, qua mirum in modum cedri pollent, sunt homines obstinati et pertinaces in paternis erroribus. Has omnes cedros Evangelica praedicatio magnifice confregit et ad humilitatem et mansuetudinem christianam necnon ad fructus dignos poenitentiae faciendos perduxit.* - ***Genebr.*** *Metaphora arborum et montium comprehenditur quidquid in hoc mundo excelsum et sublime est.* - ***Thom.*** *Cedri sunt homines magni; et signat Amorrhaeos, qui erant magni et fortes . . . Omnes Amorrhaei adhuc habitabant circa Libanum* (Jos. 9, 1). - ***Euthym.*** Κέδρους Λιβάνου λέγει τὰ τεμένη τῶν εἰδώλων, τὰ ἐν αὐτῷ, ἐκ τοῦ περιέχοντος δηλῶν τὰ περιεχόμενα, καὶ ἄλλως ἐοικότα κέδροις, διά τε ὑψηλὸν τῆς ὀροφῆς καὶ κατάκομον καὶ ἄκαρπον. Προαγορεύει δὲ τὸ ῥητὸν τὴν τούτου κατάλυσιν· διὰ δὲ τούτων αἰνίττεται καὶ τὴν ἁπάντων τῶν τοιούτων σηκῶν. - ***Niceph.*** Κέδρους λέγει τοὺς δαίμονας καὶ τὰ τούτων τεμένη. - ***Aug.*** *Conteret per poenitentiam Dominus elatos nitore terrenae nobilitatis, cum ad eos confundendos ignobilia hujus mundi elegerit* (1 Cor. 1, 28), *in quibus ostendat divinitatem suam.* - ***BrunSign.*** *Per Libanum et cedros Libani Jerusalem et habitatores ejus significantur, quoniam illa civitas inter alias civitates aliquando nobilissima fuit, ejusque habitatores, et divites, et potentes, et sapientes fuerunt. Hos autem jam ex maxima parte confractos et comminutos esse videmus, quos tamen adhuc majorem in judicio poenam habituros esse putamus.* — **79, 11 arbusta ejus cedros Dei: ſein Strauchwerk (bedeckte) die Cedern Gottes.** ſ. ***operio.*** Israels Gedeihen in Kanaan wird unter dem Bilde des Weinſtocks (ſ. ***arbustum***) hyperboliſch dargeſtellt. Weinbau am Libanon bezeugt Os. 14, 8. — ***Lorin.*** *Nomen* Dei *vel* Domini *additum rebus indicat esse magnas ac dignas illius majestate.* - ***Targ.*** umſchreibt: אַרְזִין תַּקִּיפִין »ſtarke Cedern«. - ***Qimchi:*** »ſehr hohe Cedern« (הארזים הגבהים מאד לפיכך קראם ארזי אל · כי

כל דבר סרוכה להגדילו סומך חותו לחל). - ***Euthym.*** Τοῦ Θεοῦ εἶπε τὰς κέδρους, ὡς καὶ αὐτῶν ὑπὸ Θεοῦ ὑψωθέντων. - Vgl. 35, 7 montes Dei. - Bildlich erklärt man es von mächtigen Königen, die Israel unterwarf. - ***Raschi*** הרזין חזקין כלומר מלכים חדירים. - ***Euthym.*** Κέδροι οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑψηλοὶ καὶ ὑπερέχοντες ἄρχοντες. - ***Theodor.*** Κέδρους τοῦ Θεοῦ [καλεῖ] τοὺς ὑψηλοὺς ἄρχοντας, τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ ἄρχειν εἰληχότας. - ***PerezVal.*** *Omnes reges et principes et philosophos jugo fidei subjecit.* — **91, 13 sicut cedrus Libani multiplicabitur.** - ***Genebr.*** *Cedrus commendatur celsitudine, diuturnitate, odore et umbra.* - ***Bellarm.*** *Multiplicatis ramis bonorum operum, et firmissimis radicibus perseverantiae innixi nullo tentationum vento dejicientur: et tandem utiles erunt instar ligni cedrini ad ornanda laquearia Regis regum in coelesti Jerusalem.* - ***Aug.*** *Numquid cum sol exierit, arescit palma? numquid arescit cedrus? Cum autem sol candens aliquando fuerit, arescit foenum. Veniet ergo judicium, ut arescant peccatores, et virescant fideles.* - ***Haymo:*** Sicut cedrus Libani, *quae altior crescit aliis cedris, et est imputribilis: sic justus erit, quando ditabitur altitudine et immortalitate.* - ***Athan.*** Εἰς ἀφθάρτους αἰῶνας διαμενεῖ ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ. — **103, 16 saturabuntur ligna campi** (s. **campus** S. **234**), **et cedri Libani, quas plantavit.** — Auch die Bäume, die der Mensch nicht gepflanzt hat und nicht pflegt, werden gesättigt durch Gottes Fürsehung. - ***Agell.*** *Cum sua sponte nascantur et crescant, a Deo plantari dicuntur, quod nulla agricolae opera, praeterquam Dei solius et natae sint et creverint.* - ***Genebr.*** *Silvas Deus solus plantat, dum vim locis indit, ut silvescant, et sponte sua illic arborum genera sine rastris hominum et cura producant; dat incrementum et formam, foecundis imbribus irrigat, formosas et virides conservat: novas arbores e veteribus pullulare facit.* - ***Aug.*** *Piae cedri, religiosi fideles: tales enim plantavit.* - ***Athan.*** Οἱ αὐτοὶ ἅγιοι ἄσηπτοι, καὶ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ οἱ φυτευθέντες ἐν τῇ πίστει παρὰ τοῦ Κυρίου. — **148, 9 ligna fructifera et omnes cedri.** Letztere sind Vertreter der Waldbäume, deren herrlichste sie sind. - ***LudSax.*** *Illa enim per fructum, hae vero per magnitudinem mittunt factori laudem.* - ***Genebr.*** *Varietas specierum infinitam Domini potentiam et incomprehensam sapientiam praedicat.* - ***Euthym.*** Αἱ κέδροι, δι' ὧν κέδρων ὡς μειζόνων, πάντα τὰ ἄκαρπα δένδρα συμπαρελήφθησαν, εἰς οἰκοδομὴν καὶ ναυπηγίαν χρησιμεύσουσι, καὶ οὐδὲν ὅλως περιττόν· οὐδ' ὡς ἔτυχε γινόμενον. - 2) für אֶזְרָח: **36, 35 elevatum sicut cedros Libani** (ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου). ***Hebr.*** **wie ein grüner unverpflanzter Baum.** - ***Targ.*** הֵיךְ אִילָן יַצִּיב וְעַבוּף. - ***Hier.*** *sicut indigenam virentem.* - Statt כְּאֶזְרָח רַעֲנָן lasen die ***LXX*** vielleicht כְּאֶרֶז הַלְּבָנוֹן [***Baethg.*** »was zweifelsohne die richtige Lesart ist«]. - ***Genebr.*** *LXX notiorem metaphoram usurpaverunt.* - ***Syr.*** ܐܝܟ ܐܝܠܢܐ ܕܚܘܫܐ »wie einen Baum des Waldes«. - [***Dathe:*** *Erpenius verterat* quae ramosa est, *sed tunc esse deberet* ܚܘ̈ܫܐ.] - ם: مثل اشجار الغاب »wie die Bäume der Wälder«; ש: شجر لبنان »Baum des Libanon«; פ u. ח: ارز لبنان »Ceder des Libanon«. - ***Bellarm.*** *ut videretur aeterna futura ejus felicitas.* - ***Haymo:*** *transcendentem alios potentes in altitudine hujus saeculi.* - ***Agell.*** *Indigenam ideo aliqui appellatum hebraeo nomine hunc potentem volunt, quia indidem exorta arbor valentior fit et ramis densior, ut etiam indigena longe est familia et cognatione potentior quam advena, qui tamquam excisus surculus et in alienam terram importatus ac transplantatus, in ea, cum germana non sit, difficilius coalescit; cum ille indigena tamquam arbor sponte nata in patrio solo radicibus actis facilius et firmius creverit et ramis foliisque luxuriet ... Quis tantam adeoque pulchram arborem su-*

bito exarescere suspicaretur? Et tamen — transivi et ecce non erat.

cera, ae, *f.* (κηρός, vgl. »Kerze«), das Wachs 1) דּוֹנַג: **21, 15 factum est cor meum tamquam cera — liquescens.** s. ***liquesco.*** - ***Del.*** »Bei dem Geschmolzensein des Herzens erinnern wir uns an seine Angstglut, an die Entzündung der Wunden und den Andrang des Blutes gegen Kopf und Herz, was bei der Kreuzigung das eigentlich Todbringende ist«. - ***Athan.*** Ἴδιον λύπης τὸ εἰρημένον· γέγραπται γάρ· Ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. - ***Euthym.*** Ἐτάκη δίκην κηροῦ τῷ πυρὶ τῶν θλίψεων ἐκλυθεῖσα, καὶ τέλεον ἀσθενήσασα. - ***Tirin.*** *Instar liquescentis cerae deficit vi et aestu tormentorum, i. e. moritur.* - ***Jansen.*** *Sicut cera liquescit ab ardore ignis, suamque perdens continuitatem, diffluit resoluta: sic et cor meum in medio mei, metu ac poenarum acerbitate tamquam igne quodam liquescit atque resolvitur, tendens continue ad defectionem.* - ***PlacParm.*** *Christi Passio omnium fuit acerbissima. Exterius quidem fuit omnium maxima, quod manifestant verbera, et cruciatus, quos sustinuit. Interius quoque omnium molestissima, quod timor et tristitia, quae in animo sustinuit, declarat. Quo factum est, ut sudor sanguineus magna copia in terram decurreret. Cum igitur haec sanguinis effusio, cerae liquefactae assimiletur, eaque fuerit constrictione cordis causata, ingravescentibus timore atque tristitia, quae cordi opponuntur, recte igitur cor ejus in medio ventris existens fuisse liquefactum, ut cera, dicitur.* - ***PerezVal.*** *Sicut cera liquescens a calore ignis non potest resistere: ita ego ex nimio labore debilitatus non poteram ei resistere nec super pedes meos stare.* — Andere verstehen es nicht von Angst und Schmerz, sondern im guten Sinne von der Liebe Jesu in seinem Leiden. - ***Thom.*** *[Primo mala liquefactione per timorem.] Vel dicendum quod liquefactio etiam est amoris.* Cant. 5, 6: Anima mea liquefacta est. - ***Bellarm.*** *Non solum exterius patientem et mitem me praebui, sed etiam interius humilis corde fui, non intumuit, neque obduruit cor meum contra persecutores, nolens ignoscere et ulcisci parans: sed contra potius factum est sicut cera liquescens ex affectu pio erga illos, miserans illorum caecitatem et pro eis rogans.* - ***AlphLig.*** *Con tutto ciò il mio cuore non già si è indurito contra de' miei nemici, ma sta molle come cera liquefatta in me per compassione de' loro mali.* — Andere deuten cor von der Lehre Christi. - ***AlbertM.*** *Doctrinam Christi appellamus* cor. *Et recte: quia sicut cor est principium vitae et fons . . . Sicut cerae intima patent adhibito igne: sic Scripturae intima patuerunt adhibita Christi Passione!* Velum templi scissum est a summo usque ad deorsum (Matth. 27, 51). - ***Aug.*** *Sapientia mea, quae in sacris Libris conscripta est, tamquam dura et clausa non intelligebatur: sed postquam ignis meae Passionis accessit, tamquam liquefacta, manifestata est, et excepta est in memoria Ecclesiae meae.* - ***Cassiod.*** Cor *suum voluntatem suam dicit, quae in Scripturis divinis clausa legebatur; sed impleta Passione, omnis veritas de adventu ejus promissa revelata est. Bene autem legis mysteria comparata sunt* cerae, *quae tunc splendorem reddit, quando in usum luminis calore liquefacta dissolvitur.* - ***Ayguan.*** *Per* cor *Christi accipe doctrinam Evangelicam vel Sacramenta, a quibus sicut a corde vita procedit.* — Noch andere deuten die Stelle von der Flucht der Apostel. - ***Gerhoh:*** *Et ipsi Apostoli, qui erant prius constantes, quasi* cor meum, *Passionis igne invalescente, ab omni fortitudine sua defecerunt* tamquam cera liquescens. - ***Haymo:*** *Doctrina mea, in qua exponitur voluntas mea,* est factum tamquam cera liquescens, *i. e. cum antea esset solida et firma in ipsis Apostolis, igne Passionis defecit. Cum enim vidissent eum morte teneri, diffidebant de sua doctrina.* —

67, 3 sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. - ***Genebr.*** *His similitudinibus usus est ad repentinum hostium interitum delineandum.* - ***Bellarm.*** *Celeritas et facilitas, qua praesentia Christi dissipat peccatores, non poterat aptius depingi, quam similitudine fumi, qui a vento dispergitur, et cerae quae coram igne liquescit atque consumitur.* - ***Agell.*** *Hoc ad timorem animi refertur: cor namque et animus confidens ac fortis quodammodo obduruisse videtur, metu vero solvitur et liquescit. Tantus, inquit, terror eos invadat, te adversus illos conspectum ostendente, ut cor eorum sicut cera ad ignis calorem accedens tabescat et liquefiat, neque effugiendi consilium aut rationem ullam inveniant, sed pereant et consumantur a facie tua.* - ***AlbertM.*** *Vel in bonum potest legi. Quasi diceret: Sic mali deficiant ut fumus, boni vero* pereant *non inquantum sunt, sed inquantum sunt peccatores, ut jam non sint amplius.* - ***Aug.*** *Fortasse hoc loco eos significavit, quorum duritia in poenitentiae lacrymas solvitur.* - ***Gerhoh:*** Pereant, *ut videlicet hic poenitentiae lacrymis fluant liquescente ipsorum duritia prae ardore bonae voluntatis de peccato praeterito dolentis, et de futuro libenter caventis. Hac vera poenitentia de injustis fiant justi.* - ***LudSax.*** *In judicio tollentur mali a facie Dei qui erit ignis ad poenam impiorum et lumen justorum.* - ***Bellarm.*** *Quodsi per peccatores intelligantur daemones, quod dicitur* pereant *significat interitum virium et roboris, non substantiae.* - ***Euthym.*** Ὥσπερ ὁ κηρὸς τήκεται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πυρὸς, οὕτως οὗτοι [οἱ δαίμονες] τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὅς προςαγορεύεται πῦρ καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν, τακήσονται ὑποῤῥέοντες· τὸ δὲ Ἀπολοῦνται, οὐ τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ὅλως αὐτῶν ἀφάνειαν βούλεται σημαίνειν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἔτι. Ἁμαρτωλοὶ δὲ οἱ δαίμονες, ὡς πρῶτοι ἁμαρτήσαντες, καὶ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ καὶ διδάσκαλοι. — **96, 5 montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini.** — Vgl. Mich. 1, 4. Die ganze Natur unterwirft sich zagend dem göttlichen Gerichte. - ***Lorin.*** *Non tantum contremuit terra propter fulgura et fulmina, sed ipsimet solidissimi montes visi sunt concepto ab illis igne, vel etiam de cavernosis locis erumpente ac eructante, in cerae morem colliquefieri atque diffluere. Haec autem Dei fiebant imperio, suaque praesentiam ac vim potentiae declarantis voluntate, et quod universae terrae dominus esset.* - ***Heser:*** *Obstupefactis videbantur ob praesentiam Dei diffluere, sicut ignis vi dissolvi mons ille Sinai videbatur, cum lex Moysi tabulis lapideis inscripta traderetur.* - ***Bellarm.*** *Quomodo cera non potest subsistere ante faciem ignis, quin statim liquefiat et pereat, sic montes quantumvis maximi et durissimi sint, imo omnis terra, quae solidissima est omnium elementorum, vim divinae potentiae sustinere non posset, si Deus eam repente consumere et ad nihilum redigere vellet. Itaque verba hujus versiculi non ita sunt accipienda, quasi re ipsa montes fluxerint, sicut cera: sed quia ita fieret, si Deus vellet.* - ***DionCarth.*** *quia in die judicii, seu mox eo peracto complanabitur terra, sed et ante judicium erunt terraemotus magni per loca. Melius tamen per montes hoc loco accipiuntur superbi, non in montem Domini, sed in montem superbiae ascendentes, sequentes eum qui dixit:* Sedebo in monte testamenti, ascendam super altitudinem nubium (Is. 14, 13. 14). *Isti in die judicii sicut cera fluent, hoc est, corde dissolventur atque pavebunt.* - ***Aug.*** *Qui sunt* montes? *Superbi. Omnis altitudo extollens se adversus Deum, factis Christi et Christianorum contremuit, succubuit . . . Ubi est altitudo potestatum? ubi duritia infidelium? Ignis eis fuit Dominus; illi ante faciem ejus sicut cera fluxerunt: tam diu duri, donec ignis ille admoveretur. Complanata est omnis altitudo; modo blasphemare Christum non audet: et paganus*

non in eum credit, non eum tamen blasphemat; etsi nondum factus est vivus lapis, tamen victus est durus mons. - **Bonav.** *Hic ostendit superbiam, unde dicit* Montes; *instabilitatem, unde:* sicut cera fluxerunt. - **Lorin.** *Montes mystice sunt sublimes potentia, honoribus, dignitate, sapientia, et fere propterea superbi, quos mollit et frangit praedicatio Evangelica, et convertit, aut si nolunt acquiescere, subvertit.* - **Euthym.** Ὄρη, τροπικῶς, οἱ δαίμονες, διὰ τὸ ἐπηρμένον, καὶ ἀλαζονικὸν, καὶ ἄκαρπον, καὶ σκληρὸν, καὶ κρημνῶδες. — 2) für שַׁבְּלוּל: **57, 9 sicut cera quae fluit auferentur.** - **Athan.** Ὡς ὁ κηρὸς ἐν τῷ πυρὶ ἀναλίσκεται, οὕτως ἔσται ἡ ἀπώλεια αὐτῶν. - **AlbertM.** *Velox valde ipsorum destructio, sicut cito cera liquefit coram igne.* - **Haymo:** *Sicut cera adnihilabuntur, quia in ignem aeternum descendent.* - **Bellarm.** *Est similitudo quae demonstrat, non minus facile esse Deo, potentiam tyrannorum atque aliorum impiorum ad nihilum deducere, quam facile sit soli aut igni, ceram liquefacere.* - **Ayguan.** *Declarat quomodo propter peccatum mortis Christi ipsi [Judaei] expellerentur de terra sua, vagabundi per orbem. Sicut enim cera calida fluens nullam habet stabilitatem, sed decurrit semper ad loca inferiora, sic Judaei per peccatum mortis Christi ad modum cerae, quae fluit, instabiles effecti, ad loca inferiora descenderunt, quia de libertate ad servitutem, a terra promissionis, haereditarie eis data, ad servitutem Christianorum.* - **DionCarth.** *Judaei enim te terra sua subito et improvise sublati sunt. Auferentur quoque in die judicii a regione vivorum nuncque auferuntur quotidie a grege fidelium atque consortio electorum.* - **Arnob.** nimmt auferentur im guten Sinne: *Cera liquefacta ad naturam suam revertitur, et in statu suo iterum redintegratur. Ita vult eos affligi Dominus, ut ad statum pristinum revertantur.* - **Euthym.** Ἀνταξίως τῆς φονικῆς αὐτῶν γνώμης ἀναιρεθήσονται εὐκόλως, δίκην κηροῦ τακέντος. Ἅμα γὰρ οὗτός πλησιάζει πυρὶ, καὶ ἅμα τήκεται. - Das ἅπαξ λεγόμενον שַׁבְּלוּל (mit *Dagesch forte dirimens*) des Urtextes wird verschieden gedeutet. - **Syr.** übersetzt mit **LXX** ܐܝܟ ܫܥܘܬܐ. - **Arab.** مثل الشمع (ש: كالشمعة) »wie Wachs«. - **Sym.** übersetzt χόριον »Nachgeburt« (er las wohl שליה, vgl. Deut. 28, 57). - **Aq.** γῆς ἔντερον »[in der Erde lebender] Regenwurm«. - **Hier.** *vermis tabefactus.* - Andere erklären es vom »Wasserlauf« (**IbnEzra:** ויש אומרים כי למ"ד שבלול כפול והוא כמו שבולת מים); dann wäre es eine Wiederholung für aqua decurrens (V. 8). - Die meisten übersetzen: »wie die Schnecke«. So faßt es schon **Targ.** הֵיךְ זְחִיל תִּבְלָלָא דִּי מָאֵס אוֹרְחֵיהּ »wie die kriechende Schnecke, welche ihre Wege benetzt«. - **Qimchi** erklärt: שַׁבְּלוּל הוא שרץ הנקרא בלע"ז לי"משא »ist ein Reptil, genannt *limausé* (*limaçon* = lat. limax). — Die nackte Schnecke läßt auf ihrem Wege reichlichen Schleim zurück: so büßt sie bei jedem Fortschreiten etwas ein und scheint so allmählich sich ganz aufzulösen. - **Gesen.** *qui saliva emissa viam humectans, quo longius procedit, eo magis se dissolvit, tandem contabescit et moritur. Est hyperbole in hac locutione.* Derselbe leitet das Wort ab von einem aram. Schaph'el שַׁבְלֵל v. d. Wurzel בָּלַל benetzen (wie griech. λείμαξ v. λείβω); wahrscheinlicher (nach der Form גַּבְנוּן) ist es gebildet von שָׁבַל (sich lang hinziehen). - [**Bochart.** (Hieroz.) »*vel a* שְׁבִיל, *i. e.* via *seu* semita, *quam succo suo signat; vel potius quia* יָשַׁב בְּלוּל = *habitat* ἐν κοχλίᾳ. *Nam hebraice* לול *graece* κοχλίας *est* ἑλικτὴ ἀνάβασις, *vernacula lingua* un escalier«.] — Warum haben nun die **LXX** ὡσεὶ κηρός übersetzt? - **Genebr.** sagt: *Similitudinem vulgariorem substituerunt.* - Ähnlich **Agell. Heser,** al. - Dagegen **Lorin.** *Quis scit an* ceram *quoque vox eadem hebraea Interpretum LXX tempore, ut interdum polysema vox aliqua est, significaret? Extabescentia certe*

illa limacis vermisve adrepentis ac tabis vestigia in solo relinquentis, non est adeo ignota: et multo ignotiores alias comparationes Interpretes iidem pluribus locis expresserunt ex hebraeo textu.

cervix, icis, *f.* (eig. »Kopfträger« von cer [gr. κάρ, κάρη, κρᾶνον] u. veho), Hinterhals, Nacken: 128, 4 **concidit cervices peccatorum: zerhaut der Sünder Nacken.** ***Hebr.*** zerschnitt den Strick der Sünder. ***Hier.*** *concidit laqueos impiorum.* - Die ***LXX*** (αὐχένας) lasen wohl גַּבּוֹת st. עֲבֹת. - Von welchen Stricken im masoretischen Text die Rede sei, darüber sind die Exegeten verschiedener Meinung. Schwerlich wird an den Fangstrick (9, 16; 24, 15 u. ö.) zu denken sein mit ***Chrys.*** Ἕτερος ***[Sym.]*** ἀντὶ τοῦ Αὐχένας βρόχους εἶπε, δηλῶν τὰς ἐπιβουλάς, τὰς ἐφόδους, τὰς μηχανάς. Eher ist an Fesseln zu denken mit ***Targ.*** קַצֵּץ שׁוּלְשְׁלֵי רַשִׁיעַיָּא »er zerschlug die Ketten der Sünder« (***Altschul*** [מצ' ד']: מה שאסרו אותי בכבל). - Ähnlich ***Olsh.*** - Andere denken an die Geißelstricke, mit denen Israel geschlagen wurde. - ***Calm.*** (3°) *quibus terga caedebant.* - Am wahrscheinlichsten ist jedoch — nach der Ansicht der meisten Erklärer — an Jochstricke zu denken, mit denen Israel an das feindliche Joch gespannt wurde. Vgl. Job 39, 10. - ***Theodot. V.*** κλοιούς. - Auch ***Sym.*** βρόχους ist so zu verstehen. - ***Qimchi:*** עבות · חוט מיתרי העול כלומר יסיר עולם מעליו. - Ebenso ***Raschbam. Del. HupfNow. Geier*** al. - Noch andere wollen das vorhergehende Bild beibehalten und denken an die Jochstricke, mit denen die Feinde angejocht sind, welche auf Israels Rücken pflügen. - ***IbnEzra:*** כאשר יקצץ העבות לא יוכלו לחרוש על גבי »wenn er die Stricke abschneidet, können sie nicht mehr pflügen auf meinem Rücken«. - ***Genebr.*** *ut illa super dorsum meum exaratio desineret.* - ***Ew.*** »Wie der Pflüger, sobald ihm der Strang, welcher Ochsen und Pflug verbindet, zerschnitten wird, nicht fortfahren kann, die Erde grausam zu zerfleischen: ebenso schnitt Gott plötzlich den Tyrannen die Mittel der Grausamkeit ab.« - Ähnlich ***Hirsch.*** - In jedem Falle ist nach dem masoret. Texte nur davon Rede, daß Gott den Leiden Israels ein Ende macht, während er nach dem griech.-lat. Texte die Verfolger in verdienter Weise straft. - Nach der gewöhnlichen Erklärung der Alten steht cervix *meton.* für Stolz. - ***DionCarth.*** *damnabit et destruet superbias.* - ***HugCar.*** *cervicosos peccatores destruet.* - ***AlbertM.*** *cervicositates superborum nos persequentium.* - ***Euthym.*** Διέκοψε τὴν ὑψαυχενίαν τῶν πολεμίων, ἀφεῖλε τὴν ἔπαρσιν αὐτῶν, ἐπικρατεστέρους ἡμᾶς ποιήσας. - ***Aug.*** *Non dixit: Dominus justus concidit manus peccatorum; aut Dominus justus concidet pedes peccatorum, non dixit: sed peccatores superbos volebat intelligi, superbi autem omnes cervicati sunt . . .*

cervus, i, *m.* (vgl. κεραός, »Hirsch«), der Hirsch 1) für Hirschkuh, Hindin: a) אַיָּלָה: **17, 34 qui perfecit pedes meos tamquam cervorum: der meine Füße macht wie die der Hirsche** (ὡσεὶ ἐλάφου). ***Hebr.*** der meine Füße macht gleich Hindinnen (*comparatio compendiaria*). ***Hier.*** *coaequans pedes meos cervis.* Das tertium comparationis ist die Schnelligkeit, eine sehr wichtige Eigenschaft des antiken Helden (2 Sam. 1, 23; 2, 18. 1. Par. 12, 8), nicht bloß beim Fliehen zum glücklichen Entrinnen, sondern auch beim Angriff zur Verfolgung der Feinde. Hab. 3, 19. (Vgl. die homerischen Beiwörter des Achill: πόδας ὠκύς, ποδάρκης, ποδώκης.) - ***Targ.*** קַלִּילִין הֵיךְ אַיַּלְתָּא »flink wie die Hindinnen«. - ***Heser:*** *Erant profecto arduae et praeruptae viae, per quas diu gradiebatur David, cum illum Saul cum trium millium exercitu investigavit super abruptissimas petras, quae solis ibicibus perviae sunt* (1 Sam. 24, 3). - ***Lorin.*** *Videntur cervae,*

quae sine cornuum pondere cursu praestant, venatores contemnere currendo, potius quam fugere; nam consistunt in cursu, dum insequens appropinquet: tum fugam repetunt . . . Igitur aptior e feminis comparatio duceretur, quam e maribus ad celerem designandam evasionem simul cum virili fortitudine. Utrovis modo hyperbole non caret. - ***LudSax.*** *ad currendum post eum et transiliendum omnia hujus saeculi impedimenta agiles: et in bonorum operum cursu non deficientes.* - ***HugCar.*** pedes meos, *i. e. affectus meos, ut transiliant omnia quae sunt mundi. Cervi enim transiliunt lutosa, spinosa et foveas, per quae tria illa, quae sunt in mundo, designantur.* - ***DionCarth.*** *ut velocissime et efficacissime operarer ac paterer in mundo quidquid Patris voluntati complacuit: sicque sitirem hominum salutem in omni vita mea, quemadmodum cervus cursu lassatus cupit aquarum fluenta.* — Anders faßt das *tertium compar.* auf ***Athan.*** Ἀναλωτικοὶ γὰρ οἱ ἅγιοι τῶν ἰοβόλων παθῶν· ἔλαβον γὰρ δύναμιν κατὰ τῶν νοητῶν ὄφεων, καὶ διὰ τοῦτο ἐλάφοις παρεικάζονται· καὶ αὗται γὰρ ἀναλωτικαὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπάρχουσιν ὄφεων. Ὡςεὶ ἐλάφου· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ (Luc. 10, 19). - ***Theodor.*** Καθάπερ τοῖς ἐλάφοις ἔδωκε κατὰ φύσιν τὰ ἰοβόλα θηρία καταπατεῖν· οὕτω με κρείττονα καὶ ὑψηλότερον τῶν πολεμίων ἀπέφηνεν. — 28, 9 vox Domini praeparantis cervos s. ***praeparo.*** — b) אַיָּל: **41, 2 quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum. *Hebr.* Wie eine Hindin [welche] lechzt nach Wasserbächen.** (אַיָּל hier weiblich [= ἡ ἔλαφος] gebraucht [תַּעֲרֹג], wenn nicht mit ***Olsh.*** אַיָּלָה oder אַיֶּלֶת zu lesen ist. Der Dichter wählte das *fem.* zunächst, weil die verglichene Seele (נֶפֶשׁ) auch *fem.* ist; vielleicht auch, weil bei der Hindin, dem schwächeren Geschlechte, das Verlangen nach Wasser besonders lebhaft ist.) Die in wasserloser Wüste unter drückender Sonnenglut irrende Hindin, vielleicht von Hunden gejagt und von Jägern verfolgt, vielleicht sogar verwundet, lechzt nach frischem Wasserquell — ein treffendes Bild des verfolgten Sängers, der in dem dürren Land des Elends fern vom Hause Gottes weilen muß, an dessen göttlichem Quell seine schmachtende Seele sich so oft gelabt! - ***DionCarth.*** *Sicut cervus ab insequentibus atque venantibus fatigatus aquarum fluenta ardentissime cupit et ad ea velocissime currit: ita, o Creator et Deus ac Dominus meus, anima mea hujus vitae miseriis lassa, tentationibus molestata, variisque impedimentis humanae fragilitatis a tua contemplatione ac dilectione saepius impedita, desiderat ad te, hoc est, desiderium suum extendit ad te summum atque incommutabile bonum, summe ac unice finaliterque desiderans ad te venire, desiderans te amplecti, tua dulcedine frui, tuam pulchritudinem intueri, tibi inavertibiliter ac beatifice, intime ac proxime uniri desiderans.* - ***PerezVal.*** *Quemadmodum cervus sauciatus sagitta venenosa desiderat currere ad fontes aquarum: ita anima nostra sauciata telo originalis peccati desiderat ire ad te, ut sanes eam ab omni morbo peccati.* - ***Athan.*** Ὥσπερ ἡ ἔλαφος μετὰ τὸ ἐσθίειν τὸν ὄφιν τρέχει ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ ὕδατος πρὸς τὸ πιεῖν, ἵνα μὴ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τοῦ ὄφεως ἀδικηθῇ. - ***Euthym.*** Τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιθυμίας παραστῆσαι βουλόμενος, παράδειγμα τὴν διψητικωτάτην ἔλαφον ἔλαβεν. Αὕτη γὰρ φύσει οὖσα θερμή, καὶ μᾶλλον ἐκκαιομένη ταῖς σαρξὶ τῶν ὄφεων, οὓς ἀεὶ λαφύσσει, σφοδρὸν ἔχει τῶν πηγῶν τὸν ἔρωτα. - ***AlbertM.*** *Movet ad charitatem, qua mens illum in quem credit frequenter desideret et tristitiam hujus miserae vitae temperet.* - [***Hier.*** übersetzt: *Sicut areola* (Gartenbeet) *praeparata ad irrigationes aquarum, sic anima mea praeparata est ad te, Deus* (im Anschluß an ***Aq.*** ὡς αὐλὼν πεπρασίασται u. ***VI.*** ὃν τρόπον πεδίον πρασιασθῇ). - ***Lorin.*** erklärt dieses Bild:

Semina in areolis ad excipiendam aquam paratis jacta, et ipsaemet areolae, secundum metaphoram, recte dicuntur sitire, quemadmodum Propheta noster eadem figura dixit animam suam similem terrae sine aqua (142, 6) *ad Deum esse, videlicet expetentem aquae divinae consolationis beneficium.* - ***Agell.*** bemerkt: *Vindicanda est a reprehensione LXX interpretum versio, quam optimam et verissimam judico. Quamvis enim vox hebraea* עֲרוּגָה (eig. »terrassenförmiges Gartenbeet«. Vgl. Cant. 5, 13; 6, 2. Ez. 17, 7. 10) *significet areolas, tamen ubi belluae alicui tribuitur, sitim maximam et aestum anhelantis ad aquas significat, ut apud* Joel (1, 3), *cum de siccitate maxima sermo esset, LXX idem verbum sic transtulerunt:* καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου ἀνέβλεψαν πρός σε: *quem locum S. Hieronymus ita vertit, ut in sua interpretatione utramque significationem temperaret:* Sed et bestiae, *inquit,* agri quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te.] — **2)** für יָעֵל (Steinbock, arab. وَعْل): **103, 18 montes excelsi cervis: die hohen Berge für die Hirsche.** Vgl. ibex Job 39, 1 τραγέλαφος. - ***Geier:*** *capris.* - ***Calvin:*** *damis.* - ***Luther:*** Gemsen. - ***Titelm.*** *Ordinata sunt a Deo diversis animalium speciebus diversa confugia, in quibus salventur a periculis: cervi cum persecutionem sentiunt, celeri cursu ad montes confugiunt.* - ***Euthym.*** Ὅρα καὶ τῶν ὑψηλῶν ὀρέων, τῶν πετρῶν τὸ χρήσιμον· πάντων γὰρ προνοεῖται μέχρι καὶ τῶν σμικροτάτων ζώων ὁ Κτίστης. Εἰ γὰρ μὴ τὰ ὄρη μηδ' αἱ πέτραι γεγόνασιν, ἐπέλειψαν ἂν πάλαι τὰ ῥηθέντα γένη τῶν ζώων ὑπὸ τῶν σαρκοφάγων ἐκδαπανηθέντα. - ***Arnob.*** *fugientibus diabolum, fugientibus mundum.* - ***Ginnas.*** *Cervus serpentes occidit et ipsos comedit: ergo in montibus habitat, qui interficit intelligibilem serpentem, qui sapientior erat in Paradiso prae omnibus bestiis, qui decepit Evam.* - ***Prosp.*** *Cervi sunt magni et praecipui spiritales, qui mandatorum Dei sublimissima quaeque sectantur et in montibus habitant Scripturarum.*

cesso, avi, atum, are (*Intens.* v. cedo), ablassen, aufhören: 105, 30 cessavit quassatio: ἐκόπασεν — וַתֵּעָצַר es ward gehemmt. ***Hier.*** *est retenta percussio.* Num. 25, 8. s. ***Phinees.***

Chanaan, *N. pr. indecl.* (Χαναάν, כְּנַעַן), Kanaan, das den Patriarchen verheißene (Gen. 12, 7; 13, 15; 15, 18; 26, 4) und ihren Nachkommen als Eigentum überwiesene Land. **104, 11.** [***Baethg.*** »da dem Verse die Gliederung und der *Parallelismus membrorum* fehlt, während der Versbau im Psalm sonst sehr sorgfältig ist, scheint er eine Glosse zu sein«. - ***Bickell:*** *Serius additus est v. 11., qui oratione soluta verba promissionis e Genesi repetit.*] Statt die Kanaaniter nach dem Befehl des Herrn auszurotten, vermischten sie sich mit ihnen und ahmten sogar ihre Götzenopfer nach **105, 38.** [Auch hier hält ***Baethg.*** »die beiden mittleren Glieder des Verses, welche eine Tautologie zu V. 37 enthalten und den Vers zu lang machen«, als »erläuternde Glosse zu דָּם נָקִי«. - ***Bickell:*** *Additamentum, etiamsi veram explicationem daret, intolerabilem contineret tautologiam. Sed prorsus errore nititur, cum v. 38. non jam de infantibus, daemonibus oblatis, sed de aliis sceleribus generatim agat. Nam innocentia parvulorum non eget speciali affirmatione, et infantes illi non mactatione, sed crematione oblati sunt.*] — 134, 11 omnia regna Chanaan. Vgl. Jos. 12, 7—24.

Cherub, *indecl.* [*m.* Ex. 25, 19 Cherub unus (Χερούβ εἷς)], כְּרוּב der Cherub; *pl.* **Cherubim** [*m.* Ex. 25, 18 duos Cherubim; auch *n.* Ez. 10, 19 elevantia Cherubim alas (τὰ Χερουβίμ). - Vgl. Is. 6, 6 unus de Seraphim (ἓν τῶν Σεραφίμ); dagegen in der Präfation beata Seraphim. — ***Lorin.*** *quia sexu carent Angeli.*]

כְּרוּבִים, die Cherubim, eine höhere Engelgattung. — **79, 2 qui sedes super Cherubim: der du thronst über den Cherubim.** ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ = יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים. Der Ausdruck bezieht sich ursprünglich auf die besondere Gegenwart Gottes über der Bundeslade zwischen den beiden Cherub-Gestalten. Ex. 25, 18—22. Dieser Thron war indes nur ein Typus des göttlichen Thrones im Himmel über allen Engeln. - ***Targ.*** דִשְׁכִינְתֵיהּ שָׁרְיָא בֵּינֵי כְּרוּבַיָּא »dessen Majestät wohnt zwischen den Cherubim«. - ***Titelm.*** *Qui in majestate tua secundum magnificentiam gloriae tuae sedem habes in summis beatorum Spirituum, in cujus signum et testimonium veritatis, super propitiatorium quondam elegisti sedem tuam inter duo Cherubim, alis suis obumbrantia Propitiatorium Arcae, unde responsa dabas teque populo tuo praesentem monstrabas: veni, inquam, de sublimi sede tua et manifestum te fac praesentemque exhibe, in ostensionem gloriae tuae, in conspectu omnis populi tui, coram omnibus te colentibus.* - ***Heser:*** *Qui sedes in Empyreo coelo super praecipuos Angelorum Cherubinos, ut quos excellentia, majestate, gloria in immensum superas; et qui pro hujus infinitae celsitudinis adumbratione sedes intra Sancta sanctorum inadspectabilis quidem super duas aureas Cherubinorum statuas impositas Propitiatorio: sic ut iste sit tuus in terris thronus sedentis super Cherubim, et Arca sit scabellum pedum tuorum.* - ***Theodor.*** Ἐπειδὴ τούτων μόνων ὁ μέγας Μωσῆς ἐκτυπώματά τινα ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων ἀνέθηκε, καὶ μέσον τούτων τὸ ἱλαστήριον τέθεικε, δι’ ἐκείνου δέ τις ἐπιφάνεια θεία τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐγένετο, εἰκότως ἐνταῦθα καὶ τῶν Χερουβὶμ ἐμνημόνευσε, καὶ τὸν τούτοις ἐπικαθήμενον ἐπιφανῆναι ἱκέτευσεν. - ***Genebr.*** *Cherubis tamquam equis alatis et volucribus insides, qui eos inequitas ad celeriter veniendum, vel potius accurrendum: appare ad salutem celeriter.* — Ebenso **98, 1 qui sedet super Cherubim.** ***Hier.*** *sessor Cherubim* (יֹשֵׁב כְּרֻבִים). — **17, 11 ascendit super Cherubim: er stieg auf Cherubim.** ***Hebr.*** er fuhr auf [dem] Cherub. ***Hier.*** *ascendit super Cherub.* - ***Pagnin. Flamin.*** *equitavit super Cherub.* - ***Targ.*** אִתְגְּלִי בִּגְבוּרְתֵיהּ עַל כְּרוּבִין קַלִּילִין »er erschien in seiner Macht auf leichten Cherubim«. - ***Syr.*** ܪܟܒ ܥܠ ܟܪܘܒܐ; »er fuhr auf Cherubim«. - Auch ***Arab.*** على الكروبيم. [Die alten Versionen nahmen כְּרוּב als *coll.* - ***Genebr.*** *non super unum Cherub, sed plures, ut perniciosior et volucrior esset vectio.*] - ***Hoen:*** *super Angelos in nostra impropria et metaphorica effictione alatos formatos.* - ***Lorin.*** *Innititur metaphora equitantium aut quadriga vectorum, qua et profani utuntur poetae, fingentes equos alatos. — Negandum haud arbitror, habitum in ea figura respectum ad imagines dictas Cherubim in Arca.* - ***Bellarm.*** *Dicitur Deus ascendere super Cherubim et volare super pennas ventorum, quia utitur ministerio Angelorum in movendis nubibus, quae sunt veluti currus aerei et velocissimi, quippe qui trahuntur a ventis veluti equis pennigeris, ac per hoc non ambulant, sed volant celerius omni volucri.* - ***Titelm.*** *Quemadmodum ii qui ad pugnam se parant, equos ascendunt, quorum in bellis utuntur ministerio et fortitudine: ita Deus pro me ad pugnam veniens ascendit, non super equos neque currus equorum, sed super cherubicos Spiritus, super nobilissimos illos, candidissimos, celerrimos fortissimosque vectores, super quos ipse residet, quique illi sunt pro curru: et his vectoribus non accurrit, ut qui equis vehuntur, sed celerrime advolavit, nullam omnino moram patiens, sed absque mora statim praesens, ubicunque placuerit.* — [Die Bedeutung des Wortes כְּרוּב ist noch streitig. Manche denken an eine Transposition von רְכוּב »Gefährt«, »Fahrzeug« (103, 3 ascensus); andere halten das Wort gar nicht für semi-

tisch. Keiner der verschiedenen Erklärungsversuche befriedigt.]

chorda, ae, *f.* (χορδή), eig. Darm, *meton.* Darmseite, Saite: **32, 2 in psalterio decem chordarum** (ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ): **auf zehnsaitiger Harfe.** — Da 91, 4 עָשׂוֹר und נֵבֶל im Urtext unterschieden werden, denken die meisten jüdischen Erklärer auch hier an zwei verschiedene Saiteninstrumente, z. B. ***IbnEzra*** (כנבל כלי בפני עצמו גם כן עשור כאילו אמר חסר בנבל בעשור). - ***Qimchi*** (חסר וי״ו השימוש והוא כמו בנבל ועשור ועשור הוא כלי נגון שיש לו עשרה יתרים); - ***Raschbam*** (ככתוב עלי עשור ועלי נבל); - ***Graetz*** (»mit der Nabla und der Zehnsaite«). - Ähnlich ***Calv. Geier, Moller,*** al. - Mit ***LXX*** und ***Vulg.*** stimmt überein ***Hier.*** (*in psalterio decachordo* [vgl. 91, 4]). - ***Targ.*** (בְּנִבְלָא דַעֲשַׂרְתֵּי נִימִין) und ***Syr.*** (ܒܩܝܬܪܐ ܕܥܣܪ ܢܩܫ̈ܐ). s. ***decachordus.*** — **150, 4 laudate eum in chordis: lobet ihn mit Saiten[instrumenten].** - Das ἅπαξ λεγόμενον מִנִּים — nur noch *h 45, 9* in der abgekürzten Form מִנִּי — wird zwar von ***Targ.*** durch חֲלִילִין »Flöten« übersetzt, heißt aber ohne Zweifel »Saiten«. - ***Syr.*** ܡ̈ܢܐ (***Arab.*** أوتار). s. ***organum.***

chorus, i, *m.* (χορός = κύκλος), eig. Reigen, *meton.* Chor, Chorgesang (vgl. 29, 12 χαρά, gaudium): **149, 3 laudent nomen ejus in choro** (ἐν χορῷ): **preisen sollen seinen Namen sie im Chor.** — ***Thomasius:*** *in coetu canentium ad tibiam.* - ***PlacParm.*** Chorus *conventum et multitudinem significat eorum, qui simul ad laudandum Deum et canendum congregantur.* - ***Jansson.*** in choro, *i. e. conventu atque concordi et communi concentu. Quod a principio observantes Christiani solebant (ob metum gentilium) nocturnos conventus agere, ut scribebat ad Trajanum Plinius secundus, Christo canere. Quod etiamnum observans Ecclesia consuevit ad officia divina peragenda clerum suum in unum locum cogere, et ad officia cleri etiam conventum populi indicere.* - ***Arnob.*** in choro, *i. e. cum omni populo.* - ***Aug.*** Chorus *est consensio cantantium. Si in choro cantamus, concorditer cantemus . . . Chorus Christi jam totus mundus est. Chorus Christi ab oriente in occidentem consonat.* - ***AlbertM.*** Chorus *est consona humanarum vocum relatio, et signat concordiam morum, quam multum diligit.* - ***Haymo:*** Chorus *est variorum vocum placens concordia, quae concordiam charitatis significat, in qua laudandus est Deus.* - ***DionCarth.*** in choro *corporali, videlicet societate per charitatem concordi; et item* in choro *spirituali, i. e. in concordia morum in consonantia operum bonorum, in connexione virtutum.* - ***Euthym.*** Ἐν συμφωνίᾳ, ἵνα ἡ κοινωνία τῆς ᾠδῆς κοινωνίαν αὐτοῖς ἀγάπης ἐμβάλῃ καὶ σύμπνοιαν, καὶ ὁμόνοιαν. - ***Athan.*** Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλοις τοῖς μέλεσιν· ὡς γὰρ ὁ χορὸς ὑπόκειται ὑπὸ διαφόρων ἀνθρώπων, οὕτω καὶ τὰ μέλη σύγκεινται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ: ἐν ὅλοις οὖν τοῖς σώμασι καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αἰνέσατε αὐτὸν δι᾽ ἔργων ἀγαθῶν. — Nach anderen soll מָחוֹל Name eines musikalischen Instrumentes sein. - ***Bellarm.*** *Per* chorum *intelligunt aliqui musicum instrumentum: quod clarius colligi videtur ex Psalmo sequenti.* - ***Syr.*** ܒܦܠܓܐ »mit Pauken« (ܒ: بالدفوف). - Dagegen ***Targ.*** (wie ***LXX***) בְּחִנְגִּין »mit Reigen«. — **150, 4 laudate eum in tympano et choro: preiset ihn mit Pauken und im Chor.** - ***deWette:*** »Bekanntlich dient die Pauke zum Taktschlagen beim Tanz und wird daher schicklich mit letzterem zusammen genannt.« - ***Titelm.*** *choros facientes ad pariter collaudandum Dominum.* - ***Euthym.*** Χορὸν ἐνταῦθα λέγει τὴν μετὰ χορείας ᾠδήν· ἕτερον γὰρ ἔργον τοῦτο μελῳδίας χωρὶς ὀργάνων γινόμενον· αἱ δὲ χορδαὶ ἕτερον πάλιν ἦσαν εἶδος παρὰ τὰ ῥηθέντα. - ***AlbertM.*** Et choro, *i. e. pro gloria collata sacris virginibus, quarum est proprie dicere*

choros et in ipsis exultare. - ***Dion-Carth.*** in choro *seu ordine Angelorum, cui adunati estis, Deum laudate, qui vos fecit Angelis pares.* - ***Genebr.*** מָחוֹל *non hic significare videtur* chorum *sive coetum canentium aut tripudiantium, sed instrumentum aliquod in choris choreisque usurpatum, cujus forma et musica nobis sit ignota: tibiae genus, vel fistulae.* - Ähnlich ***Sa, Calm.*** al.

christus, eig. *Adj.*, χριστός (= מָשִׁיחַ) »gesalbt« (χρίω), dann *Subst. m.*, der »Gesalbte«, zur Bezeichnung der Könige Judas, speziell Davids, des großen Typus des wahren »Christus«: **17, 51 faciens misericordiam christo suò David et semini ejus usque in saeculum: der Huld erweist seinem Gesalbten, David und seinem Samen ewiglich.** - ***Qimchi:*** מְשִׁיחוֹ ׳ סוח חומר על עצמו »‚seinen Gesalbten‘: das sagt er [David] von sich selbst«. - ***Bellarm.*** *Quae precatio impleta est in Christo Jesu Domino nostro, qui regnat et regnabit in omnem aeternitatem.* - ***Genebr.*** *Ita misericordias Davidi uncto suo factas continuavit in posteros ejus, et in Christo perfecit.* - ***Thomasius:*** *servo suo uncto in regem, nempe Davidi ejusque prognato Messiae, totique progeniei Christianae in aeternum usque.* - Andere verstehen es direkt von Christus. ***Euthym.*** Λείπεται τοίνυν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν σπέρμα τοῦ Δαυῒδ ἐνταῦθα λέγεσθαι, διὰ τὸ ἐκ Δαυῒδ κατάγεσθαι τὴν μητέρα αὐτοῦ, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Ποιῶν δὲ αὐτῷ ἔλεος ὁ Λόγος καὶ Θεός, ὁ ἡνωμένος αὐτῷ καὶ τεθεωκώς. — **19, 7 salvum fecit Dominus christum suum.** - ***Agell.*** Christum suum *seu christum Dei se vocat David.* - ***Heser:*** *Salvum praestabit in periculis, et gloriosum victorem reducet in patriam regem nostrum, divinitus electum, et sancti prophetae inunctum manu.* - ***Euthym.*** Χριστὸς, ὁ βασιλεὺς ὡς χριόμενος. - ***Theodor.*** Δι' αὐτῶν, φησι, μεμαθήκαμεν τῶν πραγμάτων, ὡς τῷ Θεῷ θαῤῥήσας ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς, τεύξεται τῆς σωτηρίας· καὶ ἐν τῷ Κάτω νεῷ προςφέρων τὰς ἱκετείας, ἄνωθεν δέχεται τὴν βοήθειαν. - Von Christus gedeutet. *resuscitando eum a mortuis* (***Aug. Cassiod. Haymo, Hug-Car. DionCarth.*** al.) - ***Thom.*** *Intelligantur vel de Christo, per quem multi salvati sunt; vel de David, quem salvum fecit in praedestinatione.* — **27, 8 protector salvationum christi sui est: der rettende Beschützer seines Gesalbten** (s. ***protector***). - ***PlacParm.*** *ipsius Davidis, qui est christus Domini, i. e. unctus a Domino per Samuelem.* - ***Agell.*** *Dominus est, qui plebem suam defendit, et tamquam fortis adjutor regem populi sui a periculis eruit et salvum facit.* - ***Genebr.*** *protexit salutem meam. De se loquitur [David] in tertia persona.* - ***Hopper:*** *praebens regi omnem salutem.* - ***Athan.*** Χριστὸν ἐνταῦθα τὸν χρισθέντα λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησιν. Αὐτὸς οὖν, φησιν, ὁ Κύριος ὑπερασπίζει εἰς τὸ σῶσαι τὸν χρισθέντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν λαόν. - ***Thom.*** *proteget eos qui salvati sunt per Christum.* - Ähnlich ***LudSax.*** - ***PerezVal.*** *omnium membrorum Filii sui.* — **83, 10 respice in faciem christi tui.** - ***Hopper:*** *quem tu in regem unxisti, ut vel tandem tabernacula tua videre possim.* - ***Jansen.*** *Cum ego faciem meam sublatam habeam ad te, expectans auxilium a te unico, tu vicissim clementer intuere in faciem meam, quem tua benignitate in regem unxisti.* - ***Athan.*** Χριστὸν ἐνταῦθα τὸν κεκλημένον λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησιν. - Von Christus. ***Cassiod.*** *Qui per Redemptorem nostrum mundum sciebat esse salvandum, petit ut sic aspiciat genus humanum, quatenus* in faciem Christi sui respiciat *Pater: non quod ille aliquando eum non respexit, sed ut praesentia incarnationis gentibus illum innotescere faceret, qui eis facie probabatur incognitus.* - ***AlbertM.*** *Respicere fac mundum oculo fidei, ut ipsum verum Deum et hominem agnoscant.* — **88, 39 distulisti Christum tuum: du verwirfst dei-**

nen Gesalbten. - *Agell.* *Intelligit vel David, cum quo foedus erat ictum, vel generaliter quemvis de regia stirpe ex semine David, de cujus genere jam regem defecisse videtur.* - ***Euthym.*** Χριστὸν Θεοῦ τὸν βασιλέα καλεῖ, ὡς χρισθέντα ψήφῳ Θεοῦ εἰς βασιλείαν. s. ***differo.*** — **88, 52 commutationem christi tui.** s. ***commutatio.*** - ***Euthym.*** Χριστὸν Θεοῦ τὸν βασιλέα φησὶ Δαυΐδ. — **131, 10 non avertas faciem christi tui.** - ***Thomasius:*** *Ne averseris nunc faciem ejusdem uncti tui, quem tui chrismatis unctione in regem consecrasti populi tui.* - ***Heser:*** *Petit, ne Deus sive regni Israelitici, sive sua regis divinitus inuncti ornamenta splendoremque corrumpat, destruat, abjiciat.* - ***Theodor.*** Χριστὸν ἐνταῦθα τὴν βασιλείαν καλεῖ. Καὶ ἐπειδὴ δυσσεβεῖς οἱ τηνικαῦτα αὐτῶν ἦσαν βασιλεῖς, διὰ τὸν Δαυΐδ ἀξιοῦσι μὴ ἀποστῆναι τῆς βασιλείας τὸ γένος. — Von Christus: ***Aug.*** *Quia ad judicandos eos, a quibus crucifixus est, surrexit Christus, et avertit faciem suam a Judaeis, et convertit ad gentes: tamquam rogatur Deus propter reliquias Israel.* — **131, 17 paravi lucernam Christo meo.** - ***Agell.*** *nempe ipsi David.* - ***DionCarth.*** *Paravi claram memoriam regi David, non penitus auferendo regnum a posteris ejus usque ad longum tempus.* - ***Athan.*** Τοῦτο περὶ Ἰωάννου φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Κυρίου· Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαινόμενος (Joan. 5, 35). s. ***lucerna.*** — 2) So nennt der Psalmist (proleptisch) auch die drei großen Patriarchen: **104, 15 nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari: nicht tastet an meine Gesalbten, und meinen Propheten thuet kein Leid!** - ***Aug.*** *Verba dixit Dei corripientis et arguentis reges, ne laederent sanctos patres, cum essent numero breves et paucissimi atque incolae in terra Chanaan. Quae verba licet in libris ejus historiae non legantur, tamen intelligenda sunt vel latenter dicta, sicut Deus in hominum cordibus loquitur occultis et veracibus visis, vel etiam per Angelum expressa. Nam et rex Gerarum et rex Aegyptiorum divinitus admoniti sunt, ne nocerent Abrahae* (Gen. 12, 17–20; 20, 3), *et rex alius, ne noceret Isaac* (Gen. 26, 8—11), *et alii, ne nocerent Jacob* (Gen. 31—33). — *Potest autem merito movere, quomodo fuerint christi appellati, antequam esset unctio, ex qua hoc nomen impositum est regibus: quod a Saule coepit, cui David successit in regno; atque inde ceteri et reges Judae et reges Israel continuatione sacratae consuetudinis ungebantur: in qua unctione figurabatur unus verus Christus. Unde ergo illi jam tunc christi appellabantur? Nam prophetas eos fuisse, legimus de Abraham; et utique, quod de illo manifeste dictum est, hoc et de illis intelligendum est. An ideo christi, quia, etiamsi latenter, jam tamen Christiani? quamvis enim caro Christi ex illis, tamen Christus ante illos: quod et Judaeis respondit dicens:* Antequam Abraham fieret, ego sum (Joan. 8, 58). *Quomodo autem hunc illi ignorarent, aut in eum non crederent, cum propterea prophetae dicerentur quia, licet occultius, tamen Dominum praenuntiabant? Unde aperte ipse dixit:* Abraham concupivit videre diem meum, et vidit, et gavisus est (Joan. 8, 56). *Non enim quisquam praeter istam fidem, quae est in Christo Jesu, sive ante ejus incarnationem, sive postea, reconciliatus est Deo.* - ***Euthym.*** Χριστοὺς μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν ὡς κεχρισμένους τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἢ τῷ προφητικῷ χαρίσματι· προφήτας δὲ, ὡς πολλὰ προφητεύσαντας. - ***Theodor.*** Χριστοὺς προσαγορεύει, οὐχ ὡς ἐλαίῳ κεχρισμένους, ἀλλ᾽ ὡς ἐκλεκτοὺς γενομένους. - ***Athan.*** Χριστοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ διὰ τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπιφανείας ἠξιῶσθαι ἐν ὁράσεσιν. - ***Bellarm.*** *Prophetas fuisse sanctos Patriarchas non dubium est: nam Abraham praevidit captivitatem populi Israelitici in Aegypto, et quamdiu duratura, et quem exitum habitura esset, ut constat ex cap. 15. Genesis. Isaac paulo ante mortem praedicit*

Esau filio suo, quod serviturus esset Jacob fratri suo, et quod aliquando excussurus esset jugum illud servitutis: quae omnia praedicebantur de posteris eorum, non de personis ipsorum (vide cap. 27. Gen.), quae impleta esse testantur libri Regum. Denique Jacob plurima praedixit, quae eventura erant singulis filiis, ac praesertim Judae, ex cujus tribu Messiam venturum prophetavit (vide cap. 49.). Itaque Patriarchae illi recte Prophetae dicti sunt, et ea de causa dicti sunt christi, i. e. uncti, non quod uncti fuerint oleo visibili, quomodo postea Sacerdotes, Reges et aliqui Prophetae ungi coeperunt: sed quod spiritali atque interna unctione spiritus delibuti fuerint. - ***Baethg.*** »Die Patriarchen werden Gesalbte genannt, weil der Dichter ihnen als Stammesfürsten gleichen Rang mit den gesalbten Königen zuschreibt; Propheten nennt er sie als Empfänger der (V. 11 genannten) göttlichen Offenbarungen.« - ***Olsh.*** »Die Patriarchen erscheinen zugleich als Stammfürsten und Priester, weshalb die spätere Zeit sie notwendig als Gesalbte des Herrn ansieht.« - ***Raschbam:*** נקראו משיחי על שם העתיד שיצאו מחלציהם מלכים משוחים »sie werden ‚meine Gesalbten‘ genannt nach dem späteren Namen, weil von ihren Lenden gesalbte Könige hervorgehen sollten«. - ***Qimchi*** erklärt: היו נכבדים אצל המלכים כאלו היו מלכים משוחים »sie waren geehrt bei den Königen, als wären sie gesalbte Könige gewesen«.

Christus, i, *m.*, »der Gesalbte« (= Χριστός) κατ' ἐξοχήν, der »Messias« (= מָשִׁיחַ), der verheißene Erlöser, der Sohn Gottes: **2, 2 adversus Dominum, et adversus Christum ejus: wider den Herrn und wider seinen Christus.** — Während in den übrigen 9 Stellen christus von menschlichen Gesalbten gebraucht ist und höchstens indirekt vom Messias gedeutet werden kann (s. **christus**), ist in diesem direkt-messianischen Psalm nach dem Litteralsinn von dem »Gesalbten« im eigentlichen und höheren Sinn die Rede. Dies wird klar bewiesen durch V. 7 u. 8, die unmöglich von menschlichen Königen zu verstehen sind. Der beste Erklärer des Psalmes ist ohne Zweifel der hl. Paulus, Act. 4, 25 ff. — Die Salbung, das äußere Zeichen der Mitteilung des Hl. Geistes, wurde im A. T. vollzogen an Propheten (3 Reg. 19, 16), am Hohenpriester (Ex. 29, 7; 40, 13. Lev. 8, 12) und an den theokratischen Königen Israels (1 Sam. 10, 1; 16, 13. 14). Letztere, welche zu ihrem hochwichtigen Amte ein besonders reiches Maß der göttlichen Gnade erhielten, werden vorzugsweise »Gesalbte« genannt. So wird der Prophet, Hohepriester und König Christus vor allem als Nachkomme Davids u. wahrer »König Israels« der »Gesalbte« genannt. Die Ausrüstung des Messias mit den Gaben des Hl. Geistes ohne Maß wird schon bei Isaias (11, 2. 3) hervorgehoben. Die Salbung wurde bei Jesus bei der Taufe durch den Heiligen Geist im geistigen Sinne vollzogen. Luc. 4, 18. Act. 4, 27; 10, 38. - ***HugCar.*** Adversus Dominum *pugnant, qui naturalibus abutuntur in contumeliam ejus;* adversus Christum, *qui gratuitis abutuntur.* - ***Haymo:*** adversus Dominum *Patrem quia adversus Christum ejus. Quicunque enim missum persequitur, et mittentem.* - ***Hopper:*** *Porro* Christum *in omnibus discipulis suis et Christianis.* - ***Targ.*** לְמִרְדָא קֳדָם יְיָ וּלְמִנְצֵי עִם מְשִׁיחֵיהּ »um abzufallen von Gott und zu streiten mit seinem Christus«.

Chusi, *N. pr. m.* (Χουσί — während der masoretische Text כּוּשׁ liest), Chusi, ein Benjaminit am Hofe Sauls, ein schlimmer Feind Davids wegen seiner verleumderischen Reden gegen denselben: **7, 1 pro verbis Chusi filii Jemini: wegen der Worte des Benjaminiten Chusi.** Näheres über einen Mann dieses Namens unter den Anhängern Sauls ist nicht bekannt. Jedenfalls ist die

Ansicht von ***Aug. Albert M. Thom. Hug-Car. Ayguan.*** al., auch der meisten griechischen Ausleger, ***Athan. Basil. Chrys. Theodor. Euthym. Didym.,*** welche diesen Chusi mit dem (2 Sam. 15, 32; 16, 16 u. ö. genannten) Chusai Arachites (Χουσὶ ὁ Ἀραχί) identifizieren, schon darum unhaltbar, weil letzterer Name mit ח geschrieben ist, ganz davon abgesehen, daß es sich hier nicht um einen Freund und Anhänger Davids handeln kann. - ***Hier.*** *Plerique, et maxime ii qui hebraei sermonis scientiam non habent, hunc Psalmum arbitrantur eo tempore esse cantatum, quo Chusi filius Arachi, amicus David, destruxit consilium Achitophel, et ad eum nuntios misit, ne in eremo ultra resideret, sed procul fugeret, ne opprimeretur a filio. Verum sciendum est vehementer errare.* — Weil es immerhin auffallend sein mag, daß eine so wichtige Person im Anhang Sauls sonst nicht genannt ist, fassen die meisten alten Erklärer Chusi (כּוּשׁ) als symbolische Bezeichnung »Äthiopier«. ***Hier.*** *super verba Aethiopis filii Jemini.* - ***Arnob.*** denkt hierbei an Semei (2 Sam. 16, 11); die meisten denken an Saul selbst. - ***Hier.*** *Sciendum, totum Psalmum contra Saul esse conscriptum: quem Aethiopem vocat propter sanguinarios et tetros et crudeles mores.* - Vgl. ***Hor.*** Sat. 1, 4, 45:

Hic niger est: hunc tu, Romane, caveto!

Diese von vielen spätern Exegeten (***Beda, PerezVal. Flamin. PlacParm. Sa, Jansen. Tirin. Muis,*** al.) adoptierte Ansicht findet sich auch bei den meisten Rabbinen. ***Qimchi*** denkt an Sauls Haß gegen David, den derselbe ebensowenig ablege, wie ein Mohr seine schwarze Haut (מה כושי זה אינו משתנה בעורו כך שאול לא היה משתנה בשנאתו אל דוד). - ***Hirsch:*** »daß aus Israel und aus dem in Israel zum Königsstamm geadelten Stamme Benjamin ein König von den Verirrungen Sauls gegen David erstehen konnte, war David als eine solche sittliche Entartung erschienen, wie es eine physiologische wäre, wenn aus dem jüdisch geadelten Stamme ein Mohr geboren würde«. - Auch ***Targ.*** versteht den Ausdruck von Saul עַל תְּבִירָא דְשָׁאוּל בַּר קִישׁ דְּמִן שֵׁבֶט בִּנְיָמִין »wegen des Unterganges Sauls, des Sohnes des Kis, vom Stamme Benjamin«. Offenbar hielten sie כּוּשׁ für einen Anklang an קִישׁ, und den Namen des Vaters als Bezeichnung für den königlichen Sohn, den der Sänger nicht nennen wollte. - Diese Ansicht wird empfohlen von ***Agell.*** *Mihi rectius sentire videtur qui in Chaldaeum sermonem Psalmos vertit, atque per Chus hic positum litterae primae immutatione Cis patrem Saul intellexit, qui filius Jemini, hoc est, de tribu Benjamin fuit. Per Cis autem filium latenter ipsum Saul significat.* - [***IbnEzra,*** der כּוּשׁ selbst für ein *N. pr.* eines Mannes im Anhange Sauls hält (הנכון שזה כוש היה יהודי וככה שמו והוא מבני בנימין), erwähnt eine andere alte Ansicht, nach welcher Saul καθ' ἀντίφρασιν wegen seiner schönen Gestalt von David so genannt sei (רבותינו זכרונם לברכה אמרו כי המזמור הזה נאמר על שאול וקראו כוש לפי שהיה יפה כמו האשה הכושית דמתרגם איתתא שפירתא). — Letzteres ist ein Hinweis auf Num. 12, 1, wo beim Weib des Moses כּוּשִׁית im ***Targ.*** mit »schön« wiedergegeben ist.]

cibaria, orum, *n. pl.* (cibus), Nahrungsmittel, Unterhalt, Reisekost: ἐπισιτισμός, צֵידָה: 77, 25. ***Cassiod. Psalt. Moz. Rom.*** frumentationem. Vielleicht Anspielung auf Ex. 12, 39. Jedenfalls ist es Willkür, cibaria nur von den Wachteln (***Jansson. Pisc.*** al.) zu verstehen; es ist parallel mit panem Angelorum.

cibo, avi, atum, are (cibus), zu essen geben, speisen: ψωμίζω, הֶאֱכִיל: 79, 6; 80, 17.

cibus, i, *m.*, Speise, Nahrung, Kost:

52, 5 **qui devorant plebem meam ut cibum panis** (vgl. 13, 4 sicut escam panis): **die mein Volk wie einen Bissen Brot verzehren.** Das Aufreiben eines Volkes durch Krieg oder Bedrückung (in einem von wilden Tieren entlehnten Bilde, Num. 24, 8; 14, 9; häufig bei Jerem.: 10, 25; 50, 17; Thren. 2, 16) geschieht so, wie man das tägliche Brot ißt. - ***Hebr.*** (wörtlich): **Verzehrer meines Volkes verzehren Brot.** - ***Del.*** »die mein Volk verzehrend Brot verzehren,« d. h. »so wenig etwas Sündliches, vielmehr Wohlberechtigtes, Unwidersprechliches u. ihnen Zuständiges zu thun meinen, wie wenn sie Brot essen«. - ***Pagnin.*** *quasi comederent panem.* - ***LXX*** βρώσει ἄρτου. - ***Sym.*** ὡσεὶ ἄρτον. - ***Lorin.*** *Recte suppleta est comparationis particula. Comparatio autem cum esca cibove saevitiam, voluptatem, facilitatem, assiduitatem, utilitatem importat. Etenim pane vescimur quotidie facile, libenter, absque ulla, ut ita dicam, misericordia, quaerentes commodum proprium.* - ***Bellarm.*** *Sicut panis quotidie comeditur et semper sapit: ita impii semper et cum delectatione vexant pios et nunquam satiantur.* - ***Jansen.*** *sine ulla cibi resistentia, sine ulla comedentis misericordia.* - ***Snoy:*** *ita delectantur in spoliis innocentum.* - [***Baethg.*** versucht die LA. אָכְלוּ לֶחֶם »(die mein Volk auffraßen,) das der Krieg (schon) gefressen.« - Die Auffassung der alten Übersetzungen verdient ohne Zweifel den Vorzug.] — **54, 15 qui simul mecum dulces capiebas cibos: der süße Speisen du mit mir genossest.** - ***Hebr.*** (wörtlich): **die wir zumal süß machten den vertrauten Umgang** = die wir zusammen süßen Umgang pflogen. - ***Baethg.*** »süße Vertraulichkeit.« - ***Luther:*** die wir freundlich miteinander waren unter uns. - ***LXX*** ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανας ἐδέσματα »der du zudem süß machtest (die) Speisen.« - ***Schegg:*** »סוֹד gaben die LXX mit ἔδεσμα, sei es, daß sie סעד lasen, oder überhaupt ἔδεσμα, die Teilnahme am Tische, auf den ganzen vertraulichen Umgang bezogen. Befremdlich ist die Übersetzung der Vulgata: sie hat den Vers freigegeben, dabei aber den Sinn nicht ganz getroffen; denn nicht auf das Essen süßer Speise legt der Dichter den Nachdruck, sondern auf das Versüßen der Speise durch den Umgang Achitophels.« - Vielleicht lasen die ***LXX*** צִיד statt סוֹד. - ***Athan.*** erklärt es einfach mit »Tischgenosse«: τῆς αὐτῆς τραπέζης πολλάκις ἠξιωμένος. - ***Euthym.*** Ἐγλύκανας, ἀντὶ τοῦ Ἐσκεύασας· πᾶν γὰρ σκευαζόμενον ἡδύτερον γίνεται. Ἢ ἐδέσματα νοήσεις τὴν διδασκαλίαν τοῦ κηρύγματος, ᾧ ἐτρέφοντο αἱ ψυχαὶ τῶν πιστευόντων· ταύτην δὲ καὶ Ἰούδας ὡς ἀπόστολος ἐγλύκανεν, ἤγουν εὐαπόδεκτον ἐποίησε τῷ Χριστῷ. - ***DionCarth.*** *comedens panem in mensa mecum, qui charitative ac dulciter tecum vescebar. Praesertim autem in coena novissima accepit Judas a Christo et cum Christo dulces cibos, i. e. Corpus ejus et Sanguinem.* - ***Haymo:*** dulces cibos, *i. e. spiritualem doctrinam, quae debuerat tibi esse dulcis, et a traditione removere.* - ***Gerhoh:*** *etiam in ultima coena mea, quando ego desiderio desideravi manducare pascha legis consummativum et gratiae inchoativum.* — **64, 10 parasti cibum illorum** (τὴν τροφὴν αὐτῶν). - דְּגָנָם **ihr Getreide.** - ***Hier.*** *frumentum eorum.* - Gott bereitet das Getreide, indem er durch Regen das Land zur Hervorbringung desselben tauglich macht. - ***Sym.*** τελεσφορήσεις τὴν πανσπερμίαν αὐτῆς »du führst zum Ziel (zur Frucht) all' ihren [der Erde] Samen.« - ***DionCarth.*** *Escam Judaeis revertentibus praeparasti, terram foecundando.* - ***Jansson.*** *Verbum Dei* cibus *est Fidelium.* - ***HugCar.*** *Corpus tuum.* - ***Athan.*** Τροφὴν μὲν τὴν πνευματικήν φησιν. Ἡτοιμάσθαι δὲ αὐτὴν λέγει, διότι πρὸ καταβολῆς κόσμου ὥρισται τὸ περὶ Χριστοῦ μυστήριον, ὅς ἐστιν ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ.

cicatrix, īcis, *f.*, die Narbe, Strieme, Wunde: μώλωψ, חַבּוּרָה: **37, 6 putruerunt et corruptae sunt cicatrices meae: es faulen und es eitern meine Wunden.** - ***Aug.*** *livores mei.* - ***Bellarm.*** חַבּוּרוֹת *non significat cicatrices proprie dictas, sed livorem et plagam tumentem: quare et in Latina editione accipiuntur cicatrices pro plagis, vel cicatricibus quae per se fiunt, dum vulnus non curatur, sed per se clauditur et plaga negligitur et corrumpitur.* - ***Qimchi*** erklärt חַבּוּרָה durch בּוֹעָא »fließende Wunde« (v. בּיע vgl. נָבַע ausströmen). - ***Jansson.*** Cicatrices *istae sunt passiones peccatorum, quae a baptismo vel poenitentia remanent in regenerato seu reconciliato.* - ***Thom.*** *Cicatrix ex vulnere relinquitur: ita etiam quando quis peccavit, et dimissum est ei peccatum, sed adhuc est pronitas ad peccandum, est quasi cicatrix ex vulnere ... Et sicut per imperitiam medici quandoque infirmitas generat intus putredinem et corrumpit membrum, sic est in peccatore: quia quando non curatur peccatum per correctionem, sive per poenitentiam, fit putredo interius, id est, delectatio peccati praeteriti, et consentit in aliud simile. Ex hoc sequitur corruptio, quando peccatum procedit in actum. Vel corruptio est, quando non solum in se sunt putrefacti, sed exhalant per infamiam ad alios.*

cilicium, ĭi, *n.* (κιλίκιον), eig. Gewebe aus cilicischem Ziegenhaar; allgem. härenes, rauhes Bußgewand: σάκκος, שַׂק: **34, 13 cum mihi molesti essent, induebar cilicio.** s. ***molestus.*** — ***Bellarm.*** *Non superbe iis insultavi, sed sacco indutus jejunare coepi, ut oratio mea Deum facilius placaret. Saccus enim et jejunium sunt alae orationis.* - ***Jansen.*** *Non vicissim illis molestus fui, sed lugentis habitum mihi sumpsi, deplorans illorum pravitatem.* - ***Titelm.*** *Non me converti ad reddendum malum pro malo, aut ut pro meipso vindictam facerem: sed magis ad poenitentiae lamenta et ad humilitatis insignia, ut sic humiliatus et poenitens tibi commendarem causam animae meae, simul et pro illis te deprecarer.* - ***Theodor.*** Σάκκον, φησὶν, ἀμπεχόμενος καὶ νηστείᾳ κατατηκόμενος τῷ Θεῷ τὴν ἱκετηρίαν προσέφερον· καὶ ἐδεχόμην τῆς αἰτήσεως τοὺς καρπούς. - ***Thom.*** *Hic cilicium metaphorice dicitur, si exponatur de Christo, quia non legitur portasse cilicium. Hoc autem fit de pilis caprarum. Et in lege hircus caprarum immolabatur pro peccato: et ideo cilicium signat peccatum. Christus ergo dicitur portare cilicium, quia indutus erat carne non peccatrice quidem, sed habente similitudinem carnis peccati. Et nos etiam portare cilicium debemus, i. e. poenitentiam de peccatis.* — **68, 12 posui vestimentum meum cilicium.** - ***Hier.*** *saccum.* — Der Sänger fühlt die Schmähungen und Lästerungen, welche die Feinde gegen Gott ausstoßen, als hätten sie ihn selbst getroffen, da Gottes Ehre seine eigene Ehre ist. Durch Bußübungen will er Gott zum Einschreiten bewegen. Da Gott ohnmächtig scheint, weil er nicht eingreift, erntet der Sänger nur neuen Spott und Hohn seitens der Feinde. - ***Jansen.*** *Exteriore habitu tristitiam meam testatus sum.* - ***Titelm.*** *Ut perfectior esset acceptabiliorque pro inimicis meis poenitentia, etiam vestitu lugubri induebar, sacco et cilicio, hoc est, tristis et moerens, moerore etiam foras se prodente exteriore habitu, tum propter tuam inhonorationem, quod in eis nihil proficerem, tum quod illos ita videbam et dolebam in sua obstinatos malitia.* - ***Aug.*** *Opposui illis, in quam saevirent, carnem meam; occultavi divinitatem meam.* Saccum, *quia mortalis caro erat, ut de peccato condemnaret peccatum in carne.* - ***HugCar.*** *Cilicium Christi fuit caro humana, in qua sitivit et alias infirmitates nostras ipse portavit.* - ***Cassiod.*** *Per* cilicium *tristitia significatur et lacrymae, quando Dominus humani generis imbecillitate permotus, suscitaturus Lazarum flevit.*

ciniphes, um, *m.* (σκνῖφες), Stechmücken: כִּנִּים: 104, 31. — Ex. 8, 16. 17. 18 sciniphes. — Dritte Plage Ägyptens.

cinis, ĕris, *m.* (vgl. κόνις, Staub), die Asche: σποδός, אֵפֶר: **101, 10 cinerem tamquam panem manducabam.** Die — wertlose und leicht zerstiebende — Asche, ein Bild der Nichtigkeit des Irdischen, Symbol der Trauer (Job 2, 8) und des Reueschmerzes des seine Wertlosigkeit erkennenden Büßers und Beters, ist gleichsam sein täglich Brot (vgl. 41, 4; 79, 6). Vielleicht ist die Vorstellung des Dichters die, daß von der bei der Trauer aufs Haupt gestreuten Asche auf sein Brot fällt, ebenso wie auch Thränen in seinen Becher fallen. - ***Theodor.*** Τὴν τῆς ὀδύνης ὑπερβολὴν διὰ τούτων δηλοῖ. Εἰ γὰρ ὁ τῆς τροφῆς καιρὸς ὀδύνης ὑπῆρχε μεστός, σχολῇ γε ἂν ἄλλος καιρὸς ταύτης ἐλεύθερος ἦν. Τούτοις δέ, φησι, περικλύζομαι τοῖς κακοῖς, ἐπειδή, Δέσποτα, κατ᾽ ἐμοῦ κεκίνησας τὴν ὀργήν. - ***Heser*** (2⁰)*: Cinerem una cum pane manducabam: quia lugens et indutus cilicino sacco, caput meum cinere conspergebam, qui, cum esca mea vescerer, inde in patellam defluens, cibum quoque conditum pulvere manducare me coegit. Quin et prae lacrymarum copia, quae nihil me sinebat abstergere, nihil me discernere jacentem in pulveribus, more lugentium: prae lacrymarum, inquam, vi, sumpturus cibum, non dignoscebam inter panem et cinerem, quo cibus erat aspersus.* - ***Agell.*** *Tantus meus erat dolor ac moeror, ut neque cibus neque potus gratus esset, sed panis mihi tamquam cinere conspersus videretur, et potum lacrymis temperarem, cum dolor ac moeror cibi discernendi sensum abstulisset.* - ***Bellarm.*** *Est vesci pane sordido et cinere asperso, quod praecipue contingit, cum comeditur panis subcinericius, non diligenter excusso cinere, quod solent poenitentes, vesci videlicet cibis male praeparatis, pane hordaceo, vel furfureo, et admisto cinere, vel terra.* - ***PlacParm.*** Cinerem *statum poenitentialem accipit, quem manducabam, ait, sicut panem, i. e. sicut homini delectabile est panem manducare, sic homini Deum timenti gratus est poenitentiae status.* - ***LudSax.*** Cinerem, *i. e.* *reliquias peccatorum* tamquam panem manducabam, *i. e.* *poenitendo consumebam: quia sicut panis manducando consumitur, sic omnes reliquiae peccatorum et etiam tenuia, i. e. levia peccata per poenitentiam debent consumi.* - ***Aug.*** *O qui insultas, invito te ad istum panem. Non enim audes te dicere non esse peccatorem . . .* — 147, 16 nebulam sicut cinerem spargit. s. ***nebula.***

circā (Nebenform für circum [eig. *acc.* v. circus]; analog gebildet nach intrā, extrā, rectā), *Praep. c. acc.*, rings um: κύκλῳ, סָבִיב לְ: 77, 28. ***Hier.*** *in circuitu.*

circu-ĕo, ivi, itum, ire, herumlaufen u. umherlaufen: κυκλόω, סָבַב: 1) durchstreifen: **58, 7. 15 et circuibunt civitatem: und sie durchstreifen die Stadt.** Dieses kann sowohl heißen »sie machen die Runde durch die Stadt« (wie סוֹבֵב בָּעִיר Cant. 3, 2), als auch ». . . um die Stadt.« Ersteres verdient den Vorzug. Es ist das Bild des auf den Straßen wild umherlaufenden hungrigen Hundes, mit dem die Feinde verglichen werden, die ihrem Schlachtopfer begegnen oder die Flucht abschneiden wollen. - ***Niglutsch:*** *pervagantur civitatem.* - ***Muis:*** *per urbem circumcursitantes.* - ***Heser:*** *huc illuc percursantes urbis compita, ne qua effugiam, ne mihi quis auxilio sit.* - ***Moller:*** *circumcursitantes per civitatem, omnes urbis angulos pervestigantes.* - ***Theodor.*** Κύνες νύκτωρ εἰώθασι τὰς τῶν πόλεων περινοστεῖν ἀγορὰς, γαστρὸς ὑπ᾽ ἐνδείας τοῦτο ποιεῖν βιαζόμενοι. - ***Lorin.*** *Declarat David inimicorum suorum sedulum ac irrequietum nocendi studium, ut caperent eum ac irruerent, quoniam ibant, redibant a primo mane ad usque vesperam, tunc vero maxime, cum scilicet videbatur ipse magis in tuto esse; et famelicorum*

ritu canum ore, rictuque anhelante et aperto avidissime cupientes eum devorare; discursabant per omnem ambitum et gyrum civitatis, aut alterius cujusvis loci, quo se recepisset, observando cavendoque sagacissime, ne ullo modo elabi posset. - ***Bredemb.*** *Possumus etiam ex illa quae est secundum historiam, sententiam elicere mysticam a superiori illa diversam quidem, non tamen absurdam: nempe ut per ministros Saulis quosvis hostes Christi et Ecclesiae intelligamus, qui ad vesperam, i. e. hujus mundi occasum, discursantes et circumeuntes, latratibus suis infestant Ecclesiam.* - ***Bellarm.*** *Hunc locum alii exponunt de reversione satellitum ad vesperam, ut noctu Davidem in domo suo raperent et instar canum vitam ejus devorarent. Alii de conversione Judaeorum circa finem mundi. Alii de conversione eorundem Judaeorum* ad vesperam, *i. e. post mortem Christi, qui famem passi sunt* sicut canes, *i. e. sicut gentiles, et simul saturati sunt ad praedicationem Apostolorum et tum ipsi* circumierunt civitatem *docendo et praedicando.* — Viele alten Ausleger denken bei circuire indes an ein »Herumgehen um die Stadt«. - ***Genebr.*** Circuibunt *more mendicorum vel exulum.* - ***Jansson.*** *Per totum mundum oberrabunt circa Ecclesiam, eam autem non ingredientes.* - ***Cassiod.*** *Canum consuetudo est, illa loca defendere, in quibus se norunt alimoniam reperire: ita et Judaei jam conversi* civitatem, *i. e. sanctam Ecclesiam defendent, quam correctis praedicationibus* circuibunt. - ***Haymo:*** *Ecclesiam custodiendo magnam, ne quis haereticus locum impugnando inveniat.* - ***Euthym.*** Προφητεύει, ὅτι ἔσται καιρὸς, ὅτι τινὲς τῶν Ἰουδαίων ἐπιστρέψουσιν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ τῆς διασπορᾶς, καὶ μὴ εὑρόντες ἐν αὐτῇ τροφὰς διὰ τὸ ἀλλόφυλον τῶν κυριευόντων αὐτῆς, λιμώξουσι σφοδρῶς, καὶ οὐδὲ ἐν τῇ Ἰερουσαλὴμ στῆναι συγχωρηθήσονται, ἀλλ' ἀπελαυνόμενοι ὡς ἄγγος, κύκλῳ τῆς ποτὲ πόλεως αὐτῶν αὐλισθήσονται. - [***Bredemb.*** bemerkt zu letzterer Erklärung: *Frigidum mihi videtur et propemodum puerile, quod quidam, praesertim Euthymius, hic interpretantur Jerusalem, ad quam ex dispersione venerunt Judaei. Longe alia est haec civitas: ea videlicet, quae per illam Jerusalem est significata, hoc est, Ecclesia, in totum terrarum orbem dilatata. Hanc tamquam famelici canes circuibunt, quaerendo panem Dei.*] — **2)** feindlich umringen: **117, 10 omnes gentes circuierunt me.** - ***Aug. Prosp. Cassiod. Psalt. Moz. Rom.*** circumdederunt (vgl. V. 11). So übersetzt auch ***Hier.*** - ***Sa:*** *obsederunt seu oppugnarunt.* - ***Agell.*** *Si de David proprie hic versus intelligatur, ab* omnibus gentibus *circumdatus intelligendus est, hoc est, a multis hostibus et exercitibus, a Philistinis cinctus, ab exercitu Israel nunc Saul, nunc Absalom duce oppugnatus. Solet enim haec dictio* omnis *de multis vel maximis rebus dici.* - ***Cassiod.*** *Hoc populus ille merito dicebat, qui spem suam in Domini protectione posuerat, significans labores Ecclesiae, quos primum in capite suo, i. e. in Domino Christo pertulerat, et post in suis passionibus sustinebat. Primo enim quando religio innotuit Christiana,* omnes gentes, *in ejus persecutione surgentes, diversis cladibus affecerunt fidelissimos viros: qui tamen in suis persecutoribus, juvante Domino, vindicarunt, quando eos conversione mirabili subdiderunt, ut de se poenitentiae poenas exigerent, quas pridem innocentibus ingerebant.* - ***Theodor.*** Ἡ μὲν Ἐκκλησία τὰς ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐδέξατο προςβολὰς, ἡ δὲ Ἰερουσαλὴμ οὐ πάντων, ἀλλ' ἐνίων· ἐπ' ἐκείνων τοίνυν ὑπερβολικῶς ὁ λόγος προςφέρεται, ἐπὶ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀληθῶς. Οἱ γὰρ ἐν ἑκάστῳ ἔθνει πεπιστευκότες τοὺς παρὰ τῶν ἀπίστων θορύβους καὶ κινδύνους ὑπέμενον, ἀλλ' ὅμως, καὶ αὐτοὶ, κἀκεῖνοι τῷ Θεῷ τεθαῤῥηκότες τοὺς ἀντιπάλους ἐνίκησαν. — **3)** um [an] den Altar gehen (bei Darbringung des Opfers): **26, 6 circuivi, et immolavi in tabernaculo: ich zieh' um**

[den Altar] u. bringe Opfer dar im Zelte. - ***Psalt.Moz. Cassiod.*** Circuibo et immolabo. - Im masor. Texte gehört das erste Wort zum vorhergehenden Versabschnitt: »über meine Feinde **ringsumher**« (סְבִיבוֹתַי). ***Hier.*** *qui sunt in circuitu.* - ***Pagnin.*** *in circuitibus meis.* - ***Flamin.*** *qui in circuitu meo sunt.* - ***Targ.*** חֲזוֹר חֲזוֹר. - ***Syr.*** ܕܚܕܪܘܢܝ (الذين احاطوني :ܒ). - ***Agell.*** *Reliqui interpretes primum verbum* circuivi *superioribus junxerunt. At vero non sine causa LXX ad sequentia retulerunt. Nam cum immolarent hostias,* circumire altare *solebant, quem morem in superiore quoque Psalmo* (25, 6) *commemoravit.* - Selbst ***Baethg.*** emendiert den masoretischen Text nach den LXX: »Unter Prozession will ich opfern«. Er bemerkt zu dieser Übersetzung: »Das Versmaß verlangt, mit LXX (ἐκύκλωσε καὶ ἔθυσα) סוֹבַבְתִּי zu lesen und dies zu dem Folgenden zu ziehen. Das Wort bezieht sich auf die feierliche Prozession um den Altar.« - Den Sinn des masoretischen Textes trifft ***Theodor.***, indem er ἐκύκλωσα von der Umzingelung und Unterwerfung der Feinde versteht: Σημαίνει, ὅτι βασιλεύσει καὶ περιγενήσεται τῶν δυσμενῶν, καὶ κυκλώσει αὐτοὺς ὁ νῦν ὑπ᾽ αὐτῶν κυκλώμενος. - ***Orig.*** und ***Euseb.*** verstehen den Ausdruck jedoch vom Opfernden. s. auch ***circumdo*** (S. **340**).

circuĭtus, us, *m.* (circueo), eig. das Herumgehen, *meton.* der Umkreis **1)** meistens in circuitu, im Umkreis, herum, umher (= *Praep.* u. *Adv.* circa): κύκλῳ, סָבִיב 11, 9; 33, 8; 96, 3; 124, 2; 127, 3; - מִסָּבִיב (κυκλόθεν) 30, 14; — *pl. constr. m.* סְבִיבֵי *c. suff.* 94, 3; 75, 12; 96, 2; 88, 8 (περὶ κύκλῳ); — *pl. constr. f.* סְבִיבוֹת 17, 12; 43, 14; 78, 3. 4; 88, 9. - Besonders merke man: **75, 12 omnes qui in circuitu ejus affertis munera — Terribili: alle, die rings um ihn her ihr Gaben bringet — dem Furchtbaren.** ***Hebr.*** alle, die rings um ihn her sind, sollen Gaben bringen (***Hier.*** *omnes qui in circuitu ejus, offerent dona terribili*): um Gott her, der in Israels Mitte thront, somit alle, die in Israels Umgebung wohnen. »Indes ist nicht ausgeschlossen, daß ein Substantiv aus V. 3: ‚der Berg Sion' oder etwas Ähnliches zu ergänzen ist« (***Hoberg***). - ***Targ.*** כָּל דְּיָתְבִין חֲזוֹר חֲזוֹר לְמַקְדְּשֵׁיהּ יַיְתוֹן קוּרְבָּנַיָּא לְבֵית מוּקְדַּשׁ דְּחִיל »alle, die um sein Heiligtum wohnen, sollen Gaben bringen in das Haus des furchtbaren Heiligtums«. - ***Agell.*** *Tertia persona,* afferent munera, *non* affertis *legendum puto ex auctoritate hebraicarum graecarumque litterarum et latinorum probatissimorum exemplorum. Hortatur ergo Israelitas, ut quod in obsidione extremisque malis perterriti voverant, id ex fide ac pietate in Deum, tanto ejus beneficio liberati reddant, eosque exemplo finitimarum gentium excitat, quas tantae rei gestae miraculo commotas, quamvis hostiles animos gererent, odium deposituras, et templo donaria ac munera oblaturas praedicit.* - ***Bellarm.*** *in circuitu altaris.* - ***Menoch.*** *vos omnes qui frequentatis aras Domini et in circuitu altaris existentes offerre munera soletis.* — **88, 9 veritas tua in circuitu tuo: deine Treue ist rings um dich her** (***Targ.*** חֲזוֹר לָךְ). — Der Ausdruck besagt jedenfalls soviel wie: sie ist mit deinem Wesen unzertrennlich verbunden. - ***Titelm.*** *ipsa te ex omni parte circumdat: inseparabilis est a te veritas et fides, ut non possis non adimplere quae es pollicitus.* — Das Bild wird ganz verschieden erklärt. - ***Flamin.*** *veritate tamquam veste indueris.* - ***Euthym.*** Δίκην ἱματίου περιβέβλησαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ κύκλῳ σοῦ οὖσα, οὐδέποτέ σου ἀφίσταται· ἐμφαίνει δὲ τοῦτο, ὅτι ἀεὶ ἀληθεύεις. - Ähnlich ***Niceph.*** - ***Bellarm.*** *Est veluti cingulum Dei* (Is. 11, 5)*: ut enim cingulum adstringit vestes, ut corpori firmiter adhaereant: sic veracitas adstringit verba promissionum, ut non mutentur, sed impleantur; et quemadmodum cingulum facit hominem expeditum*

ad ambulandum, sic veracitas facit, ut omnibus remotis impedimentis homo expedite progrediatur ad implenda promissa. - ***Genebr.*** *Circum te est veritas, ut tibi perpetuo sit ante oculos et in promptu, ut nunquam tibi excidat, ut nunquam fallas.* - ***Thomasius:*** *fidelitas promissorum semper te circumstat, et abs te nunquam recedit.* - ***Agell.*** *intima tua est administra, ut in circuitu tuo esse apte dici possit: quidquid annueris, statim perficis.* - ***Hoen:*** *undequaque apud te, in omni promisso relucet.* - ***Snoy:*** *quia nunquam oblivisceris gratiam promissionum.* - ***Sa:*** *per omnia tuam potentiam et majestatem ostendis.* - ***AlbertM.*** *non tantum in te, sed in alios affluit ex te: per totum scilicet mundum est diffusa:* oleum effusum nomen tuum (Cant. 1, 2). - ***LudSax.*** *undique et ex omni parte expansa est super omnes.* - ***Jansson.*** Veritas tua, *quae tu ipse es, conspicitur ab his qui sunt* in circuitu tuo, *ubi tu in medio eorum.* — **127, 3 in circuitu mensae tuae: rings um deinen Tisch.** Drastische Schilderung des reichen Kindersegens (Deut. 28, 4. 11). — ***Heser:*** *longo ordine per aetatis seriem.* - ***Menoch.*** *vel assidentes mensae, vel ministrantes et patrisfamilias nutum expectantes.* - ***Genebr.*** *Circum tuam mensam erunt, ut tibi ministrent, obsequantur, tuosque nutus observent, ut a te cibum accipiant, ut tu eos commode alas. Tacite pollicetur pio opes et facultatem alendi eos, quos genuerit, pro dignitate.* - ***Bellarm.*** *ut eos omnes simul videns et cum eis convivens et convescens majorem ex illis delectationem capias. Quae omnia conveniunt etiam in filios spirituales, quos cum Pater verbo Dei pascit et proficere videt, mirifice gaudet.* - ***Titelm.*** *filii, quos tu et verbo et exemplo Deo gignes, sicut germina olivarum erunt circum te, tamquam a te salutaris doctrinae pinguedinem sumentes, et quasi pabulum spiritale a te accipientes, quomodo solent de mensa parentum sumere cibum filii.* — **2) 139, 10 caput circuitus eorum.** ***Hebr.*** das Haupt derer, welche mich umgeben. מְסִבַּי v. מֵסֵב *Part. Hi.* v. סָבַב »hier nach Jos. 6, 11, wo es mit folg. *Acc.* ‚etwas rings umziehen' bedeutet: ‚die Runde um jemand machen', wie Feinde, die eine Stadt cernieren und den günstigsten Angriffspunkt suchen«. (***Del.***) - ***Sym.*** τῶν κυκλούντων με. - ***Aq.*** καταστρεφόντων με. - Die ***LXX*** (τοῦ κυκλώματος αὐτῶν) lasen wohl מְסִבָּו v. מֵסַב (circuitus 4 Reg. 23. 5. — vgl. ***Hupf.***) mit *suff. pl. 3 p. sg.* = *coll. (pl.).* s. **caput** (S. **268—272**).

circumamictus, a, um (circum und amicio), rings umhüllt: **44, 15 circumamicta varietatibus: angethan mit bunten Kleidern.** — Die ***LXX*** (περιβεβλημένη) lasen לְבוּשָׁה statt des masoretischen לְבוּשָׁהּ ihr Kleid: dies gehört zum Vorhergehenden: **Aus Goldgewirktem** [ist] **ihr Kleid;** לִרְקָמוֹת zieht die masoretische Versabteilung zum folgenden: »In bunten Kleidern wird sie hingeführt zum König«. ***Hier.*** *fasceis aureis vestita est, in scutulatis deducetur ad regem.* - ***Syr.*** ܡܨܒܬ ܠܒܘܫܗ̇ ܒܕܗܒܐ ܦܛܐ »geschmückt ist ihr Kleid mit feinem Golde«. Dann heißt es weiter: ܒܡܘܗܒܬܐ ܐܙܠܐ ܠܡܠܟܐ »mit Geschenken geht sie zum König«. s. **varietas.** - Auch ***Targ.*** zieht בִּלְבוּשֵׁי צִיּוּרִין »in bemalten Kleidern« zum folgenden Vers.

circum-do, dedi, datum, dare, umgeben **1)** sich um jemand versammeln: **7, 8 synagoga populorum circumdabit te** (κυκλώσει σε, תְּסוֹבְבֶךָּ). ***Hier.*** *circumdet te.* Wie im Altertum bei öffentlichen, feierlichen Gerichtsverhandlungen die Volksversammlung den auf seinem Throne sitzenden König umgab, so sollen die Völker der Erde vernehmen, wie Gott das Recht des Sängers gegenüber seinen Feinden vor aller Welt anerkennt. s. **synagoga.** — **2)** schützend umgeben (wie mit einem Schild): **31, 10 sperantem autem in Domino misericordia** [*nom.* (= ἔλεος), nicht *abl.* *(AlbertM.)*] **cir-**

cumdabit (κυκλώσει, יְסוֹבְבֶנּוּ). - ***LudSax.*** *undique eum protegendo ne sit locus hosti.* - ***Bellarm.*** *ut a nulla parte flagellum ad eum accedere possit.* - ***HugCar.*** *undique, in praesenti protegendo eum et ab hoste qui* circuit quaerens, quem devoret (1 Petr. 5, 8), *et a flagellis praedictis, quae patiuntur mali in praesenti; et in futuro, quando misericordia Domini introducet eum* in gaudium Domini (Matth. 25, 21). - ***Lorin.*** Circumdatio *ista quemadmodum et* coronatio *in modum* scuti bonae voluntatis (5, 13) *et rursus circumdatio* veritatis *similis quoque* scuto (90, 5), *denotat quod misericors Deus adest ad salutem omnibus: in omni loco, in omni tempore, in omni causa, in omni negotio, in certis et in dubiis, in prosperis et adversis, in corpore et corde, in praesenti et futuro.* - ***DionCarth.*** *quoniam anima ejus implebitur gratia, virtutibus et consolatione Spiritus sancti, et Angeli Dei custodient eum, eritque incessanter sub umbra alarum sui Creatoris securus.* Andere fassen circumdare im Sinne von überhäufen. ***Geier:*** *uberrime ac continuo pio conferetur.* - Vgl. ***Pepin.*** Misericordia circumdabit *in futura beatitudine: in qua ex Dei misericordia quilibet Beatus habebit ex omni parte materiam laetitiae, videlicet de sursum ex visione divinae essentiae; de deorsum ex visione gehennae quam evasit ex Dei munere; de circa se ex Angelorum et omnium Sanctorum grata societate.* - Noch anders ***Agell.*** *Misericordia tamquam pia dux leniter flectet monitis obsequentem* (vgl. Ex. 13, 18 circumduxit [ἐκύκλωσεν = וַיַּסֵּב] per viam deserti). - ***AlphLig.*** *Chi spera nel Signore, sarà circondato dalla sua misericordia, sicchè non potrà uscirne fuori e perdersi.* - ***Hoen:*** *mediante illa in viam Domini se diriget.* — **90, 5 scuto circumdabit te veritas ejus: mit einem Schild umgiebt dich seine Treue.** ***Hebr.*** Schild und Schirm [ist] seine Treue. ***Hier.*** *scutum et protectio veritas ejus.* - ***Pagnin.*** *scutum et clypeus veritas ejus* [*Alii vertunt eodem sensu: scuto et clypeo, veritate sua sc. teget te*]. - Ebenso ***Targ.*** תְּרִיסָא וַעֲגִילָא הֵימְנוּתֵיהּ. - ***Aq.*** ὡς πανοπλία καὶ περιφορεία ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. - Das ἅπαξ λεγόμενον סֹחֵרָה bezeichnet einen runden, den Leib rings fast ganz bedeckenden Schild (***Qimchi:*** טארג״ה בלע״ז). - Andere denken an einen Panzer. - ***Hirsch.*** - (***Altschul*** לבוש מברזל מסבבת הגוף סחור [מצ׳ צ׳]: סחור). - Mit dem Umlaut von ח in כ (***Gesen.***) heißt es ***Syr.*** ܣܟܪܐ (*h 5, 13* und *35, 12* für צִנָּה); verwandt ist ܣܟܪܬܐ (Burg). Der Stamm ist סחר »umgeben« im Hebr. nur mehr gebräuchlich vom »Umherziehen«, bes. in Handelsgeschäften, um zu kaufen u. zu verkaufen [Gen. 34. 10. 21 — im Deutschen (mit böser Nebenbedeutung) »schachern«]. - Die ***LXX*** lasen statt des zweiten Nomens ein Verbum (κυκλώσει σε), entweder סֹחֵרָה (ohne ו) als Participium, oder eine Imperfektform יְסַחֶרְךָ [***Dathe:*** יְסַנְּרֶךָ]. - Ebenso ***Syr.*** ܙܝܢܐ ܢܚܕܪܘܢܟ ܗܝܡܢܘܬܗ »mit Waffenrüstung wird dich umgeben seine Treue«. - ***Arab.*** ש: פ: ם: يحوط بك عدله سلاحا »umgeben wird dich seine Gerechtigkeit mit Waffen«; u. ח: كالسلاح يحوط بك حقه »wie mit Waffen wird dich umgeben seine Wahrheit«. - Sachlich ist der Unterschied ohne Wichtigkeit. - ***Titelm.*** *Sic te ejus certissima veritas ex omni parte securum custodiet, quomodo is qui scuto undique circumdatur nulla ex parte vulnerari potest.* s. **veritas.** — **54, 11 die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas: Tag und Nacht umgiebt sie auf ihren Mauern Gottlosigkeit.** Unter der »Stadt« (V. 10) ist jedenfalls Jerusalem zu verstehen. Die Gottlosigkeit wird ironisch mit den Wachposten verglichen, welche für die Sicherheit und Ruhe der Stadt sorgen sollen. - ***Bellarm.*** *Iniquitas super muros ejus consistens circumdabat eam instar custodiae militaris.* - ***Heser:*** *Semper obambulabit iniquitas exlex,* ἀνομία, *per moe-*

nia civitatis Hierosolymitanae, ad modum custodiae militaris diurnae nocturnaeque, arcens undique Virtutem, et omnem obstruens illi rimam, per quam intrare posset in urbem. - Die ***LXX*** lasen יְסוֹבְבֻהָ und אָוֶן ohne ו. - ***Hebr.*** **Tag und Nacht umkreisen sie dieselbe auf ihren Mauern, und Unheil** [und Jammer ist drinnen]. ***Hier.*** *die et nocte circumeuntes muros ejus: scelus [et dolor in medio ejus].* - Ebenso ***Targ.*** יְמָם וְלֵילֵי יַחְזְרוּנָהּ עַל שׁוּרָהָא וְלֵאוּת וּשְׁקַר בִּמְצִיעָהּ. - Auch ***Syr.*** ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ ܡܚܕܪܝܢ ܠܫܘܪܝܗ̇ : ܥܘܠܐ ܘܥܡܠܐ ܒܓܘܗ̇. - Auch nach der Fassung des masoret. Textes liegt es am nächsten, die in V. 10 genannten Abstrakta als poetische Personifikationen zum Subjekt von יְסוֹבְבֻהָ zu machen. - ***Muis:*** Circumdant eam *injuria et contentio, et quasi milites armati in muris excubant.* - Indes die meisten Neueren denken entweder an auswärtige Feinde, so daß von einer Belagerung der Stadt die Rede wäre, oder an die Gegenpartei des Sängers unter den Israeliten, die Gottlosen, welche die Gewalt in Händen haben und Tag und Nacht die Stadt bewachen, um dafür zu sorgen, daß die unterliegende Gegenpartei, zu welcher der Dichter gehört, nicht aus der Stadt fliehe. ***Del.*** »Subjekt zu 11a sind nicht ‚Unbill' und ‚Hader' (***Hgstb. Hitz.***); denn diese personificiert auf der Stadtmauer herumlaufen zu lassen, ist komisch, sondern (vgl. *h 59, 7. 15*) die Absalomiten, und zwar die unablässig das Treiben Davids u. der Seinen belauernden und dazu ringsum auf den Höhepunkten der Stadt flankierenden Spione.« — 3) feindlich umgeben, umzingeln: **3, 7 non timebo millia populi circumdantis me** (συνεπιτιθεμένων μοι). - ***PsaltVet.*** *circumdantium me.* - ***Hebr.*** **vor Myriaden Volkes, die sich ringsum wider mich gelagert.** (שָׁתוּ *intr.* wie Is. 22, 7. - ***Qimchi*** ergänzt מלחמתם). - ***Hier.*** *quae circumdederunt me.* - ***Targ.*** בְּחֲזוֹר חֲזוֹר אִתְכַּנְשׁוּ עֲלַי »die ringsum sich versammelt haben wider mich.« - ***Syr.*** ܕܚܕܪܘܢܝ ܘܫܪܘ ܥܠܝ »die mich umzingelt und sich gelagert haben wider mich«. - ***Bredemb.*** *obsidione hostili.* - ***Agell.*** Millia populi: *Israelitas intelligit, qui fere universi erant cum Absalom, praeter eos qui ex urbe simul cum David exierant.* Circumdederunt *eum vero et undique sepserant, ut nullus esset exitus.* - ***DionCarth.*** *Nullam multitudinem contra me insurgentem verebor.* - ***Thom.*** *In quo signatur quod Christi Ecclesia non potest omnino deprimi. Christo enim post resurrectionem multitudo populi, quae crucifixum circumstetit, nihil nocere potuit.* - ***Euthym.*** Συνεπιτιθεμένους καλεῖ τοὺς κατεπιχειροῦντας αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀβεσαλὼμ ἱστορικῶς, ἢ ἀναγωγικῶς τοὺς δαίμονας. Ἐπὶ μέντοι τῶν δαιμόνων, οὕτω νοητέον τὴν κύκλῳ ἐπίθεσιν. Ἐπιβουλεύουσι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, ὅταν ἐλπίδας ὑποτείνωσιν εὐπραγίας· καὶ ἀπὸ τῶν ὄπισθεν, ὅταν τῇ μνήμῃ τῶν προλαβόντων παθῶν τὴν ψυχὴν μολύνωσι· καὶ ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ὅταν συνεργοῦντες πρὸς ἀρετὴν, εἰς κενοδοξίαν συνελαύνωσι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ὅταν ἀπαρακαλύπτως εἰς ἁμαρτίαν βιάζωνται. — 16, 9 animam meam circumdederunt. s. ***anima*** (S. **87**). — 16, 11 projicientes me nunc circumdederunt me. s. ***projicio.*** — 21, 13 circumdederunt me vituli multi. s. ***vitulus.*** — 21, 17 circumdederunt me canes multi. s. ***canis*** (S. **239—241**). — **31, 7 tu es refugium meum a tribulatione quae circumdedit me: exultatio mea, erue me a circumdantibus me.** - ***Hebr.*** **Du bist Schutz mir, wirst vor Not behüten mich, mit Rettungsjubel wirst du mich umgeben.** - Die ***LXX*** lasen תְּצֻרֵנִי (v. צִיר einschließen) statt תִּצְּרֵנִי (v. נָצַר behüten) und faßten dies als abgekürzten Relativsatz (ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης) zu צַר, statt dessen sie wohl צָרָה lasen. Außerdem sprachen sie רָנִּי statt רָנֵּי aus (τὸ ἀγαλλίαμά μου) und fanden darin eine Anrede an Gott: »Du Gegenstand

meines Jubelns!« Diese letztere Lesart adoptiert auch neuestens ***Baethg.*** »Mein Jubel, mit Rettung umgiebst du mich.« Er bemerkt dazu: »Der Ausdruck ,mit Jubel umgeben' hat freilich die Analogie an 65 [64], 13. Aber der Plural רָנֵּי ist sehr auffallend, da רֹן (Job 38, 7) nicht ein Nomen, sondern ein Infinitiv ist.« Schließlich lasen die ***LXX*** noch פַּלְּטֵנִי·מְסוֹבְבֵנִי (ἀλυτρῶσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με) statt פַּלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי. - ***Hier.*** *tu es protectio mea, ab hoste custodies me, laus mea salvans circumdabis me.* - ***Targ.*** אַתְּ הוּא יְיָ טְמוּר לִי מִמְּעִיקָא תִּנְטְרִנַּנִי בִּיעַת שֵׁיזָבוּתָא תְּחַזְּרִנַּנִי (nach dem masoret. Text). - ***Syr.*** ܐܢܬ ܬܛܘܪܝܢܝ ܘܡܢ ܡܥܩܢ̈ܝ ܬܢܛܪܝܢܝ: ܒܫܘܒܚܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܐܚܕܪܝܢܝ »beschütze mich und vor meinen Feinden behüte mich. Mit Ehre und Rettung umgieb mich«. - ***Euthym.*** Ὦ χαρά μου, ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με πειρασμῶν, οἷς ἐναπείλημμαι, ἢ ἐχθρῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων. - ***Jansen.*** *Libera me a malis, quae ex omni parte me circum cingunt: ab impiis qui undique me oppugnant.* — 117, 11. 12 circumdantes circumdederunt me ... circumdederunt me sicut apes. s. ***apis*** (S. **112**). — Auch von leblosen Dingen gebraucht: 17, 5. 6 (115, 3) circumdederunt me dolores mortis ... dolores inferni circumdederunt me. s. ***dolor.*** — 39, 13 circumdederunt (περιέσχον, אָפְפוּ) me mala, quorum non est numerus. — ***Thom.*** *quae scilicet mala inferuntur mihi et a mundo et ab hostibus.* - ***Agell.*** *Misericordiae et veritatis tuae praesidio mihi opus est, quia undique malis et adversis casibus cinctus sum, adeo multis, ut numerari non possint, ac mihi calamitates tamquam fluctus et undae circumfusae sunt, et iniquitates meae, meorum scilicet peccatorum supplicia, me tamquam fugientem comprehenderunt et assecutae sunt, cum velocius insequerentur, quam ego fugerem et tamquam inundans fluvius corripuerunt et oppresserunt.* — 48, 6 iniquitas calcanei mei circumdabit me. s. ***calcaneum*** (S. **216**—**218**). — **4)** herumgehen: **47, 13 circumdate Sion: gehet rings um Sion.** - ***Thom.*** Circumdate *sc. Ecclesiam militantem oculo contemplationis.* — *Aliqui circumdant iniquo oculo Ecclesiam ad impugnandum: sed nos circumdamus eam ad amandum et ideo dicit* Complectimini eam *sc. diligendo.* - ***Bellarm.*** *Muris cingite sanctam Civitatem, ubi forte desunt. Dicuntur autem muri civitatis viri perfecti, qui reliquum populum defendunt ab inimicis.* - ***Flamin.*** *Contemplamini diligenter urbis sanctae moenia, turres, domos ceteraque magnificentissima monumenta, quo possitis ejus laudes memoriae posterorum commendare.* - ***Jansson.*** *Vos qui Ecclesiae nondum adjuncti estis, undique de circuitu ad eam convenite eique vos copulate.* - ***PlacParm.*** *Hortatur, quod Jerusalem muro fortissimo circumdetur et bene muniatur, et ejus fortitudo narretur in turribus ejus.* - ***LudSax.*** *Defendite et munite per fidem, per operationem et bonos mores Ecclesiam.* — **5)** herumgehen, nahe sein, hinzutreten: **25, 6 circumdabo altare tuum: ich trete hin zu deinem Altar.** - ***Athan.*** καὶ λειτουργήσω σοι. - ***Sa:*** *Accedam sacrificia oblaturus; vel, venerando amplectar animo: corpore enim accedere laicis non licebat.* - ***Agell.*** *Existimandum est, cum sacrificium offerretur, circumstare solitos altare Levitas laudes Dei personantes et de beneficiis acceptis gratias agentes.* - ***Titelm.*** *In locis, in quibus tuum nomen colitur, in quibus tu laudaris circa altaria, in quibus tuo nomini offertur sacrificium laudis, ero assiduus, et tamquam circumdans illis adhaerebo.* - ***Bellarm.*** *Referunt aliqui ad multitudinem victimarum, quibus undique altare implendum esset. Sed verius mihi videtur, ut referatur ad choros canentium in circuitu altaris.* - ***Hoen:*** *in circuitu Sacerdotum Levitarumque innovato ministerio, psallen-*

tiumque augmentato numero cingam altare. - ***Cassiod.*** Circumibo *dixit, i. e. frequenter iterabo, ut assiduitatem sanctissimae devotionis ostenderet.* — **6)** umlegen, anziehen **a)** gürten: περιζώννυμι, אָזַר (*Pi*): übtr. **29, 12 circumdedisti me laetitia.** — ***Aug. Cassiod. PsaltMoz. Rom.*** praecinxisti. - ***Hier. Pagnin. Cajet. Muis*** übersetzen: *accinxisti.* - ***Agell.*** *Quia sacco ad lumbos praecingebatur, eo abjecto, vestis alia ejus loco subroganda erat, quae sacco esset opposita. Itaque optime dixit* circumdedisti, *seu, ut in Graeco est, circumcinxisti me laetitia, tamquam zona quadam nempe, seu vestibus regiis, et laetitiam significantibus* circumdedisti. *Aut potius, quia figurate loquitur, laetitia, tamquam zona mea, ut expeditior essem, circumcinxisti: quia cum cinctus expeditior sit et fortior ad rem gerendam, sic laetitia erigit animum, ac fortiorem et alacriorem reddit, ut contra moeror debilitat.* - ***Aug.*** *Conscidisti velamentum peccatorum meorum, tristitiam mortalitatis meae; et* cinxisti me *stola prima, immortali* laetitia. - ***Snoy:*** Circumdedisti me *stola immortalitatis cum summa* laetitia. - ***Thom.*** *restituisti mihi immortalitatem.* - ***DionCarth.*** *Corpus gloriosum reddidisti animae meae in resurrectione.* - ***Bredemb.*** *Est* saccus *antiquitus vestis lugubris. Talis vestis seu saccus est nobis corpus hoc mortale, quod multis modis aggravat et contristat animam. Hoc autem conscisso ac dissoluto, Deus induet nos corpore, eodem quidem hoc essentia, qualitate vero in multo melius commutato: quippe clarificato jam et glorificato et configurato corpori claritatis unigeniti Filii sui. Tunc, abstersa omni lacryma,* circumdabit *nos* laetitia. — **b)** kleiden: **44, 10 circumdata varietate.** [***Euseb.*** Τὸ περιβεβλημένη καὶ πεποικιλμένη οὔτε ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρεται· διὸ ὠβέλισται. - ***Agell.*** *Sed puto ex consequentibus Psalmi in hunc locum esse translatum, nam et inferius (v. 14) eadem verba legimus.*] s. ***varietas.***

circumeo s. ***circueo.***

circum-ornatus, a, um (circumorno), rings geschmückt: περικεκοσμημένος: 143, 12 circumornatae ut similitudo templi: rings geschmückt wie ein Tempel. ***Hebr.*** **gemeißelt** (מְחֻטָּבוֹת — vgl. Prov. 7, 16) **wie am Tempel.** ***Hier.*** *(quasi anguli) ornati.* - ***Bellarm.*** *Intelligendum de ornatu tabernaculi, in quo erant multa ornamenta purpurae, byssi, auri, gemmarum, ut nihil pulchrius in tota ea regione inveniretur.* s. ***compositus.***

circumplector, plexus sum, i (circum u. plecto), umfassen, umgeben: περιπλέκω, עִוֵּד: **118, 61 funes peccatorum circumplexi sunt me: die Stricke der Bösen haben mich umgeben.** ***Hier.*** *implicaverunt me.* Ringsum liegen Schlingen, so daß ich nicht entkommen kann. - ***Haymo:*** *Circumdant me ex omni parte.* - ***DionCarth.*** *In medio laqueorum ambulo.* - Andere haben die Vorstellung, daß Hände oder Füße bereits von den Banden umgeben und gebunden seien. — s. oben ***Hier.*** — ***PlacParm.*** *me ligaverunt.* - ***LudSax.*** *circumligaverunt me, quibus tamquam funibus me post se trahere conantur.* - ***Snoy:*** *ad astringendum et impediendum me a bono opere.* — Sachlich kein Unterschied. s. ***funis.***

cogĭto, avi, atum, are (co-agito), bei sich (secum; im Geiste = cum animo, in animo) zusammenstellen, denken, nachdenken, bedenken, ausdenken **1)** im guten Sinne **a)** διαλογίζομαι, חָשַׁב: 76, 6 cogitavi dies antiquos. s. ***antiquus*** (S. **108**). — **118, 59 cogitavi vias meas: ich überdenke meine Wege.** - ***Hier.*** *recogitavi.* - ***Pagnin.*** *reputavi.* - ***Bellarm.*** *rectene an secus ambularem; item consideravi actiones meas, an legi Dei conformes essent.* - ***Genebr.*** *mea facta expendi, vitae meae actiones consideravi.* - ***Jansson.*** Cogitavi vias meas superiores, *plenas lapsus et peccati;* et converti pedes meos in testimonia tua, *ut in posterum non meis gressibus, quibus antea lapsus sum, sed testimoniorum tuorum itineribus ambularem. Vel* cogitavi vias meas *futuras, actus meos cogitatione praeveniens, ne inconsulta operatione progressus, aliquid in ipsis actionibus offensionis inciderem. Et tali cogitatione bene consiliatus* converti pedes, *i. e., gressus sive actus* meos in testimonia tua, *velociter aggressus ea facere quae te nos facere velle contestatus es.* - ***Agell.*** *Cum primum mihi potestas fuit, studia ac vias examinandi per quas mihi incedendum esset, cogitatis illis omnibus, et ratione perpensis, quae mihi vivendi ratio ingredienda esset, a qua fugiendum, ab aliis viis tuo auxilio adjutus averti pedes, eosque in testimonia legemque tuam servandam converti. Plures namque viae ad primam speciem pulchrae ad se alliciunt: nam et avaritia via est, et via voluptatis, est et honorum et gloriae via. Has, inquit, omnes abjeci, unam tantum legis tuae viam sum amplexatus.* - ***Euthym.*** Πρῶτον διεσκεπτόμην καὶ τὸ πρακτέον μοι καὶ τὸ λαλητέον· διὸ καὶ εἴσω ἐβάδιζον τῶν ἐντολῶν σου. — **b)** für μεριμνάω, דָּאַג (sich Gedanken machen, bekümmert sein): **37, 19 cogitabo pro peccato meo: ich bin in Sorge wegen meiner Sünden.** — ***Aug.*** curam geram. - ***Hier.*** *sollicitus ero.* - ***Pagnin.*** *timeo propter peccatum meum.* - ***Flamin.*** *anxius ero.* - ***Genebr.*** Cogitabo *cum sollicitudine et anxietate.* - ***HugCar.*** *non perpetrando, sed delendo.* - ***Alliac.*** *ipsum in me cogitatione sollicita corrigendo et a te tuaque miseratione solita medicinalem curam humiliter postulando.* - ***Haymo:*** *faciendo opera per quae mihi peccatum relaxetur.* - ***AlphLig.*** *Considererò sempre il mio peccato per soddisfar, come posso, il mio Signore offeso, affin d'impetrarne il perdono.* - ***Heser:*** *sic operibus piis expiando, ut Deo aequissimo judici pro poenis temporariis satisfiat.* - ***Aug.*** *Sic pronuntia iniquitatem tuam, ut curam geras pro peccato tuo. Hoc est enim curam gerere pro delicto: semper niti, semper intendere, semper studiose et sedulo agere ut sanes peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, sed forte lacrymae currunt, et manus cessant. Fiant eleemosynae, redimantur peccata, gaudeat indigens de dato tuo, ut et tu gaudeas de dato Dei . . . Hoc est* curam geram pro peccato meo: *faciam omnia quaecunque facienda sunt, ad abolendum et sanandum peccatum meum.* - ***Bellarm.*** *Diligenter et anxie cogitabo, quomodo possim Domino satisfacere ac plenam indulgentiam obtinere. Quod quidem salutare documentum est poenitentibus, ut solliciti sint pro expiatione peccati, ut libenter accipiant occasiones a Deo oblatas patientiam exercendi.* - ***Athan.*** Μετανοήσω ὑπὲρ ὧν ἔπραξα κακά. - ***Euthym.*** Φροντίσω τῆς ἰατρείας αὐτῆς. - ***Didym.*** Ἔστι μεριμνᾷν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ τινα σπεύδοντα κατορθοῦν μετανοίας ἔργα. - ***Ibn-Ezra*** denkt an die Furcht vor den Folgen der Sünde (פן תמות וחויבי חיים); -

ebenso *Raschi* (סלח יגרום לי נגע ומכאוב). Ohne Zweifel ist aber der Schmerz Ausdruck der Bußfertigkeit, mit welcher der Sänger die Hoffnung auf Verzeihung gründet. — 2) meist im übeln Sinne von bösen Plänen der Gottlosen a) חָשַׁב (διαλογίζομαι): ausdenken, ersinnen: *c. acc.: h 10, 2* comprehenduntur in consiliis, quibus (= οἷς, *per attractionem*) cogitant. Subjekt von cogitant (חָשָׁבוּ) sind ohne Zweifel impii; wer Subjekt ist von comprehenduntur (יִתָּפְשׂוּ), bleibt zweifelhaft. s. **comprehendo.** — cogitare consilia (מְזִמָּה Arglist) 20, 12; - mala 34, 4; 40, 8; dolos 34, 20; iniquitates (λογίζομαι ἀδικίαν) 139, 3. — **51, 4 tota die injustitiam cogitavit lingua tua: den ganzen Tag sinnet deine Zunge auf Verderben.** - ***Hier.*** *insidias cogitat lingua tua* (כָּל־הַיּוֹם gehört zum vorhergehenden Vers). Zum Bilde vgl. 34, 28. - ***Genebr.*** *Metaphorice tribuit linguae quod est cordis et animi.* - ***Bellarm.*** *Quamvis cogitatio ad mentem pertineat, tamen David poetice tribuit hoc linguae, quasi ipsa lingua tam mala fuerit, ut etiam silens apud aures hominum, tamen apud se ipsa cogitando loqueretur.* — *c. inf.* 139, 5 cogitaverunt supplantare. — b) יָעַץ = βουλεύομαι: planen: 61, 5 pretium meum cogitaverunt repellere. s. **pretium.** — sich beraten, (Böses) planen: 82, 4 cogitaverunt adversus sanctos tuos. יִתְיָעֲצוּ. ***Hier.*** *inierunt consilium.* s. **sanctus.** — **82, 6 cogitaverunt unanimiter: sie berieten sich einmütig.** נוֹעֲצוּ: ***Hier.*** *tractaverunt (pariter).* - ***Pagnin.*** *consilium inierunt (ex corde pariter).* — c) [זָמַם] absol. Böses planen (διαλογίζομαι): **139, 9 cogitaverunt contra me: ne derelinquas me.** ***Hebr.*** **seine Bosheit laß nicht zu.** - Die ***LXX*** lasen זָמְמוּ statt זְמָמוֹ (זָמָם ἅπ. λεγ. wohl gleichbedeutend mit מְזִמָּה oder זִמָּה). - ***Targ.*** מַחְשַׁבְתֵּיהּ לָא תַּסְפֵּק. - ***Pagnin. Flamin. Muis:*** *cogitationem ejus ne perficias.* - ***Syr.*** ܬܰܪܥܺܝܬܶܗ ܠܳܐ ܬܶܣܰܩ [ܠܪܺܫܝ] »sein Gedanke steige nicht [auf mein Haupt]«. (Man las תַּסֵּק [v. נסק] st. תָּפֵק u. mit Übergehung v. יָרוּמוּ [u. סֶלָה] zog man ראשׁ aus dem folgenden Vers herüber.)

cognatĭo, ōnis, *f.* (cognatus), die Verwandtschaft, das Geschlecht, die Brut: **73, 8 dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: es sprach im Herzen ihre ganze Brut zumal.** — ***Menoch.*** *omnis horum natio et gens (simul dixit).* - ***Jansson.*** *omnes illi qui, tametsi natione distincti, impietate tamen sacrilega sunt cognati.* - Mit den ***LXX*** (ἡ συγγένεια αὐτῶν) und ***Hier.*** *(posteri eorum)* nimmt auch ***Targ.*** (בְּנֵיהוֹן) נִינָם als *Subst.* נִין »Nachkomme« (sonst nur in Verbindung mit נֶכֶד Gen. 21, 23. Is. 14, 22. Job 18, 19) mit *Suff. 3 pl.* - ***Syr.*** dagegen ܢܣܘܦ ܟܠܗܘܢ »wir wollen sie alle vertilgen [und]« (ם: لنبيدهم جميعا). Mit ***Syr.*** fassen auch die meisten späteren Erklärer des masoret. Textes נִינָם (נִינֵם) als Verbalform von יָנָה »bedrücken« (***Genebr.*** *Recentiores absurde, ut a veteribus tantum discedant, interpretantur verbaliter*). - So auch ***Qimchi*** (ר״ל נהרגם mit dem Hinweis auf חֶרֶב הַיּוֹנָה Jer. 46, 16; 50, 16) u. ***IbnEzra*** (mit dem Hinweis auf לֹא תוֹנוּ Lev. 19, 33, trotzdem dies keine *Qal*-Form sei: נינם מגזרת לא תונו אף על פי שמלת לא תונו מהבנין הכבד). - ***Luther:*** Laßt uns sie plündern. - ***Calv.*** *populemur eos.* - ***Muis:*** *depopulemur.* - ***HupfNow.*** »wir wollen sie plagen zumal«. - Auch ***Del.*** »wir wollen zusamt sie niederzwingen«. - ***Bickell:*** »allen drohen sie Verderben«. - Dagegen ***Hitz.*** »Ihr ganzes Geschlecht! —« Er faßt diese Worte als Ausruf. »Die Aposiopese im Munde Ergrimmter ist natürlich, und die Ergänzung (s. 82, 5) leicht.« - So auch neuestens wieder ***Baethg.*** »Ihre ganze Brut! —«

cognosco, gnōvi, gnĭtum, ĕre (com u. gnosco = nosco), kennen lernen, er-

kennen, bemerken, wahrnehmen, erfahren; *Perf.* auch = kennen, wissen: 1) γιγνώσκω יָדַע: 9, 17 **cognoscetur Dominus judicia faciens: es wird erkannt der Herr dadurch, daß er Gericht hält (gehalten).** — ***Hebr.*** kund thut sich der Herr, Gericht hat er gehalten. - ***Hier.*** *agnitus [**Flamin.** cognitus] est Dominus judicium faciens.* - ***Pagnin.*** *notus est Jehovah quod judicium fecit.* - Der Herr hat sich praktisch als Richter erwiesen. - ***Targ.*** גְּלֵי קֳדָם יְיָ דִּין דַּעֲבַד »offenbar ist vor Gott das Gericht, das er gehalten«. - ***Syr.*** (las יוֹדַע) ܡܬܝܕܥ ܡܪܝܐ ܕܝܢܐ ܕܥܒܕ »bekannt gemacht hat der Herr das Gericht, das er gehalten« (ܩ: الرب يعرف الحكم الذى يصنع). - ***Agell.*** *Hoc judicio facto et vindicta de impia gente sumpta cognoscitur Dominus, quod judex et arbiter sit omnium, et digna pro meritis cuique rependet praemia.* - ***Titelm.*** *Agnoscetur Dominus quam pius, quam justus, quam formidabilis, quam verax, cum innocentes salvando, noxios perdendo, fecerit judicium. Sic enim et misericordia patebit et justitia ejus, quae ante judicii executionem plurimos latere videtur.* - ***Cassiod.*** *Hic, quia sunt eis libera scelera, relinqui creduntur forsitan impunita: sed ubi dies ille manifestationis advenerit, et throno majestatis suae Dominus Salvator insederit, tunc generaliter agnoscetur operari judicia sua, quando humanum genus, sive a sinistris, sive a dextris, ejus fuerit arbitrio segregatum. Hoc est enim* judicia *sua* facere, *uniuscujusque merita sine aliqua confusione discernere.* — **13, 3 viam pacis non cognoverunt.** [Gehört zu den aus Rom. 3, 13—18 im griech.-lat. Texte dieses Psalmes eingefügten Bibelstellen (Is. 59, 8).] - ***Hoen:*** *media ad pacem cum Deo, seipsis et proximis ineundam, fovendam et conservandam practice, approbationis notitia* non cognoverunt. - ***Beda:*** *Me (Christum) non sicut medicum sibi necessarium honoraverunt, sed tamquam inutilem et nocivum contempserunt.* - ***Thom.*** *quia ipsum Christum peccando occiderunt.* - ***Bredemb.*** *Quomodo* viam pacis *cognoscere poterunt, qui* pacis *auctorem respuunt?* - ***LudSax.*** Viam pacis *vere ad Deum et proximum meritoriam vitae aeternae* non cognoverunt, *i. e., cognoscere per operationem noluerunt.* — **13, 4 nonne cognoscent [52, 4 scient] omnes qui operantur iniquitatem: werden es nicht erfahren alle Übelthäter?** — Manche nehmen hier cognoscere absolut: Einsicht haben, bekommen. So ***Bellarm.*** *Numquid semper erunt insipientes? numquid non aperient aliquando oculos? numquid tandem non incipient cognoscere?* Besser ist die Auffassung: an sich erfahren, zu fühlen bekommen. ***Genebr.*** Nonne cognoscent *me iramque meam adversum peccata, vel divinam ultionem: nonne sentient vim et potestatem meam? Est enim aposiopesis: q. d. sentient suo tempore, suo magno malo.* - ***Jansson.*** *Nonne ex suppliciis tandem discent omnes quid sit iniqua agere?* — Die meisten ergänzen das Objekt aus dem zweitfolgenden Verse: quoniam Dominus in generatione justa est (***Cassiod. Haymo, PetrLomb. PlacParm.*** al.). - ***LudSax.*** Nonne cognoscent *Deum esse et Dei justitiam seu ultionem venturam, qui modo scire dissimulant?* - ***Athan.*** οὐ γνώσονται τὸν Κύριον. - ***CyrAlex.*** Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι πάντες ἐξέκλιναν καὶ ἐργάζονται τὴν ἀνομίαν, νῦν φησι· Καὶ ἄρα οὐ μέλλουσι γιγνώσκειν οὗτοι τὸν Κύριον καὶ πιστεύειν εἰς αὐτόν; Ναὶ πάντως πολλοὶ πιστεύσουσιν· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μενοῦσιν ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ διώξουσι καὶ τυραννήσουσι τοὺς πιστεύσαντας εἰς Χριστόν. — **17, 45 populus, quem non cognovi, servivit mihi: Volk, das ich nicht kannte, diente mir.** - ***Titelm.*** *Populi alienigenae, quos prius non agnoveram inter subditos meos, subjecti facti sunt mihi.* - ***Hoen:*** *qui fide ac religione, item moribus mihi extraneus et non probatus fuit.* - ***Bellarm.*** *Gabaonitae, Gethaei et alii, quos non*

cognovi pro fratribus, cum essent gentiles. - **Thomasius:** *Gentilis hic populus quem praesentia mea corporali non novi.* - **Theodor.** Ἐκ προσώπου ταῦτα προαγορεύει τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Λέγει δὲ, ὅτι Οἱ μήτε νομοθέτην, μήτε προφήτην ἐμὸν δεξάμενοι πώποτε, ῥᾳδίως μάλα κληθέντες ὑπήκουσαν καὶ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν ἠγάπησαν. — **19, 7 nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus christum suum.** **Hier.** *scio.* - **Bellarm.** *certissime salvum faciet.* - **Bredemb.** *His verbis indicat, se nihil dubitare, quin sit impetraturus quod petit. Quare sic loquitur, quasi jam illud re ipsa habeat.* — **40, 12 in hoc cognovi quoniam voluisti me: daran erkenne ich, daß du Gefallen an mir hast** . . . (Der Sänger versetzt sich in die Zeit, wann sein Gebet erhört sein wird.) - **Hoen:** In hoc, *quod modo subjiciam, argumenti genere consolatus* cognovi. - **Cassiod.** Cognovisse *se dicit* in hoc *dilectionem Patris, quia gloriosa est resurrectio secutura.* — 47, 4 in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam. ſ. ***suscipio.*** — **49, 11 cognovi omnia volatilia coeli: ich kenne alle Vögel des Himmels.** - **Hier.** *scio omnes aves montium* (ſ. ***coelum***). - **HupfNow.** »Bezeichnet zunächst nur die Kunde (den geistigen Besitz), aber als Ausfluß des physischen Besitzes oder der Gewalt, daher hier Wechselbegriff mit dieser, wie Allwissenheit u. Allmacht (**Hgstb.**) vgl. 147 [146], 4. Is. 40, 26.« - **Haymo:** *ut mea.* - **Sa:** *ut Dominus omnium.* - **Euthym.** Ἠριθμημένα ἔχω, ὡς Δεσπότης αὐτῶν. - **Thom.** *Ista subsunt meae providentiae.* - **Thomasius:** *novi ego mei juris esse aves omnes in aëre coeli volitantes.* — **50, 5 iniquitatem meam ego cognosco.** **Hebr.** **meine Sünden erkenne ich selbst.** - **Hier.** *iniquitates meas ego novi.* - **Agell.** *Peccatum a Deo non ignoscitur, nisi prius ab eo qui illud admiserit, agnoscatur. Ut igitur Deum flectat et culpae remissum impetret, agnoscere se peccatum suum confiteri neque ullo modo excusare. Potest enim* cognosco *sic accipi: adverti, rescivi. Nam eo tempore quo tantum crimen admisit, impetu quodam et aestu concupiscentiae raptus animus, quantum mali perpetraret, non cognoscebat, et velut fascino quodam voluptatis consopitus erat: ubi vero Nathan prophetae verbis admonitus quasi verbere quodam reprehensionis excitatus est, tum tandem peccati sui magnitudinem advertit atque cognovit, et ad Dei misericordiam implorandam sese convertit.* - **DionCarth.** *Non illam abscondo, nec meipsum excuso, nec daemoni, nec alteri illam imputo, sed peccatum meum confiteor. Quoniam ergo initium bonorum est confessio malorum seu recognitio peccatorum, ignosce mihi et spiritualem vitam in me ordire ac renova. Tu ergo si misericordiam consequi cupis, peccatum tuum agnosce nec in oculo fratris tui festucam inspicias, sed trabem, quae in oculo tuo est, aspice dicque quod scriptum est:* Peccavi et vere deliqui, et, ut eram dignus, non recepi (Job 33, 27). - **Titelm.** *Siquidem nollem agnoscere, aut dissimulare vellem, sive excusare peccatum meum, juste non invenirem apud te misericordiam. Nunc autem ecce iniquitatem meam nec dissimulo nec excuso, sed agnosco, detego et accuso ante faciem tuam.* - **GregM.** *Scio quem invocem. Justum invoco, qui et peccata odio habet, et ista impunita non dimittit. Sicut ejus misericordiam expeto, ita etiam justitiam ipsius attendo. Non sic postulo misericordiam accipere, ut velim ab eo justitiam suam auferre. Nolo ut peccatum meum remaneat impunitum. Sic misericordia est, ut peccanti ignoscat; sic justitia est, ut peccatum impunitum non transeat. Sed quia peccatum meum ego ipse paveo, ideo ut tu me non punias tam vehementer, exoro. Ideo agnosco, ut tu ignoscas.* - **Ciboch.** *Quod Deus sine merito nostro ex sola bonitate rem grandem spondeat, id in misericordiam est revocandum: sed promissis stetisse eaque implevisse, justitiae est. David proinde pro delictorum*

indulgentia apud fontem gratiae per misericordiam et justitiam instat. Per justitiam quidem, cum agnoscenti se peccatorem esse, eandem se largiturum spoponderit, per misericordiam vero: hic enim largissimorum illorum a se datorum effectus est promissorum. - **Lindan.** *Pudet me impudentiae.* - **Bellarm.** *non excuso, non nego, nec solum agnosco, sed perpetuo de illo cum dolore animi cogito.* - **Pepin.** Cognosco, *sed imperfecte; ipsam quidem cognosco, sed non sicut tu, Domine Deus. Si enim eam sicut tu cognoscerem, profecto erumperent lacrymae de intimis venis cordis mei, et continere non possem, quin super memetipsum miserabiliter flerem.* — **55, 10 ecce cognovi quoniam Deus meus es: siehe, ich weiß, daß du mein Gott bist.** *Hebr.* dies weiß ich, daß (ein) Gott mir [ist], d. h. entweder: »daß ich einen Gott habe« (*Sym. V.* ὅτι ἔστι θεός μοι. - *Syr.* ܕܐܠܗܐ ܐܝܬ ܠܝ); oder: »daß Gott für mich ist«, d. h. zu meiner Hilfe. - *Targ.* בְּסַעֲדִי. - **Pagnin.** *hoc novi quod Deus pro me est.* - **Bellarm.** *Tu declarabis exaudiendo, te meum esse Deum.* - **Agell.** *In hac re cognoscam, te vere mihi Deum esse et mearum injuriarum judicem et ultorem, si me ad te orante ac preces fundente, inimici mei timore ac metu perterriti, a me persequendo retardabuntur et convertentur retrorsum et ab incepto desistent.* - **Bredemb.** *Ipsa experientia didici, quod sis Deus meus, h. e., quod revera exaudias ac liberes ab omni malo eos qui meo exemplo te Deum suum agnoscunt et in spiritu ac veritate Deum invocant. Quamquam enim omnium Deus sit secundum potentiam suam (in omnes enim potestatem habet), secundum gratiam suam et beneficentiam illorum peculiariter est Deus, qui hoc agnoscentes, ita (ut dixi) invocant illum.* - **Theodor.** Δεχόμενος τὰς αἰτήσεις, δι' αὐτῶν πείθομαι τῶν πραγμάτων, ὅσην μου κηδεμονίαν ποιῇ. — 66, 3 ut cognoscamus in terra viam tuam. - **Hier.** *ut nota fiat.* - **Pagnin.** *ut cognoscant (ad verbum: ad cognoscendum).* - **Flamin.** *ut cognoscatur.* s. **via.** — 70, 15 quoniam non cognovi litteraturam. s. **litteratura.** — 72, 16 existimabam, ut cognoscerem hoc. s. **existimo.** — **73, 4 posuerunt signa sua signa: [v. 5] et non cognoverunt sicut in exitu super summum. Quasi in silva lignorum securibus — [v. 6] exciderunt januas ejus in idipsum: sie pflanzten ihre Zeichen auf als Zeichen — ohne Einsicht — wie in dem Thor, (so) auf der Zinne. Gleichwie in Waldesdickicht hieben sie mit Äxten seine Thüren aus zumal.** — et non cognoverunt ist Parenthese und absolut zu fassen »in ihrer Thorheit« (ש: פ: بجهلهم). - **Titelm.** *Exerunt vexilla sua et trophaea in signa victoriae, sicut in exitibus civitatum, in portis, super eminentissima urbis loca, quasi gloriantes plurimum de victoria contra populum Dei:* et non cognoverunt, *quod non ipsi sua virtute, sed tua magis permissione propter peccata nostra consecuti sint hanc de nobis victoriam.* - **Agell.** *Nullam rationem habuerunt, et templi majestatem et magnificentiam pro nihilo duxerunt.* - *Hebr.* **Sie pflanzten ihre Zeichen auf zu Zeichen. Es sah sich an, wie wann man hoch emporhebt im Waldesdickicht Äste. Und nun schon sein Schnitzwerk allzumal — [mit Beil und Äxten hauen sie drauf los].** Die *LXX* lasen st. יָדְעוּ (jedenfalls eine sehr gezwungene u. unnatürliche Ausdrucksweise) לֹא יָדְעוּ. - [**Agell.** *Hic locus apud LXX cum negatione legitur, in Hebraeo autem et apud ceteros interpretes citra negationem: neque tamen propterea LXX editio tamquam mendosa abjicienda est.*] Außerdem lasen sie מָבוֹא st. מֵבִיא; und st. וְעַתָּה eine Verbalform (ἐξέκοψαν) von גָּדַע, vielleicht גָּדְעַת (vgl. Is. 9, 9; auch Deut. 7, 5. 2 Par. 14, 2; 31, 1; 34, 4; sonst steht ἐκκόπτω meist für כָּרַת. Ex. 34, 13. Deut. 20, 19. 20 u. ö.); endlich lasen sie פִּתְחֵיהָ (פֶּתַח) st. פִּתּוּחֶיהָ. **Hier.** (zum vorhergehenden signa ziehend):

manifesta desuper in introitu: in saltu lignorum secures. [Et nunc scalpturas ejus pariter bipenne et dolatoriis deraserunt.] - ***Syr.*** ܘܝܕܥܬ ܐܝܟ ܡܥܠܢܐ ܠܥܠ »*et cognovisti* (= וַתֵּדַע) *tamquam excelsus desuper*«. - Im ***Targ.*** heißt die Stelle: יַצְלֵף בְּקוּרְנְסָא הֵיךְ גְּבַר דִּמְרִים יְדֵיהּ בִּסְבִיךְ קִיסַיָּא לְמִקְטַע בְּכוּלְבַיָּא »er holt mit dem Hammer aus wie ein Mann, der erhebt seine Hand im Waldesdickicht, um zu hauen mit Äxten« (Deut. 25, 3 J. steht יִלְּלֵיף für hebr. הִכָּה). — **73, 9 et nos non cognoscet amplius: und uns kennt er** (Gott) **nicht mehr** (erkennt er nicht mehr an). — ***Haymo:*** *visitando per aliquem prophetam.* - ***Thomasius:*** *Videtur quod Deus non nos agnoscat tamquam suos; sed tamquam alienos a sua nos defensione repellet.* - ***Titelm.*** *Ita satis apparet, quod nos Deus jam prorsus abjecerit, quod nullam ultra curam habeat nostri, ut olim habuit patrum nostrorum.* - Andere fassen propheta als Subjekt. ***Genebr.*** *non jam ullus propheta nos cognoscit, sumus sine prophetis, qui nos Dei verbo pascant.* - ***Jansson.*** *Si esset propheta, non agnosceret nos eos esse, quibus prophetare deberet.* - Noch anders ***Euthym.*** Οὐ γνώσεται τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ὅπως ἔξωμεν. - ***Hebr.*** **und keiner [ist] bei uns, der Kunde hat: bis wann.** »Bis wann« kann abhängig sein vom vorhergehenden Verbum: »niemand weiß, bis wann«. - ***Pagnin.*** *nec est nobiscum qui cognoscat usquequo.* - ***Hier. Flamin.*** *et non est nobiscum, qui sciat, usquequo [**Flamin.** quousque].* - ***Genebr.*** *Neminem habemus, qui sciat, quousque futuri simus in hoc misero rerum statu, quousque duratura sint haec. Est enim Aposiopesis.* - ***Flamin.*** *neque ullum habemus vatem sanctum, qui nobis praedicat, quamdiu haec mala permansura sint.* Andere fassen יֹדֵעַ absolut »Wissender« (ܡܣܬܟܠܢܐ, حكيم) parallel mit נָבִיא »Prophet«, so daß עַד־מָה selbständige Aposiopesis wäre: »(und) wie lang soll dieser Zustand dauern?«. Vgl. 6, 4. — Da im ***Syr.*** u. ***Arab.*** עַד־מָה gar nicht übersetzt ist, sind die Worte vielleicht ganz zu streichen als Dittographie von עַד־מָתַי in dem folgenden Verse. - (***Syr.*** ܘܐܦܠܐ ܐܝܬ ܥܡܢ ܡܣܬܟܠܢܐ ✤ ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܐܠܗܐ. - ש: ولا معنا حكيم ليس معنا; - ם: ولا معنا فاهم حكيم.) - Die ***LXX*** (καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι) lasen אֹתָנוּ (u. vielleicht עוֹד st. עַד־מָה). — 76, 20 vestigia tua non cognoscentur. s. ***vestigium.*** — **77, 3 quanta audivimus et cognovimus ea: was wir gehört und erfahren haben** (quanta — ea hebräisch = אֲשֶׁר . . . ־ם). - ***Agell.*** *Non ea vobis tradimus, quae ipsi commenti sumus, sed quorum scientiam a majoribus accepimus.* - ***Genebr.*** *Attingit duplicem modum sciendi: unum per traditionem, alterum per scripta.* - ***Hoen:*** *Quae, qualia et* quanta *tam verbo scripto quam etiam tradito* audivimus, *loquar, et eo lubentius ea loquar, quia* cognovimus ea *sic, uti audivimus, evenisse.* - ***Haymo:*** et cognovimus *esse vera, per ipsam impletionem.* - ***Euthym.*** Οὐχ ἁπλῶς, φησιν, ἠκούσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐπληροφορήθημεν. [Ὅσα οὐκ ἀναφορικῶς λαμβάνεται νῦν πρὸς τὰ προβλήματα, ἀλλὰ καθ᾽ ἑαυτὸ λέγεται θαυμαστικῶς ἀντὶ τοῦ Ὦ πόσα ἠκούσαμεν.] — **90, 14 quoniam cognovit nomen meum.** — ***Lorin.*** Nomen *pro Deo attributisque illius saepe ponitur. Cognitio haec non solum est Creatoris apprehensio, verum etiam practica et secundum affectum est.* - ***HugCar.*** *Dicitur hic* cognitio *non tam scientia, quam vita et operatio.* - ***Agell.*** *Quia me adamavit, et non communi cognitione, sed propria, tamquam familiaris et intimus cognovit; nam cognitio nominis, familiaritatis indicium est.* - ***Bellarm.*** *Dicitur* cognoscere nomen Domini, *qui ejus potentiam et sapientiam et bonitatem cognoscit, unde in spem et fiduciam firmissimam erigitur; dicitur etiam* cognoscere nomen Domini, *qui ex intima familiaritate novit Deum ut pastorem, amicum et patrem.* - ***Athan.*** ὅτι πεπίστευκεν εἰς ἐμέ. — **94, 11 isti**

non cognoverunt vias meas. — ***Menoch.*** *Legem meam et praecepta mea admittere noluerunt.* - ***Athan.*** οὐκ ἠθέλησαν εἰδέναι τὰς ἐντολάς μου. - ***Jansson.*** *In lege ejus noluerunt ambulare.* - ***Euthym.*** Ὁδοὺς πολλάκις ἡ Γραφὴ καθάπερ καὶ νῦν τὰς ἐντολὰς ὀνομάζει, διὰ τὸ φέρειν εἰς Θεόν. Γνῶσιν δὲ αὐτῶν, οὐ τὴν διὰ γνώσεως καὶ μελέτης, ἀλλὰ τὴν δι' ἐνεργείας καὶ πράξεως. - Anders ***Heser:*** vias meas, *i. e., opera mea quae toto tempore illo feci: opera nunc justitiae, nunc potentiae, nunc veritatis, nunc misericordiae meae quibus illis utique innotescere et poteram et debebam tam eximiis operibus.* - ***Theodor.*** Ὁδοὺς Θεοῦ τὰς οἰκονομίας ἐκάλεσεν. - ***Qimchi:*** לא הכירו כל הניסים שעשיתי עמהם ופחדו להכנס לארץ ולא בטחו בי »nicht erkannten sie alle seine Wunder, die ich an ihnen that u. sie fürchteten sich, einzuziehen in das Land, und nicht vertrauten sie auf mich«. — Beide Erklärungen zusammenfassend: ***Pagnin.*** *Attenti non fuerunt ad tot opera ejus et praecipue ad doctrinam. Nam viarum nomine Deus hic complectitur tam Legem et continuas admonitiones quibus erudiri poterant, quam omnia miracula quae ediderat in ipsorum salutem.* — **103, 19 sol cognovit occasum suum: die Sonne kennt ihr Untergehen.** — ***Genebr.*** *Sol novit, quo ipsi sit currendum interdiu, ut perveniat ad occasum recta sine ullo errore, et ut diem finiat. Prosopopoeia ad designandum ratum et inerrantem ejus cursum in oriendo et occidendo.* - ***Agell.*** *Statum certumque tempus occidendi servat: non quod cognoscat aut sentiat, ut Manichaei delirant, sed quia constantissimum cursum tenet, perinde ac si ab intelligente natura fieret.* - ***Theodor.*** Οὐκ ἔμψυχος ὤν, οὐδὲ λόγῳ χρώμενος· ἀλλὰ κατὰ τὸν θεῖον ὅρον ὁδεύων, οὕτως ποιεῖ τὴν ἡμέραν φαινόμενος, καὶ τὴν νύκτα κρυπτόμενος· καὶ τὸν αὐτὸν δρόμον ἔχει ἀεί, καὶ τὰ μέτρα φυλάττει. - ***Bellarm.*** *Sol quoque non est semper super terram, sed novit suo tempore occumbere, ut det locum nocti, quemadmodum divina Providentia disposuit.* - [Da ***Aq. Sym.*** ἐγνώρισε übersetzen, will ***Baethg.*** nach Job 38, 12 יִדַּע lesen.] — **138, 1 probasti me, et cognovisti me: du erforschest mich und kennst mich.** — (In וַתֵּדָע ist das Suffix aus dem Vorhergehenden zu ergänzen; vgl. *h 107, 20*). Das Kennen ist — menschlich gesprochen — Folge des Erforschens. - ***Titelm.*** *Magna est et mirabilis, Domine, latitudo scientiae tuae, qua omnia nosti, etiam particulares quasque actiones hominum. Ecce enim tu me totum intus et in cute perscrutaris, investigas atque perquiris, et quasi probatum diligenter atque pervestigatum optime novisti.* — **138, 14 anima mea cognoscit nimis: meine Seele erkennt (sie) sehr.** — ***Menoch.*** *Mirabilia sane opera tua sunt, quod probe cognosco.* - ***Bellarm.*** *Admiranda sunt opera tua in formatione hominis in utero matris tam recondito et obscuro, et* anima mea *valde sataget, ut* cognoscat *magnitudinem horum operum tuorum. Ubi non significatur perfecta cognitio operum Dei, sed cognitio, quod magna et mirabilia sunt. Quomodo non videmus nec scimus, quanta sit magnitudo maris, sed cognoscimus, mare esse amplissimum, et ex hoc ipso cognoscimus, esse amplissimum, quod ex nullo loco totum cernere possumus. Quomodo etiam solem adversum intueri nequimus, sed hoc ipso intelligimus, solis lucem esse maximam.* — cognitum facere = bekennen: γνωρίζω: **31, 5 delictum meum cognitum tibi feci: mein Vergehen habe ich dir kundgethan.** — [Auch אוֹדִיעֲךָ kann nicht von der Zukunft verstanden werden; das Imperfekt vergegenwärtigt das in der Vergangenheit Geschehene.] Der Sänger hat das Glück der Vergebung bereits erfahren (V. 1. 2) durch das Bekenntnis der Sünde. - (***Aug.*** liest peccatum meum cognovi.) - ***Cassiod.*** *Illi dicitur delictum fuisse manifestatum, cui nihil occultum est, ad quem plus clamat causa*

quam lingua; qui etsi ab homine non audiat, certius omnia novit quam ille qui facit. Sed hoc est cognitum facere: *in confessionem delicta perducere . . . Qui illum noverunt res omnes habere manifestas, ad humilem confessionem et poenitentiae vota descendunt, ne judicem patiantur infensum, qui propitium habere poterant advocatum.* - ***Bellarm.*** *Non significat, Deo fuisse ignotum, antequam David illud confiteretur: sed loquitur more humano. Judex enim etiamsi sciat delictum rei, quia ipse vidit fortasse illud committi, tamen non dicitur scire juridice, nisi reus ex testimonio plurium testium sit convictus, aut ipse reus aperte confiteatur, adactus fortasse ad confessionem per tormenta. Sic igitur Deus viderat quidem Davidem peccantem; sed volebat eum aperte confiteri, ideo flagella quasi quaestionem adhibuit.* — 2) ἐπιγιγνώσκω, הִכִּיר: **102, 16 et non cognoscet amplius locum suum: und man kennt nicht mehr seine** [od. **ihre**] **Stätte.** - ***Hebr.*** es kennt ihn nicht mehr seine Stätte. [Vgl. Job 7, 10 neque cognoscet eum amplius locus ejus. — Personifikation der Wohnstätte, die den Bewohner gleichsam gut kennt, aber ihn vergißt, wenn er lange nicht mehr wiederkommt.] ***Hier.*** *et non cognoscet eum ultra locus ejus.* - ***Pagnin.*** *nec agnoscit eum ultra locus ejus.* - Dagegen ***Targ.*** וְלָא אִשְׁתְּמוֹדְעֵיהּ תּוּב אַתְרֵיהּ u. ***Syr.*** ܘܠܐ ܡܬܝܕܥܐ ܕܘܟܬܗ »und nicht wird erkannt seine Stätte«. — Eine andere Differenz in der Auffassung besteht darin, daß die einen den Vers von der »Blume des Feldes« verstehen, die anderen von dem hinfälligen Menschen. s. ***spiritus.*** — **141, 5 et non erat qui cognosceret me: und keiner war** [**ist**], **der mich erkennen wollte** [**will**]. — Keiner will ihn als den Seinen, seinen Freund, anerkennen und ihm helfen. ***Hier.*** *quia non est qui cognoscat me.* - ***Sym.*** καὶ οὐδεὶς ἦν ἐμοὶ βοηθός. - ***Genebr.*** *Nullus me obsidentium et circumstantium agnoscebat, ut mihi opem ferret.* - ***Euthym.*** Οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. - ***DionCarth.*** qui cognosceret me *cognitione publicae confessionis. Tempore enim, quo captus est Christus, discipuli omnes relicto eo fugerunt, et paulo post princeps eorum coepit anathematizare, detestari et jurare, quia* nescio hominem istum (Marc. 14, 71).

collaudatio, ōnis, *f.* (collaudo), das Loben, der Lobpreis, Lobgesang: αἴνεσις, תְּהִלָּה: **32, 1 rectos decet collaudatio.** ***Aug.*** laudatio. - ***Aq.*** ὕμνησις. - ***Hier.*** *laudatio* (vgl. 110, 10; 144, 21; 146, 1). - ***Jansen.*** *Decentissimum est, ut recti rectum Dominum laudent, tum quia non est speciosa laus Dei in ore peccatoris* (Ecclus. 15, 9), *tum quia recti sicut Dei bonitatem magis perceperunt et agnoscunt, ita magis laudabilem praedicare Dominum debent.* - ***Agell.*** *Et recti laudare debent, et iniqui curare ut recti fiant ac decenter laudent.* - Mit Recht nehmen die meisten Erklärer collaudo im Sinne von laudo (*comp. pro simpl.*). - ***Sa:*** collaudatio, *i. e. laus sc. Domini.* - Manche alten Erklärer nehmen indes collaudo im Sinne von »zusammen loben«. - ***Cassiod.*** Collaudatio *multorum ore una laudatio est: dicta propter unitatem Ecclesiae, quam praedicat ubique servari.* - ***Ayguan.*** *Non dicit* laudatio, *sed* collaudatio, *propter unitatem Ecclesiae.* - ***Jansson.*** *concors et de mutuo profectu concepta communis gratiarum actio.* - ***Thom.*** *Dicit* collaudatio, *quia de omnibus laudant, non in aliquibus tantum.* - ***HugCar.*** collaudatio, *quia laudant Deum simul in prosperitate et adversitate.*

collīdo, līsi, līsum, ere (com u. laedo), zusammenschlagen, zusammendrücken: καταῤῥάσσω (vgl. 73, 6 dejicio): **36, 24 cum ceciderit, non collidetur** (καταραχθήσεται): **wann er fällt, so wird er nicht zerschmettert.** לֹא יוּטָל wird er nicht hingestreckt (fällt nicht der ganzen Länge nach hin). - ***Hier.*** *non allidetur.* - ***Pagnin.*** *non prosternetur.* - ***Muis:*** *non succumbet.* - ***Euthym.***

Καὶ βιωτικῶς δυςπραγήσας, ὡς Ἰὼβ, καὶ ψυχικῶς ὀλισθήσας, ὡς ὁ Δαυΐδ, οὐκ εναπομενεῖ τῷ πτώματι, διότι Κύριος ἀντιστηρίζει, τουτέστιν, ὑποτίθησιν αὐτῷ χεῖρα ἑαυτοῦ, φημὶ βοήθειαν· καὶ ἡ μετάνοια γὰρ Θεοῦ χείρ ἐστιν, ὡς θεόθεν ἐπιφοιτῶσα καὶ ἀνελοῦσα τοῦ πτώματος. - ***Heser:*** *Potest hoc intelligi et de casu, in quem fortuna sinistra dedit, et de lapsu in peccatum. De primo casu:* cum ceciderit *de pristino statu, verbi causa, de bona valetudine in morbos, de opulentia in inopiam, de honoribus in contemptum, de gratia Principis in odium, cum adversa fortuna in ejusmodi bonis conflictabitur,* non collidetur, *calamitati non succumbet:* quia Dominus supponit manum suam, *praesto est auxilio, quo vel labantem sustentet, vel sublevet collapsum. - De altero casu jam verba faciamus: Viatoris ea est in hac vita conditio, ut aliquando cadat. Viator ergo* cum ceciderit *per humanam fragilitatem in peccata venialia,* non collidetur *sic, ut mortalem noxam contrahat, sed facile locus est veniae. Item* cum ceciderit *quandoque in peccata lethalia, quemadmodum David noster in adulterium et homicidium,* non collidetur *sic, ut desperans veniam redire nolit ad poenitentiam.* — **88, 45 sedem ejus in terram collisisti: seinen Thron hast du zu Boden gestürzt.** מִגַּרְתָּה. ***Hier.*** *detraxisti.* - ***Pagnin.*** *dejecisti.* - ***Titelm.*** *Thronum regni et dignitatem regiam ad terram sivisti prosterni: regni gloriam ad summam humilitatem et subjectionem venire fecisti.* - ***DionCarth.*** *Regiam majestatem ad nihilum deduxisti, sicut colliditur vas fictile.* - ***Heser:*** *Thronum regni, regale solium Davidis,* in terram collisisti *tanto impetu, ut confringeretur et in diversas partes dissiliret, quod graeca lectio factum docet. Significat enim* καταράττειν *impetuose deturbare, praecipitare, collidere fortiter, disrumpere, confringere. Sic eheu! regnum nostrum miseris modis evertisti: omnem splendorem et dignitatem imperii simul extinxisti, ut si sol esset ejectus coelo.* - ***Agell.*** *Sedem ac solium ejus, quod fore perpetuum tamquam solem in conspectu tuo, et stabile atque immotum ut luna perfecta in aeternum spoponderas, evertisti, et de coelo* in terram collisisti. - Jedenfalls bezieht sich die Schilderung auf die letzte Zeit Juda's vor Beginn des babylonischen Exils. - ***Orig.*** Εἰς γῆν ἀπ᾽ οὐρανοῦ καταράσσεται νοῦς ἀντὶ ἐπουρανίου χοϊκὸς γεγονώς.

collĭgo, -lēgi, lectum, ere (com u. lego), zusammenlesen, einsammeln: συλλέγω: **103, 28 dante te illis, colligent: wenn du ihnen giebst, so sammeln sie.** - ***Theodor.*** Σοῦ παρέχοντος τὴν ἀφθονίαν, τούτων ἕκαστον καρποῦται τὰ πρόςφορα. - ***Aug.*** *si non dederis, non colligent.* - ***Titelm.*** *Cum illis [animalibus] dederis cibum, ipsa colligent accipientque, ut manducent: te producente de terra herbam, carpunt eam jumenta atque manducant; te offerente praedam, leones rapiunt eam et comedunt; te educente de terra frumentum, triticum et vinum, accipiunt ea homines, et cibum potumque hinc sibi colligunt: neque potest ullum animalium sibi ipsi de terra cibum educere, sed tantum a te eductum colligere.* - ***Agell.*** findet in colligent einen Gegensatz zum folgenden implebuntur: *Cum illis escam ñon abunde, sed parciter tribuis, illam* colligunt, *quasi pluribus locis dispersam: at cum abunde praebes et manum aperis,* omnia implebuntur *cibo, qui illis gratus est ac placet; vel cibo, qui tua benignitate et largitate praebetur.* - Ähnlich ***PlacParm.*** - Zu gesucht erklärt ***Hgstb.*** »Das ziemlich seltene לָקַט, nicht ‚sammeln' überhaupt, sondern ‚auflesen', von der Erde auflesen, zeigt, daß eine Beziehung auf das Manna zu Grunde liegt, bei dem dies Verbum stehend ist (Ex. 16, 4. 5. 16). Diese Beziehung weist darauf hin, daß alle Nahrung Brot vom Himmel ist (104, 40), im Einklang mit Deut. 8, 3, wonach der Herr Israel das Manna gab, um ihm diese

Wohlthat einzuprägen.«] — 128, 7 qui manipulos colligit. f. ***manipulus.***

collis, is, *m.* (vgl. κολώνη, κολωνός), Anhöhe, Hügel: βουνός 1) גִּבְעָה 64, 13; 71, 3; 113, 4. 6; 148, 9. — 2) בָּמָה, von den Höhen, auf denen Götzendienst (Deut. 32, 16. 17) oder ungesetzlicher Jahvekultus stattfand (z. B. 3 Reg. 15, 14) **77, 58.**

colloco, avi, atum, are (com u. loco), hinstellen, hinsetzen 1) הוֹשִׁיב a) versetzen (καθίζω) 142, 3 (***Hier.*** *pono*). — b) sitzen lassen, den Platz anweisen (καθίζω) 112, 8 (***Hier.*** *sedere facere*). — c) wohnen lassen (κατοικίζω) 106, 36. — 2) הִרְבִּיץ lagern lassen (κατασκηνέω) 22, 2 (***Hier.*** *acclino*); — *pass.* רָבַץ (κοιτάομαι) sich lagern 103, 22.

columba, ae, *f.* die Taube: περιστερά, יוֹנָה: **54, 7 quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam: o hätt' ich Flügel gleich der Taube: ich flöge fort und ruhete.** (f. ***do.***) — ***Sa:*** ut columbae, *i. e., celeres.* - ***Heser:*** *Existimatur enim vulgo hanc avem velocissimo ferri per aera remigio.* - ***PlacParm.*** *Quando satellites illius [Saulis] domum circumdederant, optabat habere* alas sicut columbae *habent, quae ex foraminibus superioribus domus evolant.* - ***Bredemb.*** *Quod pennas sibi optat, significat opus esse fuga celerrima, eademque in loca ab hominibus valde remota. Per talem autem fugam periculi magnitudinem indicat; per hanc autem malitiam hominum persequentium se.* - ***Euthym.*** Περιστερᾶς ἐξήτησε πτέρυγας, ὅτι ὀξέως πέταται, καὶ ὅτι ἥμερον τοῦτο τὸ ζῶον καὶ ἀπόνηρον, ὡς καὶ αὐτός. Καὶ πετασθήσομαί, φησι, εἰς τόπους ἀσφαλεῖς, καὶ καταπαύσω ἀπὸ τῶν συνεχῶν φόβων καὶ πόνων. - ***Bellarm.*** *Verba sunt justi suspirantis ad patriam coelestem, neque enim alibi vera requies invenitur; quasi dicat: o si nunc possim ad altissimos montes coelestis Jerusalem confugere, quomodo columba potest pernicitate sua ungues accipitris evadere, vel quomodo columba tempore diluvii, cum non inveniret ubi requiesceret pes ejus, ad manus Noe atque ad arcam rediit. Proprie autem justus* columbae *comparatur, quae innoxium est animal, foecundum, et simplex, et non pugnando, sed fugiendo vincit: sic enim et vir justus adversus tentationes accipitris tartarei fugiendo potius, quam disputando vel altercando vincere solet.* - ***Jansson.*** *Optat* pennas sicut columbae, *quia oportet studium et exercitationem vitae contemplativae sine disceptatione aut indignatione animi, sed pacifico erga adversarios animo arripere.* Et volabo, *ut mentem sublimiorum rerum participatione excelsam, inferiorum rerum tentamenta non contingant.* Et requiescam, *supergressus strepitum mundi et ingressus intro in gaudia silentii.* - ***Titelm.*** *Columba, si ullam sentiat perturbationem aut strepitum, mox alis suis suffulta avolat, quo voluerit, in loca solitaria: ibique sese abscondens, in petra aut nido, secura quiescit, solis gemitibus extra omnem tumultum intenta. Atque utinam sic praeclare mecum agatur, utinam similes et mihi alae donentur, quibus de medio impiorum quotidie excruciantium et affligentium animam meam quietemque perturbantium, valeam avolare, et in locum solitarium me abdere: ubi in quiete absque tumultibus mundi posita, uni Deo vacare queat anima mea, unique ac soli Deo intendere.* - ***Orig.*** Πτέρυγές εἰσι τῆς ἁγίας περιστερᾶς ἡ θεωρία σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, δι' ἧς ὑψωθεὶς ὁ νοῦς καταπαύει εἰς γνῶσιν τῆς ἁγίας Τριάδος. - ***Athan.*** Τίς καταξιώσει με τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ λάβω ἐμαυτὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ἡσυχάσω; - ***Dion-Carth.*** *Christus pennas contemplationis et caritatis ab exordio incarnationis incessabiliter habuit. Quas ergo pennas se desiderare insinuat, nisi vel pennas resurrectionis et ascensionis, quibus de tumulo volet ad inferos, de inferno ad credentes in mundo atque ad coelos: et ad Patris dexteram requiescat?* –

Hilar. *Non infirmus est, cui ad evolandum de contegentibus se tenebris metuque mortis pennae non aliunde sumendae sunt. Cum enim dicit* Quis mihi dabit? *non poscentis ab aliquo, sed non aliunde sperantis est. Evolare autem ut columba festinat, i. e., in spiritalem redire naturam. Nam et in columbae specie Spiritus in eum volando requievit* (Matth. 3, 16) *habitatione aliquando in eo homine, qui tum de Jordanis aquis ascendebat, inventa. Et haec quidem precationis est causa, quia infirmitate corporis degravatus, hoc, quod nobis est mortale, susceperat, ut caro factus in spiritum evolaret.* - ***Cassiod.*** *Post conturbationes mortiferas et verissimae humanitatis indigentiam necesse fuit liberationem expetere, quam sibi noverat inferendam. Ait enim* Quis dabit mihi, *scilicet, nisi tu, Pater, qui humanam naturam usque ad coelorum regna perducens, ad tuam dexteram collocabis?* — **67, 14 pennae columbae deargentatae.** f. *clerus.*

columna, ae, *f.* (eig. colum(e)na *sc.* arbor, der »gestutzte« Baum; vgl. κολούω), die Säule: στύλος, עַמּוּד: **74, 4 ego confirmavi columnas ejus: ich habe ihre Säulen festgestellt.** — ***Hoberg:*** »Gott beruhigt den sorgenvollen Psalmisten durch einfachen Hinweis auf seine Werke, die Schöpfung und Regierung der Welt.« - ***HugCar.*** Columnas ejus, *i. e. fundamentum, i. e. totam terram.* - ***Jansen.*** *Ego fundamenta illius jeci et velut columnis stabilivi: quare et concutere eam mihi difficile non erit cum voluero.* - ***Heser:*** *Sunt autem columnae illae Dei decretum, quo jussit terram esse stabilem, firmam et immobilem.* - ***Euthym.*** Ἐμοῦ κελεύσαντος ἐτάκη· διότι ἐν ἀρχῇ ἐγὼ ταύτην ἔκτισα. Στῦλοι δὲ αὐτῆς τὰ περὶ στερεωθῆναι αὐτὴν προστάγματα. Τοῦτο γὰρ ἀνέχει καὶ διαβαστάζει αὐτήν, ἐπ' οὐδενὸς ἡδρασμένην. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, τῆξιν τὴν φθοράν, ὅτι ἐφθάρη μὲν ἡ γῆ ταῖς εἰδωλολατρείαις καὶ ταῖς ἄλλαις ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἐγὼ σπλαγχνισθεὶς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ πλάσματος ἐστερέωσα τοὺς ἀποστόλους· τούτους γὰρ νοήσωμεν στύλους τῆς οἰκουμένης, ὡς ταῖς ἑαυτῶν διδασκαλίαις ὑπερείδοντας καὶ στηρίζοντας τοὺς ἁπανταχῇ πιστούς. - ***Ayguan.*** Columnas ejus, *i. e. bonos et praedestinatos, sive Apostolos et ceteros justos consummavi in fide per meam resurrectionem,* confirmavi *in caritate per Spiritus sancti missionem,* confirmavi *in honore per judiciariam meam potestatem.* - ***PlacParm.*** *Posuit non solum has columnas in mundo, sed debiles essent, nisi eas* confirmasset. *Debilitate sua in passione hae columnae sunt, et nutaverunt, sed in die Pentecostes adeo sunt firmatae et factae solidae, quod totam fidei Christianae fabricam sustentarent.* - ***Haymo:*** *sanctos Apostolos, qui totius Ecclesiae sunt sustentaculum, et per illos acquirentur multi, qui digni erunt in judicio remuneratione.* — **98, 7 in columna nubis loquebatur ad eos: in der Wolkensäule redete er zu ihnen.** Ex. 33, 9 — 34, 3. Num. 12, 5—8. Jedenfalls nur von Moses und Aaron zu verstehen, nicht aber von Samuel (V. 6). - ***Jansson.*** *Quod quidam arbitrantur etiam Samueli praestitum fuisse, tametsi scriptum non sit, sed absque fundamento: quia nihil hic apparet quo urgeamur, etiam Samuelem sub hoc membro comprehendere, cum potius textus ipse Moysen et Aaron a Samuele seorsim nominando, tacite insinuat, Samuelem nobis cum Moyse et Aaron in omnibus, quae hic referuntur, comprehendendum non esse.* - ***Theodor.*** Καίτοι, φησί, πολλὴν εἶχον πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν γὰρ παρεκάλουν, ὁ δὲ ὑπήκουε, καὶ τὰς αἰτήσεις παρεῖχε, καὶ πάντων ὁρώντων τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιεῖτο διάλεξιν, διὰ τῆς νεφέλης τὴν οἰκείαν δεικνὺς ἐπιφάνειαν. Εἶτα διδάσκει, ὡς οὐκ ἀδίκως ταύτης αὐτοῖς μετεδίδου χάριτος. Ὅτι ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. Ἐννόμως γὰρ πολιτευομένοις καὶ κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ βιοτεύουσι, ταύτην ἐδωρεῖτο τὴν χάριν. - ***Haymo:*** *Quae* nubes *Christum*

significabat, qui est nobis umbratio et refrigerium contra aestum haereticornm, et ipse etiam per columnam *significatur, nam ipse est columna, quae universam sustinet Ecclesiam.*

combūro, bussi, bustum, ĕre (com und uro), verbrennen 1) κατακαίω a) שָׂרַף: 45, 10 (s. ***scutum***). — b) לָהַט (*Pi.*): 82, 15 sicut flamma comburens montes (s. ***mons***). — 2) διαφλέγω, בָּעַר: 82, 15. — 3) καταφλέγω, לָהַט (*Pi.*): 105, 18 flamma combussit peccatores. Vgl. Num. 16, 35. — **104, 32 ignem comburentem** (πῦρ καταφλέγον). אֵשׁ לֶהָבוֹת **Feuerflammen.** ***Hier.*** *ignem flammantem.* - Von dem den Hagelschlag begleitenden Gewitter mit seinen Blitzen (siebente Plage Ägyptens, Ex. 9, 24).

com-ĕdo, ēdi, esum u. estum, ĕre, aufessen, aufzehren, essen: אָכַל 1) vom Menschen a) eig. φάγω: **101, 5 quia oblitus sum comedere panem meum: vergaß ich doch, mein Brot zu essen.** Folge seines schweren Kummers, der alle Lust zum Essen benimmt (106, 18. 1 Sam. 1, 7; 20, 34; 28, 20. 23. 3 Reg. 21, 4. Job 33, 20. Dan. 6, 18). Vgl. ***Hom.*** Il. 24, 128 f.:

Τέκνον ἐμόν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
Σὴν ἔδεαι κραδίην, μεμνημένος οὔτε τι σίτου ...

- ***Euthym.*** Οἱ παλαιοὶ τὴν ὄρεξιν μνήμην τροφῆς καλοῦσιν· τὴν δὲ ἀνορεξίαν, λήθην τροφῆς. - Im Zusammenhang können die Worte einen sachlichen Grund zum vorhergehenden enthalten. ***Titelm.*** *Debilitatio et cordis arefactio inde mihi proveniebat, quod prae nimio cordis dolore neglexi sumere cibum, per quem ex tua institutione debet confirmari cor hominis.* Nach anderen ist das schwere Leiden die direkte Ursache für die Krankheit, und 5b ist nur Erkenntnisgrund zu 5a: »daran, daß der Kranke die Nahrung verschmäht, erkennt man, wie bedenklich es mit ihm stehen muß« (***Baethg.***) Wieder andere fassen quia (ὅτι) nur als Fortsetzung der Schilderung seiner Leiden. (***Hoberg*** mit Hinweis auf ***Euthym.*** zu 89, 9: ὅτι, διηγηματικὸν καὶ παρέλκον.) - ***Euthym.*** Ἀπέβαλον καὶ τὴν ὄρεξιν τῆς τροφῆς ὑπὸ ἀθυμίας. - ***Heser:*** quia *non causam reddat, sed pro Conjunctionibus* et, immo, quin *substituatur.* - Übrigens faßt bereits ***Targ.*** den Ausdruck comedere panem im geistigen Sinne. אֲרוּם אִתְנְשֵׁיתִי אוֹרָיְתָא אוּלְפָנִי »weil ich vergaß das Licht meiner Lehre« (deines Gesetzes). - ***Athan.*** ὅτι ἠμέλησα μετετᾶν ἐν τῷ νόμῳ σου. - ***Cassiod.*** Oblitus *fuerat* panem *suum* manducare, *unde se noverat spiritualiter posse satiari.* - ***Alliac.*** *Aruit cor meum sterilitate peccati. Sed unde hoc mihi?* Quia oblitus sum comedere panem meum, *i. e., custodire Dei praecepta, quod est spirituale nutrimentum meum. Heu me miserum, quia hunc panem verum, qui de coelo et ex ore tuo descendit, comedere oblitus sum. Quare oblitus? quia nimis ad terrena intentus, coelestia neglexi.* - ***Pepin.*** *Homo* obliviscitur comedere panem *tripliciter: Doctrinae, Eucharistiae, Poenitentiae.* — **105, 28 comederunt sacrificia mortuorum.** s. ***mortuus***. — b) bildlich: auffressen, verschlingen, aufreiben, vernichten: καταφάγω: **78, 7 comederunt Jacob: sie haben Jakob aufgefressen.** [st. אָכַל ist אָכְלוּ zu lesen (Jer. 10, 25)]. Bild von wilden Tieren. - ***Geier:*** *Immanitas plane bestialis depingitur, ubi hostes, instar luporum aut leonum, absque commiseratione miseros invaserunt, facultatibus vitaque ipsa privarunt, igne urbes atque pagos absumpserunt, adeoque quantum in ipsis fuit, nil de Jacobo reliquum fecerunt.* Vgl. ***Hom.*** Il. 4, 35 f.:

Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας
Ἄλλους τε Τρῶας, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο.

— 2) vom Tiere: fressen: a) καταφάγω: **77, 45 misit in eos coenomyiam, et comedit eos.** Vom Stechen u. Blutsaugen der Hundsfliege zu verstehen (vierte Plage Ägyptens Ex. 8, 16—18). - ***Euthym.*** Κατέφαγεν, καταχρηστικῶς, ἀντὶ Κατέδακεν. —

Hoen: *Talia corporibus ipsorum nocumenta intulit, ut ea corrosa exsanguiaque facta comedisse visa fuerit.* — 104, 35 von den Heuschrecken (achte Plage Ägyptens Ex. 10, 13–15), die alles Grün auffressen. — **b)** ἐσθίω: **105, 20 in similitudinem vituli comedentis foenum:** (sie vertauschten ihre Herrlichkeit) **mit dem Abbild eines Stiers, der Gras frißt.** Vom goldenen Kalb am Horeb (Ex. 32, 4). — ***Heser:*** *Proh dementiam! relinquere Deum gloriosissimum, et servire idolo bovis, non expertis tantum rationis, sed et vitae, deterioris eo, qui depascitur herbas in prato.* - ***Geier:*** *Additur* comedentis foenum *stupiditatis idololatrarum exaggerandae causa, quod Deum aequiparent animali, foeno vel gramine sustentabili* (Job 40, 10. Is. 11, 7; 65, 25), *cum Deus sit immutabilis, nullius indigens, sibi semper sufficiens, omnibus creatis alimenta subministrans.* — **3)** bildlich von leblosen Dingen: aufzehren, aufreiben, vernichten: καταφάγω: **77, 63 juvenes eorum comedit ignis.** Zunächst vom Feuer des Krieges zu verstehen (vgl. Num. 21, 28). — ***Heser:*** Ignem *vocare primo licet vim et impetum belli, voracis ad instar flammae pulcherrima quaeque depascentis.* Ignem *praeterea nominare potes iram hostilem, quae traditos sibi velut ignis consumens devorat.* Ignem *denique licet appelles indignationem ac vindictam Dei.* — 68, 10 zelus domus tuae comedit me: der Eifer für dein Haus verzehret mich. s. ***zelus.***

commendo, avi, atum, are (com und mando), anvertrauen, übergeben, empfehlen, befehlen: παρατίθημι, הִפְקִיד: **30, 6 in manus tuas commendo spiritum meum.** - ***Hebr.*** **in deine Hand.** - ***Hier.*** *in manu tua commendabo.* - ***Pagnin.*** *in manum tuam commendo.* - ***Lorin.*** In manus commendare *est: arbitrio, potestati, liberalitati, protectioni permittere.* - ***Jansson.*** *Dicit* commendo, *non* committo, *quia ut in manibus dirigentis atque conservantis Dei simus, fide, sollicita prece bonisque operibus per auxilium gratiae praevenientis nobis emerendum est.* - ***Euthym.*** Τῇ σῇ δυνάμει καταπιστεύσω ἤδη τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν ἐμαυτόν, μηδενὶ ἄλλῳ θαῤῥῶν. Χεῖρας δὲ Θεοῦ, τὴν ἰσχὺν καλεῖ· ἐν χερσὶ γὰρ ἡ δύναμις. - ***Cyr Alex.*** Ὡς τὴν ψυχὴν πολεμούμενος, σώματος γὰρ τοῖς ἁγίοις ὀλίγη φροντὶς, καὶ πρὸς τῶν ἀπατεώνων τρωθῆναι φοβούμενος, τὸ πνεῦμα παρατίθεται τῷ Θεῷ, τὰς προνοητικὰς αὐτοῦ δυνάμεις χεῖρας καλῶν. - ***Titelm.*** *Ego, Domine optime, tibi fidens, et corde integro omnem sollicitudinem in te projiciens, quem scio mei sollicitissimam gerere curam,* commendo *et committo tibi id etiam, quod pretiosissimum habeo, nempe* spiritum meum, *illumque tibi protegendum, custodiendum et salvandum committo, ut tu de illo et cum illo agas per omnia juxta beneplacitum sanctissimae voluntatis tuae: multo vero magis corpus hoc et corporis omnia (quae aestimationis minoris sunt) tibi etiam committo.* - ***Agell.*** *Cum tu sis Deus meus, protector ac firmamentum, securus jam* in manus tuas spiritum *trado, et tamquam pretiosissimum depositum tuae fidei committo, certus, fieri non posse, ut de manu tua quispiam illum rapiat, tutius in tua manu illum esse, quam in mea ratus, cum mihi non eae vires adsint, ut illum retinere ac tueri ab hostibus valeam, qui a me illum eripere conantur: in te vero nihil periculi sit, quin sis tuto servaturus, cum et potentia tibi summa adsit, nec dubitari possit, quin reddituras sis, qui summa polles fide. Namque in hanc spem, alia tua in me merita expertus, adducor: neque enim mihi novum est et insuetum a periculis tuo auxilio eripi, cum alias quoque me redemeris: et tua fides in discrimen venire non potest, cum sis fidelissimus depositorum custos et redditor: es enim* Deus veritatis. Vgl. Luc. 23, 46. Nach kirchlicher Zählung das siebente — letzte — Wort Christi am Kreuze (mit der Anrede: Pater!) -

Aug. *Non sine causa voluit verba hujus Psalmi sua esse, nisi ut te admoneret, se locutum esse in hoc Psalmo.* - [***Bellarm.*** *Propter hunc locum suspicantur aliqui, totum Psalmum intelligendum esse de Christo: sed etiam si Psalmus non intelligatur ad litteram de Christo, tamen potuit Dominus haec verba de hoc Psalmo accipere, cum spiritum suum Deo Patri commendare vellet.*] - ***Bredemb.*** *Priore membro hujus versus usus est Dominus in cruce jamjam traditurus spiritum: ut non sit dubium, prophetam haec in persona Christi, spiritu prophetico esse locutum. Quod autem sequitur membro posteriore, putat Augustinus dici in persona populi redempti: qui visa morte Mediatoris, illico in hanc gratiarum actionem eruperit, cujus haec sit sententia: O* Domine Deus veritatis, *i. e. qui verax es in omnibus promissionibus tuis,* redemisti me *jam per mortem Unigeniti Filii tui, sicuti statim ab orbe condito promisisti.* - ***Lorin.*** *Commendat Christus Patri spiritum, nomen exprimens Patri, ne videretur, quod quidam quoque haeretici asserere non dubitaverunt, diffidendo antea dixisse:* Deus meus, ut quid dereliquisti me? *Spiritum commendans, quae pars praecipua est, ex consequenti minoris momenti res alias commendat, ut corpus.* - ***Jansson.*** *Moriturus Christus hoc versu usus est propter nos: per haec enim verba et mortis suae merito animas nostras corporibus exutas apud Patrem deponit, ut a morte Christi jam non amplius ad Limbum descendant, sed ad ipsum Dei Patris sinum perveniant, ut docet Cyrillus et Athanasius. Tametsi valde credibile sit, Christum extremis his verbis animas omnium, quos ei Pater salvandos dederat, in manus Dei auxiliatrices commendasse. Ideoque utitur Ecclesia hoc versu in Completorio, implorans sibi propter timores nocturnos, in omnibus Dei protegentis auxilium. Utitur et in morte uniuscujusque, implorans uniuscujusque animae exeunti divini sinus diversorium.* - ***Heser:*** *Eja ergo, Jesu mi amantissime, qui mei non potes oblivisci, qui me in manibus tuis, suffixis in crucem, descripsisti, usus clavo, non calamo, tingens eum non atro sepiolae succo, sed minio pretiosi sanguinis tui: non jam commendo in manus tuas spiritum meum, tamquam primum in iis a te recipiendum, sed jam antehac in iis receptum, in iis descriptum, in iis, ut in chartophylacio, repositum, in iis ut thesaurum alte defossum, in iis ut cimelium ferreis clavis probe custoditum:* in manu, *inquam,* tua, *quoad vivo, et quamdiu spiritus hic meus hos reget artus;* in manu tua, *dum animam exhalo,* commendo spiritum meum, *ut columbam ab accipitre tutam in foraminibus petrae, in vulneribus tuis, o amabilissime Jesu!*

com-mĭnor, atus sum, ari, drohen: μηνίω: **102, 9 neque in aeternum comminabitur.** ***Hebr.*** **und nicht ewig trägt er nach** (eig. bewahrt er). - ***Targ.*** ergänzt דְבָבוֹ »seine Feindschaft«; ebenso ***Syr.*** ܪܘܓܙܗ »seinen Zorn« (□: غضبه). - Andere ergänzen »unsere Sünden« (***Qimchi:*** נטר עונינו), die er insofern [im Gedächtnis] bewahrt, als er sie nicht vergessen will (vgl. 129, 3 observare, שָׁמַר). - ***Pagnin.*** *nec in aeternum servat.* - ***Flamin.*** *neque in aeternum ulciscetur.* - ***Hier.*** *irascetur* (vgl. Jer. 3, 5. 12). - ***Euthym.*** Τὸ αὐτὸ λέγει σαφέστερον (Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται. Διάλλακτος ὢν τοῖς μετανοοῦσιν). - ***Jansson.*** *Paedagogia ejus, qua interminatis suppliciis populum Israeliticum ad observantias legis impulit et instigavit, non in aeternitatem usque locum habebit seu perdurabit.* - ***Hoen:*** *Omnium injuriarum facile, quantum quidem ad temporalem poenam attinet, obliviscetur et reconciliabitur; alias quantum ad aeternam scelerum hic poenitentia non expiatorum vindictam, certe aeternum irascetur indignabiturque.* - ***DionCarth.*** *Non absolute intelligenda sunt haec, ne incidamus eorum insaniam, qui poenas inferni tandem finiendas dixerunt. Sed*

non in perpetuum irascetur Dominus electis suis, neque in aeternum comminabitur *eis: quia licet ad tempus eos flagellet seu deserat, finaliter tamen eis placatur.*

com-minŭo, minŭi, minūtum, ĕre, kurz und klein schlagen, zermalmen, zertrümmern: λεπτόνω 1) שָׁחַק: **17, 43 comminuam eos ut pulverem ante faciem venti: ich werde sie zermalmen wie Staub vor dem Winde.** Prägnant für: zermalmen zu Staub u. zerstreuen wie Staub vor dem Winde. Bild gänzlicher Vernichtung. — ***Pagnin.*** *contudi eos.* - ***Hier.*** *delebo eos ut pulverem.* - ***Agell.*** *In minutum pulverem contrivi et contudi, quem facile ventus dispergit, ita ut nullo loco consisterent.* - ***Athan.*** Ἡνίκα ἐμφυσήσω αὐτοῖς, ἀφανεῖς γενήσονται. - ***Bredemb.*** *Tale est, quod et Psalmus primus ait:* Non sic impii: sed tamquam pulvis... *Est autem hyperbolica locutio, neque tamen immoderata: quod perspici potest multis locis, in quibus de victoriis David scriptum est. Quae tamen omnia praefigurabant Christum et victorias ejus.* — 2) für הִרְקִיד (hüpfen): **28, 6 comminuet eas tamquam vitulum Libani: er zermalmt sie wie ein Kalb des Libanon.** ***Hebr.*** er läßt sie hüpfen wie ein Kalb; [den Libanon und Sirion wie einen jungen Büffel.] s. ***dilectus.*** Poetische Hyperbel von der vom Donner verursachten Erschütterung der Erde (vgl. exultare 113, 4. 6). - ***Pagnin. Flamin.*** *et saltare facit eas.* - (***Hier.*** *disperget eas quasi vitulus Libani.*) - ***Sym.*** ὀρχεῖσθαι ποιήσει. - ***Aq.*** σκιρτώσει. - ***VI.*** σκιρτοποιήσει. - ***Targ.*** שַׁוְרְנוּן »er läßt sie hüpfen«. Mit ***Hebr.*** stimmt ***Syr.*** nach der LA. ܢܦܨ ܐܢܘܢ (***Dathe, Nestle***); mit ***LXX*** nach der LA. ܢܕܩ ܐܢܘܢ (***Polygl. Lond.*** - ם: ܣܚܩܗܘܢ). - Die ***LXX*** lasen wohl יְדַקֵּם (דָּקַק) st. יַרְקִידֵם. — Zur Erklärung des lat. Textes: ***Bellarm.*** *Verba illa possunt non difficulter concordari cum verbis hebraicis: nam dum cedri magno impetu confringuntur et* comminuuntur, *certe fragmenta exiliunt et sparguntur in varias partes. Itaque sensus erit:* Et comminuet eas, *cedros videlicet, ac per hoc per fragmenta et frusta exilire faciet, quomodo vituli montis Libani exilire et saltare solent.* - ***Heser:*** Et comminuet eas, *quas admirabundus aspiciebas, cedros, quantumvis robustas et proceras,* tamquam vitulum Libani, *h. e. tanta facilitate, ac tenerum, lascivum, et imbellem vitulum pascentem in monte Libano.* - Beim griech. Text: λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον lag es nahe, an das goldene Kalb zu denken. - ***Athan.*** Οὕτως συντρίψει τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, ὡς μόσχον, ὃν ἐποίησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὃν ἐλέπτυνε Μωϋσῆς. - ***Euthym.*** Ὥσπερ τὸν ἐν Χωρὴβ κατασκευασθέντα τοῖς Ἑβραίοις μόσχον ἐλέπτυνε διὰ Μωσέως καὶ διεσκόρπισεν, οὕτω καὶ ταύτας. Εἶτα στικτέον (deinde interpungendum est), καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀναγνωστέον τὸν Λίβανον, ἵνα νοηθείῃ, ὅτι λεπτυνεῖ αὐτάς, λέγω δὲ τὸν Λίβανον ὅλον, οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλὰ καθόλου αὐτοῦ γενησομένου τοῦ λεπτυσμοῦ.

com-miscĕo, miscŭi, mixtum u. mistum, ĕre, zusammenmischen, vermischen: μίγνυμι, עָרַב: **105, 35 commisti sunt inter gentes: sie vermischten sich mit den Heiden,** ließen sich mit ihnen ein in freundschaftlichem Verkehr. ***Hier.*** *commixti sunt gentibus.* - ***Pagnin.*** *miscuerunt se cum gentibus.* - ***Agell.*** *non solum habitatione, verum etiam foederibus, commerciis, amicitia, affinitate.* - ***Athan.*** ἐκολλήθησαν τοῖς δαίμοσιν.

commŏdo, avi, atum, are (commodus), sich gefällig erweisen, leihen: in der Verbindung: miseretur et commodat: חוֹנֵן וּמַלְוֶה: **36, 26 tota die miseretur et commodat** (δανείζει). — ***Aug.*** liest feneratur. - ***Ambr. PsaltMoz.*** fenerat. - ***Pagnin.*** *Quotidie donat et mutuum dat.* - ***Bellarm.*** *Justus omni tempore ita abundat, ut vel ex misericordia donet, vel certe mutuo aut commodato det proximis de facultatibus suis.* - ***Lorin.*** *Nullam omittit misericors bene de*

aliis merendi ac benigne omnibus faciendi occasionem. - ***Titelm.*** *Jugiter ad omnem occasionem, ubi poterunt, et quantum poterunt, viri justi aliorum quoque miseriis et indigentiis student succurrere, nunc sua misericorditer egentibus impartiendo, nunc iis qui egestatem patiuntur, mutuum dando absque fenore, nihil inde sperando.* - ***Jansson.*** *Multa commoda aliis affert, consolando, instruendo et, ut divites hortatur Apostolus, communicando, aliisque modis. Ac si diceret Psaltes: interno pabulo mens ejus tam copiose saginatur, ut non solum sibi sufficiat, sed spiritualem aliorum inopiam multis modis sublevet. Et quidem eorum tametsi pauperes sint et modici, in paupertate tamen sua per divitias caritatis tam sibi sufficiunt, ut ipsum modicum quod habent, studeant libenter impertiri, et de sua tenuitate alios ditent.* - ***Athan.*** Ἀεὶ ἐν τῷ φωτὶ ὢν δι' ἐλεημοσύνης δανείζει τῷ Θεῷ. - ***Theodor.*** Τὰς παντοδαπὰς τοῦ δικαίου εὐεργεσίας δηλοῖ, τὰς διὰ χρημάτων, τὰς διὰ πραγμάτων, τὰς διὰ λόγων καὶ συμβουλῶν. Ταῦτα δὲ ποιῶν, ἐλεεῖ μὲν τοὺς ἀπολαύοντας, δανείζει δὲ τῷ τούτων Θεῷ. — **111, 5 jucundus homo qui miseretur et commodat: selig der Mann, der sich erbarmt und leiht.** - ***Hier.*** *bonus vir clemens et fenerans.* - ***Pagnin.*** *mutuo dat.* - ***PlacParm.*** *Ille est vir misericors, qui miserando donat, cui pium est donare, qui si donare non possit, saltem ex compassione accommodat et mutuat, nihil sperans ultra accommodatum ex avaritia recipere.* - ***Euthym.*** Ὁ οἰκτείρων μὲν τοὺς ἐν ἀνάγκαις, κιχρῶν δὲ τοῖς δανείου χρῄζουσιν. - ***Hoen:*** *Spirituali laetitia plenus, omnique animi tranquillitate gaudens est,* qui *ex timore Dei* miseretur *offendentibus offensam his propter Deum condonando,* et commodat *egenis sine usura ac fenore mutuum dando.* s. ***jucundus.***

com-mŏror, atus sum, ari, verweilen 1) αὐλίζομαι, הִתְלוֹנֵן: 90, 1 in protectione Dei coeli commorabitur. s. ***coelum*** (S. **373**). — **2)** παροικέω: **30, 14 audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.** — ***Aug.*** accolentium in circuitu. - ***PsaltVet.Rom.*** *circumhabitantium.* - ***Aq.*** συστροφῆς κυκλόθεν. - ***Hier.*** *congregationem in circuitu.* Jetzt übersetzt man den masoret. Text: **ich höre das Geflüster vieler; Schrecken ringsumher.** (מָגוֹר heißt **1)** Aufenthalt [in der Fremde]; **2)** Schrecken.) - ***Targ.*** רְתִיתָא מְחַזּוֹר חֲזוֹר. - ***Pagnin.*** *pavor circumquaque.* - ***Flamin.*** *formido me circumstetit.* Man wendet sich mit Schrecken u. Abscheu von ihm ab, so daß er wie ein Auswurf der Gesellschaft wird. - ***Luther:*** daß jedermann sich vor mir scheuet.

commotĭo, ōnis, *f.* (commoveo), das Bewegen, die Bewegung **1)** vom Schütteln des Kopfes (Geberde schadenfrohen Staunens): κίνησις, מָנוֹד: **43, 15 posuisti nos . . . commotionem capitis in populis: du machtest uns . . . zum Gegenstande des Kopfschüttelns unter den Nationen.** - ***Titelm.*** *Tanta est confusio et miseria, ad quam tua permissione devenimus, ut populi alienigenae insultantes et exprobrantes moveant super nos capita sua.* - ***Bellarm.*** *Fecisti ut populi gentium non solum irrisione verborum, sed etiam capitis agitatione nos detestarentur vel irriderent.* - ***Euthym.*** Κινοῦσι γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὰς κεφαλὰς, οἱ μὲν κατοικτειριζόμενοι, οἱ δὲ μᾶλλον ἐπιχαίροντες, καὶ οἷον λέγοντες, Εὖγε, εὖγε. - ***Thom.*** *Sicut gentes moverunt Christo capita sua, blasphemantes, ita fecerunt nobis.* - ***Cassiod.*** Commotio capitis *et martyribus contigit, quae facta est in passione Domini Salvatoris.* - ***Turrecr.*** *ad insultandum nos et deridendum, dicentibus nobis quod propter scelera nostra damnationi sumus deputati.* — **2)** das Wanken, Straucheln der Füße: σάλος, מוֹט: **65, 9 non dedit in commotionem pedes meos: er ließ nicht wanken meine Füße.** - ***PsaltVet.*** (***Hilar. Cassiod. PsaltMoz.***) ***Rom.*** non dedit commoveri. - ***Aug.*** non dedit in motum. - ***Titelm.*** *Non permisit commoveri in lapsum*

et mortem pedes nostros, non est passus nos mortificari ab hostibus nostris. - ***PlacParm.*** *Electorum suorum Deus, ne pereant, peculiarem curam gerit: permisit siquidem saepius illos ad majorem perfectionis cumulum pati et per varias tribulationes transire; ejus tamen providentia sic eos fovet et servat, quod non labuntur aut cadunt in mortem, sed ad vitam perducuntur aeternam.* - ***Hoen:*** *eos ne quidem vel semel ad lapsum titubare permisit, ita eos custodivit securos ac tutos.* - ***Didym.*** Οὐ σαλεύεται τοὺς πόδας ὁ τῷ ὀχυρωτάτῳ τοῦ Θεοῦ λόγῳ ἐνιδρυθείς. - ***Euthym.*** Καὶ μὴ παραχωρήσαντος δοθῆναι εἰς παρατροπὴν εὐσεβείας τὴν πολιτείαν μου. - ***Bellarm.*** *Ad donum perseverantiae pertinet, quod est proprium praedestinatorum ad vitam; quos enim Deus praedestinavit, eos etiam conservat, protegit ac dirigit, ut non cadant ad dexteram vel sinistram.* - ***Bredemb.*** *Animas Sanctorum suorum in vitam aeternam posuit Dominus: ipsis autem gratiam et fortitudinem dedit, ut in hoc mundo inter crudelissimos tyrannos tamquam agni inter lupos versantes, nullis minis, nullis tormentis aut quibuscunque terroribus territi aut commoti, veritatem usque ad extremum spiritum annuntiarent.* - ***Euseb.*** Ταῦτα δὲ ἄντικρυς ἐκ προςώπου τῶν κηρύκων τοῦ Εὐαγγελίου προανεφωνεῖτο, ὧν τὸν δρόμον καὶ τῶν ποδῶν ἀρετὴν Ἡσαΐας, μᾶλλον δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτοῦ ἀποθαυμάζον ἐβόα «Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθὰ, τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην!» Ἐπεὶ τοίνυν, πολλὰ κεκμηκότες καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν διωγμοὺς ὑπομείναντες, δεσμά τε καὶ φυλακὰς καὶ παντοίας ἐπιβουλὰς, ἀδιάτρεπτοι μεμενήκασιν· εἰκότως τὸν δυναμώσαντα αὐτοὺς, καὶ τὴν μὲν ψυχὴν εἰς ζωὴν φυλάξαντα, ὡς μὴ ἐκπεσεῖν αὐτὴν εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον, τοὺς δὲ πόδας αὐτῶν στεῤῥοὺς ἀπεργασάμενον πρὸς τὸ μὴ σάλον ὑπομεῖναι, μηδὲ ὄλισθον καὶ πτῶσιν, εὐλογεῖν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παρακελεύονται, ἐξάκουστόν γε ποιεῖν τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, οὐκ ἐπὶ μόνοις τοῖς παλαιοῖς αὐτοῦ παραδόξοις καὶ φοβεροῖς ἔργοις, ἀλλὰ ἐπὶ τοῖς νέοις ἀγαθοῖς, ἐφ' οἷς τὴν ψυχὴν τῶν ταῦτα λεγόντων ἔθετο εἰς ζωὴν, μὴ δοὺς εἰς σάλον τοὺς πόδας αὐτῶν. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον πληθυντικῶς εἴρηται «Τοῦ τάξαντος τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς ζωὴν, καὶ μὴ δόντος σφαλῆναι τοὺς πόδας ἡμῶν». — **120, 3 non det in commotionem pedem tuum: nicht lass' er wanken deinen Fuß.** - ***Aug.*** ne des ad movendum pedem meum. - ***Bellarm.*** *Non sinat te labi et cadere in via: sed roboret pedes tuos. ut stabiles in cursu ad patriam persevere*ᴍ. - ***Hoen:*** *Non permittet te vel labi, nedum in fugam converti ac profligari.* - ***PlacParm.*** *Non permittat pedem tuum etiam minimo lapsu commoveri.* - ***Turrecr.*** *Non dabit affectum tuum in commotionem, ut cadat in peccatum.* - ***DionCarth.*** *Spiritualem tuum profectum, cordis tui affectum, animae tuae stabilitatem non permittat deficere, disperire.* Alle griech. Übersetzungen lasen תִּתֵּן st. יִתֵּן. ***LXX*** u. ***Theodot.*** μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν πόδα σου. - ***Aq.*** μὴ δῴης εἰς σφαλμὸν πόδα σου. - ***Sym.*** μὴ δῴης περιτραπῆναι . . . - ***Orig.*** Μὴ περιτραπῇς, φησι, μηδὲ σκανδαλισθῇς, καὶ τότε ἕξεις τὸν Θεὸν χεῖρα ὀρέγοντα· ὥστε παρ' ἡμῶν δεῖ εἶναι τὰς ἀρχὰς, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ ὀρέξαι χεῖρα ἕτοιμος. - ***Athan.*** Παραγγελεῖ αὐτῷ λοιπὸν ὁ Θεός. Μηκέτι εἰς τὸν ὄλισθον τῶν προτέρων σου ἁμαρτημάτων περιπάτει. Σάλος γὰρ πειρασμὸς ἑρμηνεύεται. - ***Euthym.*** Τοῦτο φιλαδελφίας, ἕκαστον ἑκάστου ὑπερεύχεσθαι. Μὴ δῴης εἰς παρατροπὴν τὸν πόδα σου, μηδὲ παρατραπείης τῆς εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ ἐνάρετος ὁδός· μηδὲ διὰ τοῦτο νυστάξαι ὁ φυλάσσων ὁ Θεὸς, μὴ διὰ τοῦτο ῥαθυμῆσαι περὶ τὴν φυλακήν σου, ὡς ἐξ ἀπροςεξίας ὀλισθήσαντος. Ἢ, μὴ δῴης εἰς σαλευόμενα καὶ ὀλισθηρὰ πράγματα τὴν πορείαν σου, ἀλλ' ἐπιβαίνοις τρίβου ἀσφαλοῦς, ἥτις ἐστὶν ἡ ἔννομος, εὐθυπορεῖν σε παρασκευάζουσα. - [***Aug.*** liest: ne des ad movendum pedem meum. Er erklärt: *Unde moventur pedes?*

Unde motus est pes illi qui erat in paradiso. Sed prius attende unde motus est illi qui erat inter Angelos, et moto pede cecidit, et de Angelo factus est diabolus: moto enim pede cecidit. Quaere unde cecidit: superbia cecidit. Non ergo movet pedem, nisi superbia: ad ruinam non movet pedem, nisi superbia. Ad ambulandum et proficiendum et ascendendum caritas movet; ad cadendum superbia movet.]

com-movĕo, mōvi, mōtum, ēre, in Bewegung setzen, hin u. her bewegen: συσσείω, σαλεύω, (abgesehen von 28, 8 u. 59, 4) nur *pass.* **commoveor,** in Bewegung geraten, wanken u. schwanken, sich in Furcht und Angst befinden 1) מוט: **15, 8 quoniam a dextris est mihi, ne commovear.** - ***Euthym.*** Ἐκ δεξιῶν μου δέ ἐστιν, ἵνα βοηθούμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ, μὴ παρακινηθῶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πρὸς τὴν ἐναντίαν. - ***Bonav.*** *Deus a dextris est, duobus: quando salutem temporalem tribuit, vel quando virtutes animae custodit.* - ***Heser:*** *a via recta ne deflectam, ad vitiorum confinia ne accedam, ne tentationibus aliquando succumbam.* - ***Lorin.*** *Ad Christum qui referunt, interpretantur non solum de unione hypostatica, quae nunquam soluta est, sed de gratia et amicitia Dei, quam nihil omnino laedere aut imminuere potuerit; immo peccare ei impossibile fuerit et per convenientiam et per suppositi divini legem regentis naturam humanam.* - ***Titelm.*** Quoniam a dextris mihi *semper assistit, veluti paratus in auxilium, ne unquam veniam in casum vel conturbationem, sive peccati, sive mortis. Divinitas enim humanitatem nunquam destituit, sed adfuit semper eam custodiens, ne in ullum malum vel peccati vel etiam nocumenti alterius, extra tempus praedefinitum et praeordinationem aeternam posset ipsa per fragilitatem incidere.* - ***Agell.*** *ne titubem, ne praeceps labar. Dirigit viam ac ducit; dextra quodammodo manu injecta me, ne prolabar, sustinet. Nam, ut secure viam carperet anima illa et caro sanctissima, et inferos ac satanae insidias contemneret, mortemque calcaret, et vitae aditum aperiret: ex divinitatis, cum qua conjuncta erat, vi et potentia habuit.* — **20, 8 in misericordia Altissimi non commovebitur: durch des Höchsten Gnade wankt er nicht.** — *[****Hier.*** *in misericordia Excelsi non decipietur.]* - ***Genebr.*** *Per misericordiam et auxilium Dei non dimovebitur de suo throno regioque statu, non decidet sua spe neque ea frustrabitur.* - ***Agell.*** *De ejus benignitate et clementia securus* non commovebitur, *non labetur, firmus manebit, nunquam de sua statione ac sede pelletur.* - ***Athan.*** Κρείττων ἐστὶ τῶν πολεμούντων τῆς σῆς χάριτος ἀπολαύων. — **37, 17 dum commoventur pedes mei: während meine Füße wankten.** — ***Hebr.*** beim Wanken meines Fußes. - ***Prat.*** *in lapsu pedis mei.* - ***Hier.*** *cum vacillarent.* - ***Agell.*** *dum nondum plane concidi.* - ***Alliac.*** *dum afflictiones meae labuntur in peccatum ex humana infirmitate, irrident impii.* - ***Titelm.*** *Cum enim vel modicum incipiunt moveri a recto pedes mei, statim exultantes magna et superba loquuntur adversum me, quasi suo voto potiti: sed ante victoriam (ut spero) canentes triumphum.* - ***Jansen.*** *videntes jam a pristino statu me inclinari ad ruinam, superbe contra me insultaverunt, quasi jam praevaluerint.* — **45, 6 Deus in medio ejus: non commovebitur: Gott ist in ihrer Mitte: sie wird nicht wanken.** — ***Thom.*** *i. e. firma reddetur et stabilis.* - ***Titelm.*** *Deus fortissimus est in medio civitatis et tabernaculi hujus, tamquam Dominus, provisor, custos et protector eam habitans: et idcirco talem habens protectorem in medio sui, ipsa non poterit conturbari, quoniam tali protectore se novit bene securam.* - ***Cassiod.*** Commoveri *non potest Ecclesia quae in solidissima petra, h. e. Domino Christo noscitur esse fundata.* - ***DionCarth.*** *Ecclesia non cadet a fide, eo quod Christus in medio ejus sit.* - ***LudSax.*** *a veritate fidei et operatione virtutum, seu de bono ad malum.* -

Athan. Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς καρδίαις τοῦ λαοῦ, καὶ ἀνίκητοι διαμένουσιν ἀπὸ τῆς πίστεως. - [Gegen den Urtext (תִּמּוֹט) nehmen manche Erklärer Deus als Subjekt von non commovebitur. - ***Turrecr.*** *non separabitur ab ea.* - ***BrunSign.*** *Secura est illa domus, quae talem habet habitatorem, qui, quoniam nunquam ab ea commovetur et separatur, ideo nunquam ab inimicis penitus superatur.* Ähnlich ***Ambr. Arnob.*** al.] — **59, 4 commovisti terram et conturbasti eam: sana contritiones ejus, quia commota est: du hast das Land erschüttert** (הִרְעַשְׁתָּה) **und zerrüttet** (*Hebr.* gespalten. - ***Hier.*** *disrupisti*)**: heile seine Brüche, denn es wankt** (מָטָה). Bild eines zerfallenen Gebäudes, mit dem das verwüstete Land des besiegten Volkes verglichen wird. - ***Titelm.*** *Commoveri olim faciebas terram nostram persecutione et oppugnatione adversariorum, et vehementer eam conturbari tumultibus bellorum permisisti, ita ut necesse haberet clamare ad te et dicere: Medere malis istis, et a conturbatione hujusmodi liberam fac terram tuam potentia tua: quoniam vere nimium commota et conturbata est, et agnoscit fortitudinem manus tuae.* - Andere denken beim ersten Halbvers an das vom Erdbeben entlehnte Bild; dagegen beim zweiten an ein neues Bild von einem verwundeten Körper. ***Agell.*** *quia membris omnibus fractis pedibusque nutantibus et male firmis lapsa est.* — **92, 1 firmavit orbem terrae qui non commovebitur.** — ***Jansen.*** *Ecce enim, quod potentiae ipsius et gloriae praeclarum est indicium, ipse orbem terrae, dum conderet, ita firmiter stabilivit, ut non sit in perpetuum commovendus de loco suo.* - ***Genebr.*** *Probat Deum fortem esse et magnum, ab effectis, praesertim ab orbis productione et rectione, vel a mundi peccatis et impiis cultibus corrupti restauratione ac in melius mutatione, ut* firmavit *significet roboravit gratia, fide, vera religione et sui notitia, ne deinceps redeat in pristinam confusionem neve majestatis divinae agnitio redigatur ad unius familiae et gentis angustias. . . . Mundum ipsum condidit immobilem ratione sui totius, non partium, perpetuo duraturum usque ad consummationem saeculi. Item Ecclesiam universitate gentium constantem sive Catholicam.* - ***Titelm.*** *Ipse est, qui* orbem terrae *stabilivit atque* firmavit, *qui Ecclesiam suam sanctam in firmitate fidei super petram firmissimam fundavit, ut non possit commoveri in saeculum saeculi, adversus quam nec portae inferi possint praevalere. Ipse post resurrectionem et gloriosam ascensionem, missis in omnem terram Apostolis, aedificavit fundavitque in fidei firmitate Ecclesiam sanctam, velut novum orbem terrarum, quae usque in consummationem saeculi nunquam deficiet: quemadmodum in initio creationis rerum materialem orbem terrarum fecit, qui perstabit in saecula.* - ***Cassiod.*** *Vera laus, mirabile praeconium, ut* terra, *quae significat Ecclesiam toto orbe diffusam, non commoveatur ullatenus, quamvis ista frequenti concussione vexetur.* - ***Pelbart.*** *Si Deus virtute suae Deitatis stabilivit* terram *immobilem: non est mirum quod Ecclesiam in fide Christi stabilire potuit.* - ***Euthym.*** Σαλευομένην τῇ ἀπάτῃ ἐστερέωσεν αὐτὴν ἤδη τῇ ἀληθείᾳ, ὥστε μὴ σαλευθῆναι λοιπὸν ὑπὸ τῆς πλάνης, ἐπὶ πέτραν τῆς πίστεως στερεωθεῖσαν. Νοεῖται δὲ καὶ ἰδικῶς οἰκουμένη ἡ Ἐκκλησία, ἣν οἰκοῦσιν οἱ πιστοί, ἧς οὐ κατισχύσουσι πύλαι ᾄδου κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἀπόφασιν. — **95, 10 correxit orbem terrae qui non commovebitur.** s. ***corrigo.*** — **111, 6 quia in aeternum non commovebitur: [denn] in Ewigkeit wird er nicht wanken.** — ***Agell.*** *Beatus erit ejusmodi vir,* quia in aeternum non commovebitur, *neque ex felici statu ad miseriam ruet: numquam beneficentiae causa in aerumnas et adversas res incidet.* - [Nach anderen ist quia nicht Begründung oder Erläuterung zu jucundus, sondern einfach weiterführend und

beteuernd. ***Lorin.*** *Posset non aetiologia esse, sed assertio. Nec enim primam particulam semper causam reddit. Tunc esset separatio per modum sententiae et epiphonematis.]* - ***Euthym.*** Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον οὐ σαλευθήσεται πειρασμοῖς, ἀσφαλῶς τεθεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς εἰς Θεὸν πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ἐλπίδος, καὶ τὸ συνειδὸς ἔχων ἀπερίτρεπτον ἄγκυραν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι οὐκ ἐπιβουλευθήσεται· Πολλαὶ γάρ, φησιν, αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· ἀλλ' ὅτι οὐ σαλευθήσεται. Τοῦτο γὰρ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι μυρία πάσχοντες οἱ ἅγιοι, οὐ περιετρέποντο, ἀλλ' ἀκλινὲς ἄχρι τέλους ἔσωζον τὸ φρόνημα. Τοῦτο περιφανὴς νίκη, τοῦτο λαμπρὰ τῶν ἀριστέων ἀνάῤῥησις. - ***Titelm.*** *Talis profecto in sempiternum non conturbabitur a sententia aeternae damnationis, aut poenis inferni, neque etiam in praesenti saeculo conturbatione dejicietur.* - ***Palant.*** *a gloria Domini exequens misericordiae opera nunquam separabitur.* - 124, 1. 2 non commovebitur in aeternum qui habitat in Jerusalem. s. ***habito.*** — 2) רָעַשׁ (u. *Hithp.*) vom Beben der Erde 17, 8. — **3)** חוּל: **28, 8 commovebit Dominus desertum Cades: erbeben macht der Herr die Wüste Kades.** — ***Hier.*** *parturire faciens desertum Cades.* s. **Cades** (S. **201—204**). — **95, 9 commoveatur a facie ejus universa terra.** — ***Hebr.*** **bebet vor ihm, alle Welt.** - ***Targ.*** יְהִי. - ***Pagnin.*** *pavete.* - ***Hier.*** *paveat.* - ***Prat.*** *pave.* - ***Syr.*** ܐܬܙܝܥ. - ***Bellarm.*** Commoveantur *commotione timoris et reverentiae omnes habitatores terrae ante* faciem Domini *venientis.* - ***Titelm.*** *Ipso adveniente, a conspectu ejus salubriter* commoveantur *omnes inhabitatores* universae terrae, *salubriterque* commoveantur *et conturbentur ad poenitentiam veteris idololatriae et paternae malitiae.* - ***Euthym.*** Τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, μετακινηθήτω ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· σεισμὸν γὰρ τοῦτο καὶ προφήτης ἕτερος ἐκάλεσεν. Εἴποι δ' ἄν τις, καὶ τὸν κλόνον τῆς γῆς, τὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου φανέντος διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐσείσθησαν λαοί· ἐταράχθησαν ἔθνη διὰ τὸ κήρυγμα. - Im Anschluß an ***Aq. Sym.*** ὠδινήσατε erklärt ***Theodor.*** Ὁ προφητικὸς λόγος παρακελεύεται τοῖς ἔθνεσι δεξαμένοις τὰ σωτήρια σπέρματα, ὠδινῆσαι καὶ τεκεῖν τὴν εὐσέβειαν, καὶ σαλευθῆναι μὲν ἀπὸ τῆς προτέρας στάσεως, ἐν δὲ τοῖς θείοις ἐρεισθῆναι τε καὶ παγῆναι νόμοις. — **96, 4 vidit, et commota est terra: die Erde sah es und erbebte.** — ***Hier.*** *contremuit.* - ***Bellarm.*** Terra *ipsa, quasi sensum haberet et videret horrendam speciem coelestium jaculorum, tota contremuit et tremore* commota est. *Est haec poëtica descriptio, qua vis maxima fulgurum demonstratur.* - ***Heser:*** Vidit *mundus Praedicationis et Miraculorum coruscationem et* commota est terra *ab errore ad veritatem, a tenebris ad lucem.* - ***Pelbart.*** *Habitantes in terra videntes signa terribilia judicii,* commovebuntur *timore.* — **4)** גּוּר sich fürchten: **32, 8 ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.** ***Hier.*** *ipsum formident.* - ***Genebr.*** erklärt: *hunc metuant et reformident.* - ***Agell.*** *Quid aequius, quam illum, cujus adeo admirabili potentia cuncta creata sunt, ut dixisse verbo et spiritum oris protulisse, satis fuerit, et verbum ac spiritum res conditae illico subsecutae sint, timere ac venerari?* - Anders ***Basil.*** Πᾶν κίνημα, εἴτε κατὰ νοῦν, εἴτε κατὰ σωματικὴν ἐνέργειαν ἐπιτελούμενον, κατὰ τὸ βούλημα αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείσθω. Οὕτω γὰρ νοῶ τὸ· Σαλευθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ. Οἱονεὶ μήτε ὀφθαλμὸς σαλευέσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ χεὶρ κινείσθω ἄνευ Θεοῦ: μὴ ἡ καρδία διανοείσθω τὰ μὴ εὐάρεστα τῷ Θεῷ. Καὶ ὅλως ἀπὸ μηδενὸς ἄλλου σαλευθήτωσαν, μηδὲ αὐτούς τι κινείτω, εἰ μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. - Nach Anführung dieser Meinung sagt ***Euthym.*** Ἐγὼ δὲ καὶ εἰς αὐτὸν [Χριστὸν] ἐκδέχομαι τὸ ῥητόν· ἀπὸ γὰρ τῶν λόγων καὶ ἔργων αὐτοῦ ἐσείσθησαν πάντες· οἱ μὲν, μεταθέντες εἰς τὴν πίστιν· οἱ δὲ, ταραχθέντες. — **5)** חָפַז (*Ni:* zittern, ängstlich fliehen): 47, 6 contur-

bati sunt, commoti sunt. — 6) רָגַז (erbeben) 76, 19 commota est et contremuit terra. — 7) יָרֵא (sich fürchten): **111, 8 confirmatum est cor ejus: non commovebitur.** ***Hier.*** *non timebit.* - ***Agell.*** *Re firma admodum ac stabili nixum est, nimirum Deo, qui illum titubare fluctuareque et labi non patietur: bene speranti animo erit.* — 8) רָעַם (rauschen): **95, 11 commoveatur mare, et plenitudo ejus: es rege sich das Meer und seine Fülle.** — ***LXX*** σαλευθήτω. - ***Aq.*** βροντήσει. - ***Sym. Theodot.*** ἠχήσει. - ***Hier.*** *sonet.* - ***Syr.*** ܢܪܘܙ »es frohlocke«. - ***Titelm.*** Mare *quoque velut plaudendo suis fluctibus* commoveatur *ad ostendendum exultationis signum: et omne quod in ipso est, simul plaudat et commoveatur.* - ***Pelbart.*** *Mare et ejus undae sibi reverentias exhibeant. Quod est impletum, quando se Christi pedibus palpabiles exhibuerunt* (Matth. 14, 25). - ***Euthym.*** Σάλευσιν ἐνταῦθα τὴν σκίρτησιν λέγει. Πλήρωμα δὲ τῆς θαλάσσης τὰ πέρατα αὐτῆς, ἢ οἱ ποταμοὶ, αἱ λίμναι, αἱ πηγαί· καὶ ἁπλῶς πᾶσα φύσις ὑδάτων· σκιρτησάτω δὲ αὕτη διὰ τὸ βάπτισμα τοῦ Σωτῆρος.

commŭnĭco, avi, atum, are (communis), teilnehmen, Anteil haben: **140, 4 non communicabo cum electis eorum: ich will an dem nicht Anteil haben, was sich jene ausgesucht.** — ***PsaltVet.*** (***Aug. Hilar.***) non combinabo. - ***Cassiod. Psalt. Rom.*** combinabor. - (***PsaltMoz.*** comminabor.) - ***Hebr.*** (wörtlich): **ich will nicht essen von ihren Leckerbissen.** ***Hier.*** *neque comedere in deliciis eorum.* - ***Prat.*** *non comedam ex jucundis eorum.* - ***Muis:*** *non comedam ex deliciis eorum.* - [***Baethg.*** »Die Leckerbissen sind wohl nicht ausschließlich auf Speise u. Trank zu beschränken, sondern bezeichnen im weitern Sinne alle sinnlichen Genüsse, das äußere Wohlleben.«] - ***Syr.*** ܠܐ ܐܬܒܣܡ ܒܒܣܝܡܘܬܗܘܢ »ich will mich nicht ergötzen mit ihnen«. - ***LXX*** οὐ μὴ συνδοιάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. - ***Sym.*** μηδὲ συμφάγομαι τὰ ἡδέα αὐτῶν. *Alius:* μὴ συναλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν. - ***Titelm.*** *Non fiam particeps eorum, quae ipsi electa reputant, et in quibus ipsi suas constituunt delicias. Non enim peto hujus saeculi voluptatibus et deliciis frui, quibus fruuntur ipsi.* - ***Bellarm.*** Cum electis eorum, *non significat (ut ii existimant, qui verba hebraica non legerunt): cum viris electis, sed cum electis cibis, sive, ut vox hebraica sonat, cum dulcibus cibis eorum. Itaque sensus est: non ero particeps familiaritatis conviviorumque ipsorum. Quamvis enim ubique noceat malorum conversatio, sed nusquam magis, quam in conviviis et compotationibus.* - [Die meisten alten Erklärer fassen cum electis (μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν) als *masc.* ***Theodor.*** Ἐμοὶ δὲ μὴ εἴη τις πρὸς αὐτοὺς κοινωνία, κἂν τὴν ἄκραν ἔχωσιν εὐκληρίαν. Ἐκλεκτοὺς γὰρ ἐνταῦθα τῶν πονηρῶν τοὺς εὐημεροῦντας καλεῖ. - ***Euthym.*** Οὐ μὴ κοινωνήσω, οὐ μόνον τοῖς ὑποδεεστέροις παρανόμοις, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ὑπερέχουσιν ἐν αὐτοῖς. - ***Cassiod.*** *Multo sceleratiores sunt illi qui inter malos videntur esse praecipui, quasi duces criminum, quasi principes latronum, et caput omnium perditorum.* - Ähnlich ***Prosp. Aug. WalafrStr. Remig. BrunHerbip. LudSax. Pelbart.*** al.]

commūtātio, onis, *f.* (com-muto), die Veränderung, der Wechsel: ἀντάλλαγμα, ἄλλαγμα 1) Veränderung, Umwandlung (zum Bessern): **54, 20 non enim est illis commutatio: denn bei ihnen giebt es keine Änderung** (sie thun unablässig Böses). — ***LXX*** οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. - ***Sym.*** οὐ γὰρ ἀλλάσσονται. - ***Hier.*** *non enim mutantur.* - ***Bellarm.*** *obdurati enim sunt, neque poenitet eos sceleris sui.* - ***Pelbart.*** commutatio *scilicet de culpa ad gratiam per poenitentiam: quia sunt obstinati.* — 2) Umtausch, Tauschhandel u. *concr.* Kaufpreis: **43, 13 vendidisti populum tuum sine pretio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum: du hast dein**

Volk verkauft für nichts (um ein Spottgeld); nicht war ein hoher Wert bei ihrem Kaufpreis. *Hebr.* du hast durch ihren Kaufpreis nicht gewonnen. Du hast deine Habe nicht vermehrt durch ihren Kaufpreis (*Targ.* לָא אַסְגֵּיתָא קִנְיָנָא בְּפֻרְנֵיהוֹן), hast keinen hohen Gewinn erzielt (sarkastisch). - *Syr.* ܠܐ ܐܥܠܝܬ ܫܘܚܠܦܗܘܢ »du hast nicht hoch gestellt ihren Kaufpreis«. - *Sym.* οὐ πολλὴν ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐτῶν. - *Theodot.* οὐκ ἦν πλεόνασμα ἐν τῷ ἀλλάγματι ἡμῶν. Ἄλλος· πέπρακας. Ἄλλος· ἐν οὐχ ὑπάρξει. Ἕτερος· ἐν τῇ τιμήσει αὐτῶν. - *Hier.* nec grandis fuit commutatio eorum. - *Euthym.* Οὐκ ἦσαν πολλὰ τὰ τιμήματα ἡμῶν· ἄλλαγμα γὰρ οἰκέτου, τὸ ἀντιδιδόμενον τίμημα. - Andere fassen multitudo als »hohen Wert« und commutatio als »Verkauf«: »nicht war hoher Wert bei ihrem Umtausch«. - Noch andere denken an die »Zahl der Käufer«: »beim Verkauf derselben war nicht groß die Zahl (der Käufer)«. - Die LA. in jubilationibus (*Aug.*) entspricht der griechischen LA. ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν. Dies erklärt *Euthym.* Οὐκ ἦν πλῆθος ἐχθρῶν ἐν τῷ καθ' ἡμῶν ἀλαλάζειν τὰ ἐπινίκια. Κεκρατήκασι γὰρ ἡμῶν, ὄντες πρὸς ἡμᾶς ὀλίγοι. - *CyrAlex.* Ὁ μὲν οὖν ἀλαλαγμὸς ἐπινίκιός ἐστι φωνὴ τῶν νενικηκότων. Ἐπειδ' ἂν δὲ καὶ ὀλίγους εἶναι συμβαίνῃ τοὺς τοῦτο δρᾶν εἰωθότας, τότε φαμὲν μηδὲ εἶναι πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν αὐτῶν. Ἡττώμεθα οὖν καὶ διηρπάσθημεν παρ' ἐχθρῶν, καὶ τούτων εὐαριθμήτων· οὐ γὰρ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν αὐτῶν. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Εἰς τοῦτο ἥκομεν κακῶν καὶ ἀσυγκρίτου ταλαιπωρίας, ὡς ἁλῶναι κατὰ κράτος, καὶ οὐ πολλῇ τῶν μαχομένων πληθύϊ. - Jedenfalls verdient die LA. τοῖς ἀλλάγμασιν ἡμῶν den Vorzug vor der gewöhnlicheren (auch *CodVat.*) ἐν ἀλαλάγμασιν ἡμῶν. — 3) der Stellvertreter, Nachfolger: **88, 52 exprobraverunt commutationem christi tui: sie beschimpfen den Nachfolger deines Gesalbten.** Unter den verschiedenen Auffassungen von commutatio scheint diese den Vorzug zu verdienen. Der erste christus ist David; die »für ihn Eingetauschten« sind seine Stellvertreter und Nachfolger auf dem davidischen Throne. - *Euthym.* Ἀντάλλαγμα τοῦ Δαυῒδ τὸν Ἰεχονίαν [φησὶν] ἢ τὸν Σεδεκίαν, ὡς ἀντ' ἐκείνου βασιλεύσαντας, οἷς καὶ ὠνείδιζον τὴν αἰχμαλωσίαν. - *Hebr.* mit der sie geschmäht die Spuren deines Gesalbten. - *Sym.* οὐ ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ Χριστοῦ σου. - *Hier.* quibus exprobraverunt vestigia Christi tui. - Auch diesen Text erklärt *Theodor.* von den israelitischen Königen; bei Χριστός denkt er an den Messias. Ἴχνη Χριστοῦ προςηγόρευσε τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν βασιλέας, δι' ὧν ᾤδευσεν ὁ περὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας λόγος. - Andere denken an die in Israels Erinnerungen und Hoffnungen vorhandenen »Spuren des Messias«. - *Targ.* חַסִּידוּ אִיחוּר רוּשְׁמַת רַגְלֵי מְשִׁיחָךְ »sie schmähen die Verspätung der Spur der Füße deines Gesalbten«, d. h. sie höhnen Israel, daß die Ankunft des Messias so lange auf sich warten lasse. - Andere übersetzen einfach »die Veränderung deines Gesalbten«: das klägliche Los der gedemütigten Nachfolger Davids steht in traurigem Gegensatze zu den großen, demselben gemachten Verheißungen. Noch andere fassen commutatio als »Lohn« (sarkastisch) für die Treue des davidischen Hauses gegen Gott. - *Titelm.* quod commutatus sit et aversus a nobis atque elongatus is quem tu nobis unxisti in salvatorem. Ita enim exprobrantes dicunt nobis: Ubi est rex vester, ubi salvator vester, in quo soletis gloriari et habere fiduciam? - *Pelbart.* Exprobrando dixerunt quod in crucifixum hominem et mortuum crederemus, qui sic commutatus est, quasi periisset commutando vitam suam in talem mortem turpissimam.

com-mūto, avi, atum, are, verändern, verwandeln: ἀλλοιόω: **72, 21 renes mei commutati sunt: meine Nieren wurden**

umgewandelt (aufgeregt). Die Nieren als Sitz der Affekte regten sich auf: Zeichen des Unwillens über das reizende Glück des Sünders. — ***Hoen:*** *omnia interiora viscera mea ex indignatione erga impios in me commota et compuncta sunt.* - ***Titelm.*** *Affectus mei corporales immutati sunt et velut indispositi ad operandum bene.* - [Andere denken an eine Veränderung zum Bessern. ***DionCarth.*** *Motus seu affectus sensitivi appetitus rationis imperio subditi sunt, qui dudum secundum impetum concupiscentiae movebantur quod non fit sine magna gratia Dei.*] - ***Hebr.*** **es stach mich in meinen Nieren** (*acc.* der näheren Beziehung). [***Hier.*** *lumbi mei velut ignis fumigans.* Er las אֵשׁ תּוֹנֵן (vom aram. תְּנַן = עָשַׁן). - So auch ***Targ.*** כּוּלְיָתַי בָּעֲרָן כְּאֶשָּׁא »meine Nieren brannten wie Feuer«.] — Außerdem in den Überschriften v. Ps. **44** u. **68** u. **79 pro his [iis] qui commutabuntur: für jene, die verwandelt werden.** — Die *LXX* (ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων) lasen עַל־שֶׁשּׁוֹנִים st. des masoret. עַל־שֹׁשַׁנִּים »nach Lilien«. - [שֹׁשַׁנִּים ist wahrscheinlich Anfang eines Liedes, nach dessen Melodie der Psalm zu singen war; der genauere Textanfang liegt vielleicht vor *h 80, 1* שֹׁשַׁנִּים עֵדוּת oder *h 60, 1* שׁוּשַׁן עֵדוּת. s. ***immuto***.] - ***Aq.*** ἐπὶ τοῖς κρίνοις. - ***Theodot.*** ὑπὲρ τῶν κρίνων. - ***Sym.*** ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. - ***Hier.*** *pro liliis.* - ***Bellarm.*** *Intelligit Propheta fideles populos, qui Ecclesiam faciunt: dicuntur autem* commutandi, *quia mutandi erant per justificationem in hoc saeculo, et per resurrectionem in alio.* - ***PlacParm.*** *Filii Ecclesiae commutati sunt cum ex Synagoga ad baptismum transierunt. Vel* pro liliis: *quia hujusmodi filii a nigredine peccatorum ad albedinem liliorum, i. e. gratiae migraverunt.* - ***Euthym.*** τουτέστιν, ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν, οἳ ἀλλοιωθήσονται διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἀπεκδυόμενοι μὲν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυόμενοι δὲ τὸν νέον. - Im Anschluß an die Übersetzungen des ***Aq. Theodot.*** u. ***Sym.*** bemerkt ***GregNyss.*** Τὸ ἄνθος ἐνδείκνυται τοῦ χειμῶνος τὴν εἰς ἔαρ μεταβολήν. Ὅπερ σημαίνει τὴν ἀπὸ κακίας εἰς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον μετάστασιν. Ἥ τε τοῦ κρίνου ὄψις πρὸς ὅ τι χρὴ γενέσθαι τὴν ἀλλοίωσιν, διερμηνεύει· ὁ γὰρ δι᾽ ἀλλοιώσεως λαμπρὸς γενόμενος, δηλονότι ἐκ μέλανός τε καὶ ἐσκοτισμένου λαμπρόν τε καὶ χιονῶδες εἶδος μεταλαμβάνει. Κατὰ πᾶσαν τοίνυν ἐπιγραφήν, ᾗ τὸ Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων προσγέγραπται, ταύτην οἶμαι δεῖν δέχεσθαι τὴν συμβουλὴν παρὰ τοῦ λόγου, τὸ δεῖν ἀεὶ διὰ προσευχῆς καὶ ἐπιμελείας τοῦ βίου κτήσασθαι τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν.

compăro, avi, atum, are (compar), **gleich machen**, *pass.* **gleich werden:** παρασυμβάλλεσθαι, נִמְשַׁל: 48, 13. 21. s. ***similis.***

compedītus, a, um (compedio v. compes), eig. mit Fußfesseln gefesselt; *Subst.* der Gefesselte, Gefangene: πεπεδημένος (vgl. 68, 34 vinctus) **1)** אָסִיר: **78, 11 introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum: es komme vor dein Angesicht das Stöhnen der Gefangenen.** - ***Hier. Pagnin.*** *vinctorum.* - ***Turrecr.*** *i. e. eorum, qui captivi tenentur, ut liberentur.* - ***Heser:*** *compede vinctorum; detentorum vel in carcere, vel in captivitatem abductorum. Perveniant ad te suspiria catenis oneratorum, quae moestis inter vincula dura profundunt animis: currunt illa pedibus ferro non retinendis ad altissima coelorum, evolant ex ergastulis tenebrosis ad lucidissimas plagas: accipe, quae gemunt; intuere, quae patiuntur servi tui.* - ***Haymo:*** *ipsorum Judaeorum, qui compediti et captivati ligantur ab Antiocho et aliis: ut placeat tibi liberare omnes.* - ***HugCar.*** compeditorum *ad litteram. Vel vinculis poenarum et aegritudinum.* - ***BrunHerbip.*** Compeditos *Apostolos accipe, qui propter Christum colligati in carcere sunt* (Act. 5), *et in exilio sunt damnati.* - ***Athan.*** Καταξιωθῇ εἰσελθεῖν πρὸς σὲ ἡ ἐξομολόγησις τῶν δεδεμένων ὑπὸ τῆς

ἁμαρτίας. — 101, 21 **ut audiret gemitus compeditorum.** ***PsaltMoz.Rom. Hilar. Cassiod.*** vinculatorum. - ***Hier.*** *gemitum vincti.* - ***Agell.*** Compeditos *vocat, quod vel revera in vinculis plerosque captivos Babylonii habuerint et compedibus strinxerint, vel sic in illa regione essent libertate privati, ac si compediti.* - ***Aug.*** *Solvitur unusquisque a vinculis cupiditatum malarum, vel a nodis peccatorum suorum.* - ***PlacParm.*** gemitus *ligatorum in limbo et compedibus peccatorum vinctos in mundo.* - ***Bellarm.*** *quos Princeps hujus mundi captivos fecerat et compeditos retinebat: ut audito gemitu solveret eos, liberosque dimitteret.* - ***Euthym.*** Χάριν τοῦ ἐπακοῦσαι τοῦ στεναγμοῦ, τοῦ ὑπὲρ τῶν πεπεδημένων ταῖς σειραῖς τῶν ἁμαρτημάτων, ὃν ἐστέναζον ὑπὲρ ἐκείνων οἱ δίκαιοι. — 2) אָסוּר: **145, 7 Dominus solvit compeditos.** - ***Hier. Pagnin.*** *vinctos.* - ***Lorin.*** *De liberatis captivis Cyri regis jussu exponunt nonnulli, sicut jam diu ante venditum justum Josephum Deus ex vinculis eripuerat: intelligique praeterea potest de captivis ex Aegypto eductis, et cum evaserant per mare rubrum: item de Davide aliquoties liberato ab hostibus, a quibus obsidebatur ... Apostolos plures simul de carcere Deus mirabiliter liberavit, quod et aliis multis postea contigisse testantur historiae. Id quotidie spiritualiter fit, cum absolvitur poenitens a peccatis, videlicet tamquam a vinculis catenisve. Extendi adhuc potest solutio haec tum ad justos olim detentos in limbo, quos Christus illuc descendens educit, tum ad animas inclusas in purgatorio, quae meritis ejusdem inde extrahuntur.* - ***Euthym.*** Πεπεδημένους οὐ μόνον ἐν συμφοραῖς βιωτικαῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν σειραῖς ἁμαρτιῶν.

compes, pĕdis, *f.*, die Fußfessel: πέδη 1) כֶּבֶל 104, 18. — 2) זִקִּים 149, 8 (***Hier.*** *catenae*).

compesco, pescui, ĕre (vgl. compes, compedio), in Schranken halten; *pass.* (sich) zurückhalten: **82, 2 ne taceas neque compescaris** (μηδὲ πραΰνῃς): **schweige nicht und halte nicht zurück.** ***Hebr.*** bleib nicht ruhig. - ***Hier.*** *et non quiescas.* - ***Aq.*** μὴ καθησυχάσῃς. - ***Sym.*** μὴ ἠρεμήσῃς. — ***Palant.*** *ne videaris compesci.* - ***Pelbart.*** *ne compescaris sc. a vindicta.* - ***Bellarm.*** *ne te ipse mitiges et compescas a sumenda vindicta.* - ***Hoen:*** *ne continearis in ira cunctando, differendo, negligendo vindictam, mitem placidumque te exhibendo.* - ***Theodor.*** Ἱκετεύομέν σε, Δέσποτα, μὴ χρήσασθαι τῇ συνήθει μακροθυμίᾳ. - ***Euthym.*** Μὴ μακροθυμήσῃς μηδ' ἀνεξικακήσῃς.

com-placĕo, cŭi (cĭtus sum), ēre [auch] gefallen, wohlgefällig sein (= placeo) 1) angenehm, wohlgefällig sein: **18, 15 et erunt, ut complaceant eloquia oris mei: es mögen wohlgefällig sein die Worte meines Mundes** (. . . vor dir). (ἔσονται εἰς εὐδοκίαν = יִהְיוּ לְרָצוֹן) - ***Hier.*** *sint placentes sermones.* — **39, 14 complaceat tibi, Domine, ut eruas me: möge, Herr, es dir gefallen, mich zu retten.** — ***Aug.*** *placeat tibi eruere me.* - [***PsaltMoz.*** *complacuit Domino, ut eriperet me.*] - ***Hier.*** *placeat tibi.* - ***Pagnin.*** *velis eruere me.* - ***LXX*** εὐδόκησον. Ἄλλος· θέλησον. — 2) Gefallen finden an etwas a) *in aliqua re:* **25, 3 complacui in veritate tua: an deiner Wahrheit finde ich Gefallen** (εὐηρέστησα). — ***Hebr.*** in deiner Wahrheit bin ich gewandelt. - ***Targ.*** וְהַלְכֵת בְּקוּשְׁטָךְ. - ***Hier.*** *ambulabo in veritate tua.* - ***Pagnin.*** *ambulavi.* - ***Syr.*** ܗܠܟܬ ܒܡܗܝܡܢܘܬܟ »ich wandelte in der Treue«. - ***Bellarm.*** *Placuit mihi veritas tua, et ideo juxta illam ambulavi. [Proinde Septuaginta non tam verbum, quam sensum inspexerunt.]* - ***Titelm.*** *Veritas atque justitia tua complacuit mihi, in ea mihi bene placuit, dilexi eam, et elegi ad custodiendum eam, inque ea ad finem usque perseverandum.* - ***Thom.*** *Si punis me propter peccata, placet mihi; si tentor, scio, quod remunerabis.* - ***Turrecr.*** *Fiduciam habeo quod non sines*

me supra vires meas tentari. - ***PlacParm.*** *Delectatus sum de tuis judiciis, quae recta et vera sunt.* — **43, 4 quoniam complacuisti in eis: denn du hattest Wohlgefallen an ihnen.** — ***Pagnin.*** *Quia complacueras [tibi] in eis.* - [***Hier.*** *quia complacuisti tibi.*] — **48, 14 postea in ore suo complacebunt: nachher findet man Gefallen an ihrem Gerede.** — ***HupfNow.*** »und hinter welchen her die Leute an ihren Reden Gefallen haben«. - ***Sym.*** οἱ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς λόγον αὐτῶν εὐδοκήσουσιν. - ***Hier.*** *et post eos juxta os eorum current.* Er las mit ***Aq.*** (δραμοῦνται) יָרֻצוּ u. כְּפִיהֶם. - Die LA. des ***PsaltVet.*** (***Aug. Moz.***) ***Rom.*** »benedicent« basiert auf der griech. LA. εὐλογήσουσιν (***CodVat.***). - ***Niglutsch:*** *et tamen sunt, qui postea sermonibus eorum delectantur.* - Diese Auffassung, nach welcher das allgemeine »man« Subjekt von complacebunt ist, verdient den Vorzug vor der gewöhnlichen Erklärung, welche es von der Prahlerei der Bösen selbst versteht. - ***Sa:*** *se etiam jactant.* - ***Bellarm.*** *placebunt ipsi sibi in sceleribus, et gloriabuntur cum male fecerint.* - ***Titelm.*** *Posteaquam suas pravitates bene perfecerint, adhuc in ore suo seipsos jactitant atque collaudant, quasi re bene gesta.* - ***Heser:*** *Id etiam mali adjungent pro coronide, ut ore impuro de commissis a se flagitiis, velut de rebus ad sempiternam laudem praeclare gestis, se jactent atque glorientur.* - ***Euthym.*** Οὐ μόνον πράττουσι τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ τοῦτο σεμνύνουσιν. - Andere verstehen es ebenfalls von den Bösen, aber im guten Sinne von der (allerdings zu späten) Reue. - ***Athan.*** Ὁμολογήσουσιν μετανοήσαντες ἐφ᾽ οἷς τοιαύτην ὥδευσαν τρίβον, ὅτε οὐχ ἕξουσιν τῆς μετανοίας καιρόν. — **b)** auch *cum acc.* = sich gegen jem. gefällig zeigen, wohlwollend sein, jem. liebevoll behandeln; **34, 14 quasi proximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam: wie gegen unsern Nächsten, wie gegen unsern Bruder war ich wohlwollend (gegen sie).** — ***Hebr.*** als wäre er ein Freund, ein Bruder mir, ging ich einher. - ***Pagnin.*** *Tamquam amicus, tamquam frater meus [esset, sic] ambulabam.* - ***Hier.*** *quasi ad amicum, quasi ad fratrem meum, sic ambulabam.* - [***Euthym.*** Ἀδιάφορος ἡ τοῦ εὐηρέστουν σύνταξις. - ***Thom.*** *Haec constructio est mirabilis, quia non habent hi accusativi unde regantur.* - ***Cassiod.*** *Quantum ad eloquentiam latinam* proximo *et* fratri *complacuisse nos dicimus: sed hic mutatus est nominum casus; pro dativis enim accusativi sunt positi. Quae figura dicitur* antiptosis, *quando casus pro casu ponitur.* - ***Haymo:*** Sic complacebam *mihi, vel Deo Patri: sic scilicet, habendo populum illum* quasi proximum et quasi fratrem *carnalem.* - ***HugCar.*** Quasi proximum: *supple amans et habens quemlibet, et ei ut fratri meo communicans.* - ***Agell.*** *Nihil est autem quod quemquam moveat, quod complacere proximum dictum est et in latina versione, et in graeca* ὡς πλησίον ὡς ἀδελφόν, *quasi dicendum fuerit* ὡς ἀδελφῷ: *quasi proximo et quasi fratri nostro sic complacebam; cum etiam apud Apostolum haec loquendi formula inveniatur in epistola* ad Hebraeos (13, 16), *ubi cum de beneficentia et liberalitate loqueretur, adjunxit:* Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.] - ***Bellarm.*** *Complacebam mihi sive affectus eram erga unumquemque adversariorum quasi erga proximum, sive socium, sive amicum, immo etiam erga fratrem nostrum.* - ***Titelm.*** *Tamquam ad amicos et amicitia singulari velut proximos, immo tamquam erga fratres meos, sic placide, mansuete et benigne in omni gratia conversabar ad illos.* - ***Athan.*** Ὥσπερ ἀδελφὸν καὶ φίλον, οὕτως ἐσπούδαζον εὐεργετεῖν αὐτοὺς, βουλόμενος θεραπεύειν· διὸ καὶ ἐπένθουν ὑπὲρ αὐτῶν. - ***Theodor.*** Πᾶσαν αὐτῷ θεραπείαν ὡς ἀδελφῷ γνησίῳ προςέφερον, καὶ ἀσχάλλοντος καὶ πενθοῦντος ἐμιμούμην ταπείνωσιν, οὐκ ἀνασχόμενος μεγαφρονεῖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν.

arcus eorum confringatur (τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη). *Aug. PsaltMoz.Rom.* conteratur. - *Hebr.* **ihre Bogen werden zerbrochen werden.** - *Prat.* *confringantur.* - *Pagnin.* *confringentur.* - *Hoen:* *Ex nimis forti insidiarum intentione confringetur, rumpetur, contereturque.* - *Thom.* *Hoc autem erit, quando destruetur dolositas eorum, ne implere possint quod coeperunt.* - *Titelm.* *Omnis eorum virtus et potestas qua bonis nocere cogitaverant, divinae justitiae dispositione non habebit fortitudinem, evacuabiturque prava eorum machinatio, et Deo impediente ad effectum non pertinget.* - *Haymo:* *Dolus ejus inefficax habeatur, ne bonos possint decipere et sibi conformes efficere.* — 75, 4 ibi confregit potentias arcuum. ſ. ***potentia.*** — c) רִצֵּץ: 73, 14 tu confregisti capita draconis. ſ. ***draco.*** — 2) συνθλάω a) נָתַץ: **57, 7 molas leonum confringet Dominus.** נְתוֹץ **zerbrich.** - *Hier.* *confringe.* — Gott soll die Frevler unschädlich machen. - *Qimchi:* שלא יזיקוני דבריהם הרעים »daß mir nicht schaden ihre bösen Reden«. - *Plac-Parm.* *Malas eorum cogitationes, eorum iniqua consilia ac maligna opera dissipabit et destruet adeo, quod me non vorabunt.* - *Hoen:* *ita etiam potens erit conterere, confringere, comminuere sive apertas, sive occultas saevientium hostium suorum dirissimas persecutiones, potentissimasque saeviendi vires.* - *Agell.* *Deus non modo ex ore eorum et ex dentibus praedam extrahet, et in se confidentes eripiet, verum etiam vires eorum auferet, quibus pauperes et inopes et innocentes opprimunt.* - *Theodor.* Ἐδίδαξεν, ὡς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰς παντοδαπὰς αὐτῶν διαβολὰς διαλύσει. — b) מָחַץ: **67, 22 Deus confringet capita inimicorum suorum.** — *PsaltVet. Rom.* conquassabit. - *Qimchi:* בלא חרב ובלא חנית »ohne Schwert und ohne Speer«. - *Bellarm.* *Superbiam inimicorum suorum humiliabit, dum eos ad inferos aeternis cruciatibus puniendos damnabit.* - *Titelm.* *Quam quam vero ipsius Domini nostri sunt exitus a morte, ut credentes in se, quos voluerit, faciat exire a morte: ita tamen, qui adversus ipsum inimicitias obstinato animo servant, qui in ipsum corde obdurato credere recusaverint ipsumque ut Deum verum et summum non voluerint debito agnoscere famulatu, horum capita ipse potenter in severitate justitiae suae concutiet et valde conquassabit, ita ut confringat.* ſ. ***capillus.*** — **109, 5 confregit in die irae suae reges: zerschmettert Könige am Tage seines Zornes.** *Hier.* *percussit in die furoris sui.* — Der Sänger sieht mit prophetischem Auge die feindlichen Könige bereits zerschmettert und das Schlachtfeld mit Leichen angefüllt (V. 6). *Niceph.* Ἀντιχρονικῶς· ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. - *Theodor.* Τοὺς νῦν ἀντιτείνοντας καὶ θρασυνομένους ἄρχοντάς τε καὶ βασιλέας ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ παραδώσει κολάσει. - *Euthym.* Περὶ τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως ὁ λόγος, ὅτι συντρίψει τοὺς ἀσεβεῖς βασιλεῖς, ἐν ταῖς ἀποτεταγμέναις κολάσεσιν. Εἰ δὲ βασιλεῖς, δῆλον καὶ τοὺς ἄλλους πάντας. - *Chrys.* Οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι τοῦτο καὶ περὶ τῶν παρόντων λέγων τῶν ἐπανισταμένων τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ περὶ τῶν μελλόντων δώσειν εὐθύνας ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον καὶ ἠσέβησαν. - *Hoen:* Confregit, *tam certo confringet, percutiet, disperdetque* in die irae suae, *peculiariter quidem novissimi judicii tempore, alias etiam quotiescunque iratus ultionem de inimicis suis vel in praesenti vita sumet, ac si jam confregisset potentissimos quosque tyrannos et* reges, *sui Ecclesiaeque suae persecutores.* — c) גָּדַע: 106, 16 vectes ferreos confregit. ſ. ***vectis.*** — 3) συγκλάω a) קִצֵּץ: **45, 10 confringet arma: er zertrümmert die Waffen.** *Hier.* *concidet hastam.* - Manche übersetzen: *Hebr.* **er stumpft ab den Speer.** — b) גָּדַע: 74, 11 omnia cornua peccatorum confringam. ſ. ***cornu.*** — 4) ἐκθλίβω, מָחַץ: **17, 39 confringam illos, nec poterunt stare: ich zerschmettere sie, und sie können**

nicht aufstehen. — ***Cassiod. PsaltMoz. Rom.*** affligam. - ***Hier.*** *caedam eos, et non poterunt resurgere.* - ***Titelm.*** *Conteram tuo auxilio virtutem illorum atque in nihilum redigam, nec poterunt consistere ante conspectum meum ad mihi resistendum, sed victi confusique fugient.* - ***Euthym.*** Ἀναγκάσω αὐτοὺς, στενοχωρῶν καὶ πιέζων πάντοθεν· καὶ οὐ μὴ δυνηθῶσι στῆναι κατὰ πρόσωπον εἰς παράταξιν. — **5)** καταθλάω, רָצַח: **41, 11 dum confringuntur ossa mea, exprobrabant mihi qui tribulant me: während mein Gebein zermalmt wird, verhöhnen meine Dränger mich.** — בְּרֶצַח mit Zermalmung (oder »als Zermalmung«) wird von den Neueren meistens gefaßt im Sinne von »zu meinem größten Schmerz« (der Hohn geht ihm durch Mark und Bein). - ***Agell.*** *Tamdiu ossa mea mihi confringebantur, quamdiu mihi inimici exprobrabant, ubinam esset Deus meus. Itaque illorum exprobratio meorum ossium erat confractio. Aut illa praepositio graeca* ἐν *non temporis spatium, sed comparationem ac similitudinem significat: perinde erat, cum mihi exprobrabant, ac si ossa mea ferro perfoderent atque confringerent.* — Die meisten alten Erklärer fassen aber dum confringuntur als Veranlassung und Grund des Hohnes auf. ***Pelbart.*** Ossa, *i. e. vires animi* confringuntur, *quando vincuntur in tentationibus.* - ***Bellarm.*** *dum ad summam debilitatem et infirmitatem devenio, ut tentationes vix jam ferre possim.* - ***Cassiod.*** *Dum patientiae nostrae virtus affligitur, quasi* ossa franguntur. *Hoc irrident videntes inimici et velut probrosum aliquem abominantur, cui nullam felicitatem mundi istius arridere cognoscunt.* - ***PlacParm.*** *Ossa dicuntur majores in populo, quia sicut ossa corpus sustentant, sic populus majoribus sustentatur, dum monent, confortant, adjuvant, consulunt, et hujusmodi. Ideo inimici mei mihi exprobraverunt, quando ossa, i. e. majores et primates occiduntur.* - ***Titelm.*** *Cum infringi coeperint atque deficere ossa mea, dum paulatim quasi flaccescunt vires animae meae, spiritu tristi ossa mihi exsiccante, statim gaudentes et exultantes insultant mihi adversarii, homines carnales et amatores hujus saeculi.* - ***Euthym.*** Συντριβομένων τῶν ὀστῶν μου τῷ ἄχθει τῶν φόρτων, ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις· καὶ καταπονουμένης ἐν ἐμοὶ δυνάμεως (ἣν ἐδήλωσε διὰ τῶν ὀστῶν) ἐπετώθαζον οἱ ἐχθροί μου. — **6)** für κατάγω הוֹרִיד (stürzen): **55, 8 in ira populos confringes.** - ***Aug.*** deduces. - ***Hebr.*** **stürze im Zorn die Völker, o Gott.** ***Prat.*** *deduc Deus.* - ***Hier.*** *detrahet Deus.* - ***Targ.*** תְּמַסְכֵּן »du wirst arm machen«. - ***Pelbart.*** *In punitione, qua flagellas peccatores, eos humiliabis et ad poenitentiam vel justitiam intrare compelles.* - ***Titelm.*** *In implacabili ira tua populos in suis malitiis obstinatos et perseverantes in impoenitentia sua conteres atque in aeternam damnationem projicies.* - [***Aug.*** erklärt die LA. deduces: *Irasceris et deduces, saevis et salvas, terres et vocas. Quid est enim:* In ira populos deduces? *Imples tribulationibus omnia, ut in tribulationibus positi homines recurrant ad te, ne deliciis et securitate perversa seducantur.*]

con-fugĭo, fūgi, ĕre, hinzufliehen, irgendwohin seine Zuflucht nehmen: καταφεύγω: **142, 9 ad te confugi.** — Die masoret. LA. אֵלֶיךָ כִסִּתִי erklärt ***Qimchi:*** אליך צעקתי בסתר ונמכסה בני אדם »zu dir rief ich im geheimen, verborgen vor den Menschen«. Mit Recht bemerkt dazu ***Baethg.*** daß »eine solche Breviloquenz auch im Hebr. nicht möglich« ist. - ***Hier.*** *a te protectus sum* (las vielleicht כֻּסֵּיתִי). - ***IbnEzra*** nimmt ebenfalls mit den ***LXX*** כָּסָה im Sinne von »sich bergen«, »Schutz suchen« (אליך כסיתי כמו בך חסיתי). - Auch ***Luther:*** zu dir habe ich Zuflucht. — Die meisten Neueren lesen geradezu חָסִיתִי (***Kennicott*** Handschr. 224) st. כִּסִּתִי, das aber sonst stets mit בְּ, nicht mit אֶל konstruiert wird. - ***Baethg.*** liest חִכֵּיתִי (Is.

8, 17). - ***Hirsch*** übersetzt: »im Hinblick auf dich habe ich über alles den Schleier geworfen (indem ich alles dir anheimstellte)«. - ***Syr.*** wußte nichts damit anzufangen, ließ es ganz aus. - ***Targ.*** erklärt: מֵימְרָךְ מַנֵּיתִי לְפָרִיק »dein Wort habe ich bestimmt zum Erlöser«.

con-fundo, fūdi, fūsum, ĕre, eig. zusammengießen, vermischen, vermengen; übtr. verwirren, verstört machen, beschämen, jemandes Hoffnung täuschen, zu Schanden werden lassen: καταισχύνω 1) הֵבִישׁ: **13, 6 consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes ejus est: möget ihr des Armen Plan zu Schanden machen (wollen) — denn seine Hoffnung ist der Herr.** — Ein Konzessivsatz: »möget ihr den Plan des Frommen, der euren Verfolgungen zu entrinnen sucht, vereiteln wollen«; der Nachsatz ist prägnant: »es thut nichts, denn Gott ist seine Zuflucht« (***Wolter:*** »euer Spott kommt euch teuer zu stehen, denn Gott, der starke Rächer der Unterdrückten, ist seine Zuversicht«). So ist wohl auch der lat. Text mit den neueren Erklärern des hebr. Textes (תָּבִישׁוּ) aufzufassen. - ***Langer:*** »doch vergeblich, dieweil der Herr der endgiltige Richter.« - ***Schegg:*** »Ihr machet lächerlich, ihr lachet über die Hoffnung des Frommen durch eure Reden ‚Es ist kein Gott'; und suchet sie zu vereiteln durch eure Handlungen: aber wie steht es jetzt um euch und um uns? Euer Ende zeigt, auf wen wir vertrauten. — Gott kann nicht immer auf der Stelle einschreiten: was hätte denn das Vertrauen sonst für ein Verdienst? Daher mögen sich die Bösen über den Rat, d. h. die ganze Lebensweise der Guten wohl lustig machen, aber zu Schanden werden sie selber werden«. - ***Bickell:*** »Macht Dulders Rat zu Schanden: Gott hilft ihm doch«. - ***Reischl:*** »Mögt ihr des Armen Rat zu Schanden machen —; ist denn doch der Herr (ihm) seine Zuversicht«. - Dieselbe Auffassung bei ***Lorin.*** *(ultimo loco): Potest porro in hac sententia* quoniam *valere* at *vel* verumtamen. - Für die griech. Väter war diese Erklärung selbstverständlich, da sie ὁ δὲ Κύριος lesen, eine zweifelsohne aus der schwierigeren ὅτι Κύριος entstandenen LA. - Die alten Erklärer des lat. Textes fassen quoniam durchgängig als Ergänzung zu concilium oder Grundangabe zu confudistis. - ***Bellarm.*** *Irrisistis inopis consilium quasi stultum, quia ille pauper in Deo spem posuit. Videtur enim stultum consilium hominibus hujus mundi, sperare in Deo, qui non videtur, et non sperare in divitiis et aliis rebus, quae videntur.* - ***Agell.*** *Hoc ipsum consilium inopis, quo spem omnem in Deo collocatam habet eumque sibi protectorem delegit, sub quo se tutum esse et a malis omnibus liberatum iri confidit, tamquam cogitationem vanam ac ridiculam illusistis ac despexistis.* - ***Bellarm.*** *Adeo vos excaecati estis, ut non solum non invocetis Deum, sed irrideatis eos, qui id faciunt.* - ***Aug.*** *Contempsistis humilem adventum Filii Dei, quia in ea non vidistis pompam saeculi: ut hi quos vocabat, in Deo solo spem ponerent, non in rebus transeuntibus.* [Da הֵבִישׁ sonst kein sachliches, sondern nur ein persönliches Objekt hat, da es eigentl. heißt »machen, daß sich jemand schämen muß«, versuchen andere eine Textänderung. ***Baethg.*** liest: מֵעֲצַת עָנִי הֹבִישׁוּ »mit dem Plan auf den Elenden sind sie zu Schanden geworden; denn Jahve ist seine Zuflucht«.] — **43, 8 odientes nos confudisti: du machst zu Schanden die uns hassen** (Erfahrungsthatsache). - ***Thom.*** *dum non possunt consequi contra nos intentum suum: et confunduntur hic et confundentur in futuro.* - ***Bellarm.*** *Efficies protectione tua, ut conatus eorum frustraretur et ipsi confusi ab oppugnatione nostra recederent.* - ***Titelm.*** *Eos qui nos oderunt et persecuti sunt, tua potentia* confudisti, *primum*

quidem eorum malas cogitationes, quibus nos putabant opprimere ad nihilum deducens; deinde etiam pro nobis adversus eos pugnans, eosque ante nos in fugam convertens atque sub nobis humilians, nostraeque ditioni subjiciens. — **118, 31 noli me confundere: laß mich nicht zu Schanden werden.** - ***Agell.*** *quod hominis est post illum in Deo profectum excidentis.* - ***Bellarm.*** *quod fieret, si auxilio tuo me destitueres.* - ***Hoen:*** *Si patiaris me auxilii tui spe frustrari, parumque me deseras, in culpam pudore suffusus incidam: quod ne fieri permittas, unice rogo.* - ***Heser:*** *Ne permittas, ut ea spes, quam in auxiliis gratiae tuae collocatam habeo, me deludat, delusoque ruborem incutiat: pudor enim et confusio nascitur, ubi quod speratur ac petitur, non impetras beneficium.* - ***Aug.*** Viam veritatis elegi (v. 30), *ubi currerem:* judicia tua non sum oblitus, *ut currerem.* Adhaesi testimoniis tuis, *cum currerem*; Domine, noli me confundere: *quo curro pertendem, quo tendo perveniam.* Non *enim* volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom. 9, 16). - ***Euthym.*** Μή με καταισχύνῃς παραχωρήσας ἡττηθῆναι τῶν ἐχθρῶν. - ***Theodor.*** Ζητεῖ δὲ τρυγῆσαι τῆς τοσαύτης διαθέσεως καρπὸν, τὸ μηδεμίας πεῖραν αἰσχύνης λαβεῖν. - ***Qimchi*** findet die Beschämung verursacht durch das Nichtverstehen des Gesetzes, das man eifrig studiert: der Sänger bete also um Gottes Beistand zum tiefen Eindringen in das Verständnis des Gesetzes: כיון שדבקתי בהם ללמדם תמיד אל תבישני מהם שלא אבינם ולא אבוא על תכונתם כי זה יהיה לי בושת אם לא אבינם על הנכונה כיון שאני מתעסק בהם תמיד. — **118, 116 non confundas me ab expectatione mea: laß nicht zu Schanden werden mich an meiner Hoffnung.** Täusche mich nicht in meiner Hoffnung; laß sie erfüllt werden! — ***DionCarth.*** *Me non confundi permittas a bono expectato a te, quod est gratia in praesenti, atque aeterna beatitudo in coelo. Expectatio autem ista est idem quod spes, quoniam spes est certa expectatio futurae felicitatis. Orat ergo, ne frustretur spe sua, sed effectum spei mereatur sortiri.* - ***Heser:*** *Non pudefacias me, qui quod in Lege promisisti, te servaturum eos, qui servant illam, certus expecto.* Non confundas, *obsecro,* me *servulum tuum* ab expectatione mea, *quia in te spero; spes autem non confundit. Si tribulor, tu subministra patientiam, ut sufferre possim. Tu, quem expecto, suscipe me, confirma me, ne opprimar infirmitatibus, ne succumbam tentationibus, ne procellis obruar, in quibus est probanda patientia. Frangimur frequenter laboribus, et defatigamur: quod si spes desit, confundimur et tota mente turbamur. Fac, duros aliquos esse ad labores, firmos ad injurias perferendas; si spem iis auferas, non potest esse perpetua patientis tolerantia. Spes sola est, quae nostrum non confundit affectum. Ut igitur nullo tempore confundar, a spe non patiaris me excidere; quam si retinuero, nullus ambigo de salute, quam tu pollicitus es mihi, et ego a te in dies expecto.* — 2) הִכְלִים **43, 10 nunc autem repulisti et confudisti nos: jetzt aber hast du uns verworfen und beschämt.** - ***Heser:*** *Confundi nos permisisti, dum nos devictos, captos, malis omnibus oppressos humo non levasti.* - ***Euthym.*** Κατῄσχυνας ἀντὶ τοῦ αἰσχυνθῆναι πεποίηκας, μὴ ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν τοιαῦτα πασχόντων. - ***Hoen:*** *Omnino videris nos repulisse ac veluti confusibiles omnium ludibrio exposuisse, quibus vel ipsum religionis nostrae publicum nomen infamiae dedecorique ducitur.* - ***Titelm.*** *Videris nos a cura et protectione tua abjecisse, et non ultra ad nostras afflictiones attendere: et in confusionem maximam devenire permisisti nos, in subjectionem hostium et afflictionem magnam, quam sustinemus ab eis.* — *pass.* confundor, beschämt, zu Schanden werden: αἰσχύνομαι, καταισχύνομαι 1) בּוֹשׁ: **21, 6 in te speraverunt, et non sunt confusi: auf dich hofften sie, und**

werden nicht zu Schanden. - ***Aug.*** *nec eos fefellit spes; non enim in se illam posuerunt.* - ***Hoen:*** *aut spe sua frustrati. Cum igitur et ego in te confidam atque die noctuque ad te clamem, etiam procul dubio non confundar, sed ex mortis ignominia gloriose eripiar.* - ***Bellarm.*** *Quotiescunque enim filii Israel clamaverunt ad Dominum, misit eis salvatorem unum ex Judicibus, ut Gedeonem, Samsonem, Samuelem etc.* — ***24, 3 etenim universi, qui sustinent te, non confundentur: auch werden nicht zu Schanden werden alle, welche auf dich harren.** - ***Genebr.*** *non excident, non frustrabuntur, non fallentur sua spe.* - ***Turrecr.*** *nec hic, nec in futuro.* - ***Pelbart.*** *scilicet finaliter seu aeternaliter: quamvis aliquando confundantur temporaliter.* — 24, 4 c o n f u n d a n t u r o m n e s i n i q u a a g e n t e s s u p e r v a c u e. s. ***iniquus.*** — **30, 2 u. 70, 1 in te, Domine, speravi: non confundar in aeternum: auf dich, Herr, vertrau' ich; laß mich nimmermehr zu Schanden werden.** — [***Lorin.*** *Non est futurum indicativi modi, sed optativus modus:* μὴ καταισχυνθείην.] - ***Muis:*** *Quando speravi in te, ne, quaeso, frustretur me spes mea.* - ***Genebr.*** *ne excidam illa spe.* - ***Jansson.*** *Benedicit* in aeternum, *quia certum est, quod si spes aliquo interdum temporali proventu frustretur, eam tamen proventu aeternae salutis, nisi ipsa defecerit, nunquam esse frustrandam.* - ***Turrecr.*** *etsi temporalem sustineam confusionem a Judaeis.* - ***Bredemb.*** *Quod addit* in aeternum, *bifariam intelligi potest: aut ne unquam patiaris me confundi; aut, nunc quidem mihi tamquam a te derelicto et confuso hostes insultant: tu tamen, o Domine, ne patiaris hanc confusionem esse aeternam.* - ***Theodor.*** Αἰσχύνη με ἡ ἁμαρτία περιέβαλε πολλῇ· ἱκετεύω δὲ μὴ μέχρι πολλοῦ ταύτην ἐπιμεῖναί μοι, διὰ τὴν ἐπὶ σοί μοι γεγενημένην πεποίθησιν. — **30, 18 Domine, non confundar** (μὴ αἰσχυνθείην), **quoniam invocavi te.** - ***Hoen:*** *tum exauditionis spe frustrandus, tum contumeliis et opprobriis exponendus.* - ***Titelm.*** *Ne permittas confundi me, ut in subjectionem non veniam hostibus meis: quoniam te ego advocavi in auxilium meum, qui non soles te invocantes relinquere confusos.* - ***Theodor.*** Ὁ μέγας παρακαλεῖ Δαυῒδ, αὐτὸν μὲν τῆς διὰ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένης αἰσχύνης ἀπαλλαγῆναι, τοὺς δὲ δυσσεβείᾳ συζῶντας μετ᾽ αἰσχύνης τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι. - ***Pelbart.*** non confundar *confusione peccati in tuo judicio victus coram Angelis sanctis.* — **34, 4** (vgl. 39, 15; 69, 3) **confundantur et revereantur, quaerentes animam meam: beschämt, zu Schanden mögen werden, die mir nach dem Leben trachten.** - ***Jansen.*** *frustrati nimirum suis conatibus.* - ***Agell.*** *Ne permittas, ut illis succedat quod volunt, sed fac ut eventus in contrarium cadat, quam animo praesumpserunt: ut qui animam ac vitam meam eripere cogitarunt, cum eam divino auxilio conservatam viderint, ex pudore ac verecundia se in tenebras condant, ipsam quoque lucem reformidantes.* - ***Hoen:*** *pudore suffusi, te pro me pugnante, quotquot sunt* quaerentes *perdere vitam seu* animam meam. — **36, 19 non confundentur in tempore malo: nicht zu Schanden werden sie in böser Zeit.** - ***Bellarm.*** *Tempore sterilitatis et penuriae* non confundentur, *quia non cogentur erubescere mendicando panem.* - ***Euthym.*** Οὐχ ἡττηθήσονται ἐν καιρῷ ἐπιπόνῳ, ἤγουν ἐν πειρασμῷ· ἔχουσι γὰρ τὸν ἀντιλαμβανόμενον. Ἢ καιρὸν πονηρὸν λέγει τὴν ἡμέραν τῆς μελλούσης κρίσεως, ἥτις ἐστὶν ἐπίπονος τοῖς ἁμαρτωλοῖς. - ***Thom.*** *Mali enim in tempore adversitatis confunduntur, non boni. Tunc nempe confunditur quis, quando perdit, in quo sperat; sed quando id manet, in quo sperat, non confunditur. In adversitate autem perduntur temporalia, in quibus boni non sperant: et ideo non confunduntur tempore adversitatis. Vel de futuro in die judicii: et in eo impii confundentur per erubescentiam de peccatis.* —

52, 6 confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos: zu Schanden wurden sie; denn Gott hat sie verworfen. — Die *LXX* (κατῃσχύνθησαν) u. *Syr.* (ܒܗܬܘ) lasen הֹבִישׁוּ statt des masoret. הֱבִישֹׁתָה, bei dem das Objekt vermißt wird (wenn nicht הֲבִישֹׁתָם zu lesen ist). ***Pagnin.*** *pudore affecisti (illos).* - ***Prat.*** *confudisti.* - ***Hier.*** übersetzt *confunderis.* [Der hebr. Text enthält eine Anrede an Israel, das mit Gottes Hilfe seine gottlosen Feinde besiegt hat. - ***Lorin.*** *Videtur juxta editionem hebraeam apostrophe ad Christum, quasi dicat: o Christe, confudisti eos ac spe illos sua dejecisti, qui placere hominibus malunt, quam tibi Deoque, quoniam Deus sprevit, abjecit, aversatus est eos: vel ad justum quemlibet, ut ei dicatur* confudisti eos, *ac spem eorum, qui volebant devorare et perdere te, id autem ope divina, quia Deus illorum conatus fregit, eosdem rejiciendo. Secundum versionem Hieronymi dirigitur oratio ad populum Chaldaeum, qui Hebraeum abduxit in captivitatem:* confunderis, *quia Deus projecit eos, i. e., ut exponit Trevetus, cedet tibi in confusionem, quod captivum duxeris populum illum, tunc Deus projecit ipsum*]. - ***Titelm.*** *Confusione aeterna confundentur ejusmodi, neque raro etiam confusione temporali in hoc saeculo: quoniam Deus omnipotens abjecit eos et a se in perpetuum separavit, jubens, eos ut iniquitatis operarios abscedere in ignem aeternum cum diabolo et angelis ejus, cui in vita servierunt.* - ***Euthym.*** Ἀνθρωπαρέσκους ὀνομάζει τοὺς Ἰουδαίους ... Αἰσχύνη πᾶσιν ἔθνεσι προςετέθησαν, κακοδαιμονέστατοι καὶ ἀτυχέστατοι καὶ βαρυσυμφορώτατοι τῶν πώποτε ἀνθρώπων γενόμενοι· τοῦτο δὲ πεπόνθασι, διότι ὁ Χριστὸς ἐξουδένημα καὶ ὄνειδος αὐτοὺς πεποίηκεν. — 70, 13 confundantur et deficiant. s. ***deficio.*** — **96, 7 confundantur omnes qui adorant sculptilia.** - ***Münster:*** *confundentur.* - ***Baethg.*** »beschämt sind alle Bilderverehrer« »in erster Linie die Babylonier; das Imperfekt dient zur Vergegenwärtigung«. - ***Olsh.*** »die Götzendiener sind beschämt, weil ihre angeblichen Götter sich vor dem Herrn haben beugen müssen.« - ***Titelm.*** Confundantur *in terribili ultionis tempore.* - ***Agell.*** *Hoc Deo regnante princeps ille mundi qui sibi divinitatis honores ac titulum usurpaverat, de suo principatu dejectus jacebit, ejusque cultores qui eum per simulacra ficta et sculpta venerabantur, et de suis diis gloriabantur, detecta illius fraude, et turpi ludibrio comperto quo ille diutius ignaris illuserat,* confundentur, *et qui falso gloriabantur, pudore postmodum suffundentur, tamdiu se verum Deum ignorasse, tamdiu sibi ab impudentissimo tyranno illusum esse: ab illis se hucusque putasse omnia bona, omnem felicitatem suam accepisse, qui sibi dedecoris ac turpitudinis auctores fuissent.* - ***Euthym.*** Αἰσχυνθήτωσαν τοιούτων ἔργων ἀπ᾽ αὐτοῦ τελουμένων, ἢ τῆς εἰδωλικῆς πλάνης ἐλεγχομένης. — **118, 6 tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis: dann werd' ich nicht zu Schanden, wann ich schau' auf all' deine Gebote.** - ***Plac-Parm.*** *Cum sit, agit. Non erubescit extrinsecus, nec intrinsecus confunditur, quia qui in uno deficit, fit omnium reus.* - ***Heser:*** *Tunc omnia mihi pulcherrime succedent, si semper tuas leges ob oculos habuero, measque singulas actiones metiatur earum regula.* - ***Titelm.*** *Scio, donec diligenter respexero attenteque consideravero ad omnia quae a te sunt praecepta, omnibus actionibus meis quasi regulam ea applicando, nunquam mihi veram apud te confusionem posse contingere: atque unico hoc medio confusionem aeternam spero me posse evadere, quam invenient omnes, qui ad mandata tua non respiciunt, aut etiam si ad aliqua, non ad omnia, quaedam negligentes.* - ***Theodor.*** Παρανομίας γὰρ αἰσχύνη καρπός. Οἱ δὲ πάσας τοῦ Θεοῦ πληροῦντες τὰς ἐντολὰς τὴν ἀπὸ σοῦ συνειδότος ἔχουσι παῤῥησίαν. - ***Athan.*** Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως οὐ μὴ ἀκούσω· παρὰ τοῦ τὸ Οὐκ οἶδά σε, ἂν

ἡ διάνοιά μου πεφώτισται [ἐπὶ] πάσας τὰς ἐντολάς μου. – *Aquav.* *Nam qui averterit se a mandatis Dei, multiplici confusione confundatur necesse est. Primum,* confundetur *confusione illa magna et horribili, quando coelis magno impetu transeuntibus, coelorumque virtutibus commotis, justisque in memoria aeterna reservatis et non timentibus ab auditione mala, ipsis Angelis testibus atque hominibus, cuncta creatura contremiscente, in opprobrium aeternum et confusionem interminabilem detrudentur. – Secundo, significat interdum* confusio *in Scripturis ruborem illum et verecundiam, quam ex negata sibi petitione aliquis incurrit . . . Quoniam ergo Dominus, qui voluntatem timentium se facit et deprecationem eorum audit, preces eorum utpote ab obedientia deductas, atque ab amore et spe dictatas clementer exaudit, recte gloriatur Propheta, ubi legem Domini perspexerit, futurum, ut non confundatur. — Sumitur tertio* confusio *pro injuria aliqua et dehonestatione. Qui autem praecepta Dei evacuat, justitiae lumine et virtutum indumento nudatur.* — **118, 46 loquebar in testimoniis in conspectu regum, et non confundebar.** — Auch vor heidnischen Königen redet der Sänger ohne Scheu von Gottes Gesetz. — ***Euseb.*** Χαριέντως ἁρμόσειε τοῦτο τῷ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀγομένῳ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ μαρτυρεῖν. – ***Aquav.*** *Loquebatur cum fiducia Joannes in conspectu Herodis regis; loquebantur et Martyres in conspectu regum. Denique verba Domini ejusmodi sunt, ut ab amante in quovis periculo taceri non possint.* — 118, 80 ut non confundar. s. ***immaculatus.*** — **126, 5 non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta: er wird nicht zu Schanden, wann er mit seinen Feinden redet an dem Thor.** — ***Hebr.*** sie werden nicht zu Schanden, wann sie mit den Feinden reden an dem Thor. ***LXX*** οὐ καταισχυνθῶσιν, ὅταν λαλῶσιν τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλῃ. – So auch ***Targ.*** (לָא יִבָּהֲתוּן): – ***Syr.*** (ܘܠܐ ܢܒܗܬܘܢ). – ***Hier.*** *(non confundentur).* – Zur LA. der ***Vulg.*** bemerkt ***Agell.*** *Graeci autem et hebraei codices et multi manuscripti latini, iique praestantissimi, multitudinis numero habent* non confundentur, cum loquentur. – So lesen auch ***Hilar. Cassiod.*** – Nach dem lat. Texte ist vir Subjekt; ebenso erklären die griech. Väter auch den griech. Text (***Athan.*** οἱ τοιοῦτοι οὐ καταισχύνονται. – ***Niceph.*** οἱ πληρώσαντες τὴν ἐπιθυμίαν). – Bei dem hebr. Texte denken manche Exegeten nur an die Söhne dieses Mannes allein; jedenfalls ist richtiger, an den Mann mit seinen Söhnen zu denken, wie schon ***Qimchi*** erklärt (הוּא וּבָנָיו). – Am richtigsten ist es aber, mit der ***Vulg.*** an erster Stelle den glücklich gepriesenen Mann selbst hierunter zu verstehen. [***Lorin.*** *Facile fuit ut codicibus hebraeis additum sit* ו *efficiens pluralem numerum.*] – Weiteres s. ***porta.*** — 128, 5 confundantur et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. s. ***odi.*** — **2) חָפֵר: 33, 6 facies vestrae non confundentur: euer Angesicht wird nicht beschämt.** ***PsaltVet.Rom.*** vultus vestri non erubescent. – ***Hebr.*** ihr Angesicht wurde nicht beschämt (brauchte nicht zu erblassen). – Die ***LXX*** lasen die vorhergehenden Verba im Imperativ: הַבִּיטוּ וּנְהָרוּ; – ebenso ***Syr.*** (ܚܘܪܘ ܘܐܬܢܗܪܘ) u. ***Hier.*** *(respicite ad eum et confluite)*: dadurch war das Suffix der zweiten Person notwendig. – Auch ***Baethg.*** giebt der LA. der ***LXX*** den Vorzug: »die masoret. Vokalisation als Perfekt war nötig geworden, nachdem פניכם in פניהם verschrieben war.« – ***Bellarm.*** *Accedite securi, nolite timere repulsam, exaudiet et excipiet vos neque patietur* confundi facies vestras. *Dicitur enim* confundi facies, *quando qui petit, non impetrat et ideo cum rubore discedit.* – ***Hoen:*** *sed exaudita prece vestra, impetrataque quam petistis, re ac materia recreabuntur.* – ***DionCarth.*** *In-*

tellectus vestri seu corda non fraudabuntur spe sua, nec patebunt contemptui, sed certissime adipiscentur quod quaerunt. - ***LudSax.*** *Mentes vestrae non frustrabuntur nunc in precum exauditione: vel in futuro in mercede.* — 34, 4 (καταισχύνομαι); 82, 18 (ἐντρέπομαι). — **3)** נִכְלַם **a)** ἐντρέπομαι: **68, 7 non confundentur super me qui quaerunt te, Deus Israel: laß in mir (meinetwegen) nicht zu Schanden werden, die dich suchen, o Gott Israels.** ***Hier.*** *in me.* - ***Qimchi:*** אני מקוה בגלות ואף על פי שארך ואם תאבד תקותי תאבד תקות כל המקוים אליך ויבושו כי יאמרו אלה היו מקוים באלהיהם בגלותם ואין מושיע »ich hoffe (auf dich) im Exil, wenn es auch lang war: wenn nun meine Hoffnung zu nichte wird, wird vernichtet die Hoffnung aller, die auf dich vertrauen und sie werden zu Schanden, denn sie sagen: jene vertrauten auf ihren Gott in ihrem Exil, und er errettete (sie) nicht«. - ***Hoen:*** *Non scandalizentur ulli mei causa, persuadendo sibi quid, si Filius ejus in eo confidens non fuerit ex tribulatione ereptus, quis sperantium in Domino eripietur? si Filius, qui omnibus virtute praeluxit, a Deo sit derelictus, quis ab eo assumetur?* - ***Titelm.*** *Non patiaris, o Deus Israel, confundi et frustrari spem Fidelium tuorum, qui serviunt tibi et expectant a te salutem atque redemptionem: sed ab hac tribulationum mearum miseria me liberatum fac a morte resurgere, ut sic populo tuo diu expectata salus per mortis victoriam possit contingere.* — **b)** καταισχύνομαι: **73, 21 ne avertatur humilis factus confusus: es werde der Gebeugte nicht in Schanden abgewiesen;** sein Gebet werde erhört. — ***Hebr.*** **er kehre nicht zurück.** - ***Qimchi*** erklärt die Worte vom Nicht-Erhören des Gebetes der Exulanten (זה העני המתפלל לפניך אל ישוב מלפניך נכלם שלא תשמע תפלתו· והעני הוא ישראל בגלות). - ***Bellarm.*** *Petit ne, humilis populus cogatur reverti ab orando Deo confusus, si non impetraverit quod postulat. [Illud* factus *conjungitur cum voce humilis.]* - ***Euthym.*** ἐν μὴ εἰσακουόσθαι. - ***Athan.*** Μὴ ἀποβάλλῃ τὸν προσφεύγοντά σοι.

confusĭo, ōnis, *f.* (confundo), die Beschämung, Scham, Schande, Schmach **1)** αἰσχύνη **a)** בֹּשֶׁת: **34, 26 induantur confusione: sie sollen sich in Schande hüllen** (mit Schande ganz bedeckt werden wie mit einem Kleide). — ***Bellarm.*** *non solum leviter erubescant et verecundentur, sed toti cooperiantur confusione.* - ***PlacParm.*** *semper sint confusi, semper verecundi.* — 39, 16 ferant confestim confusionem suam. s. **confestim.** — **43, 16 confusio faciei meae cooperuit me: meines Angesichtes Scham bedeckt mich.** - ***Thom.*** *Dicitur* confusio faciei, *quia nascitur in facie: sed quando est magna, quod cooperiat totum corpus, causatur ex conculcatione et vilificatione.* - ***Heser:*** *totum ex omni parte, ut non circumferre liceat oculos, quin erubescam et pudore confundar et confusione totus obruar.* - ***Thomasius:*** *me tota die cooperuit ignominia et pudor faciei meae.* - ***Baethg.*** übersetzt ***Hebr.*** **Scham bedeckt mir mein Angesicht.** - »Die Übersetzung der Alten und meisten Neueren ‚die Scham meines Antlitzes bedeckt mich', d. h. die auf dem Antlitz lagernde Scham erstreckt sich über den ganzen Körper, ist gezwungen und unnatürlich. פָּנַי ist vielmehr zweites Objekt zu כִּסָּתְנִי«. Indes auch bei der gewöhnlichen Übersetzung muß man nicht notwendig an eine den ganzen Körper überziehende Schamröte denken. Das ganze Angesicht ist von Schamröte übergossen. — 68, 20; 108, 29; 131, 18. — **b)** בּוּשָׁה 88, 46. — **c)** חֶרְפָּה 70, 13. — **2)** ἐντροπή, כְּלִמָּה 68, 8.

con-glūtĭno, avi, atum, are, zusammenleimen = kleben; *pass.* intr. ankleben, κολλάομαι, דָּבַק: **43, 25 conglutinatus est in terra venter noster: es klebt**

am Boden unser Leib. - ***Cassiod. Psalt. Moz.Rom.*** adhaesit [so ist דָּבַק sonst stets übersetzt]. - Auch ***Hier.*** übersetzt *adhaesit.* - Die ***Masora*** faßt אֶרֶץ gleichbedeutend mit עָפָר (118, 25) im Sinne von »wir sind dem Tode nahe«. - Viele Erklärer verstehen dies von der Bedrückung des Feindes. ***Theodor.*** Διὰ δὲ τούτων τὴν πολλὴν σημαίνει ταπείνωσιν καὶ τῶν πολεμίων τὸ κράτος. - ***Agell.*** *Nonnulli* ventrem *terrae adhaerentem corpus ipsum tamquam ex parte totum intelligunt. Alii ventrem figurate positum putant, quia cum pronus cadit quispiam, nisi manibus lapsum sustineat, in ventrem cadit, et ea corporis pars terrae adhaeret. Ut igitur indicet lapsos se esse et lapsum sustinere non potuisse, adhaesisse in terra ventrem dicit, et ultimo casu prostratos jacere. Nam cujus genua terrae adhaerent, aut manus, is non prorsus jacet: at cujus venter terrae adhaeserit, is prorsus abjectus est et prostratus.* - ***Qimchi:*** הנופל יסמוך על ידו וכי תמעד ידו הנה בטנו דבקה בארץ »der Fallende stützt sich auf seine Hand; wenn aber seine Hand wankt, so klebt sein Leib am Boden«. - ***PlacParm.*** *His significavit angustiam animae et corporis ad extremum pervenisse.* - ***Tirin.*** *ad imum dejecti sumus et pedibus conculcamur.* - ***Sa:*** *conculcante hoste.* - Andere denken an das inbrünstige Gebet in der höchsten Not. - ***Cassiod.*** Adhaerere terrae *significat in orationibus diutius immorari, per quas efficaciter peccata vincuntur.* - ***DionCarth.*** *Proni in terram cecidimus, et totum corpus nostrum ad honorem tuae majestatis prostravimus, quatenus misericordiam consequamur.* - ***Titelm.*** *In tantis angustiis constituti procidimus super terram ante faciem tuam, humiliantes coram te animas et corpora nostra, ita ut adhaereat venter noster terrae, eique velut* conglutinetur *prae longitudine morae super eam: ut per hanc humiliationem tuam misericordiam supplices invocaremus.* - ***Bellarm.*** *dum toto corpore prostrati oramus te.* - ***Ayguan.*** *Qui genua orando flectis in terram, habet, quo plus humilietur. Qui vero sic humiliatur, ut* venter haereat terrae, *non habet ultra quo humilietur, quia venit ad summum signum humiliationis, quia bassior ex omni parte fieri non potest.* - Noch andere verstehen es von der Neigung zu irdischen Dingen. ***Athan.*** Τῶν γηίνων πράξεων ἐγκεκόλληται ἡ ψυχὴ ἡμῶν. - ***Euthym.*** Καὶ κολλᾶται εἰς γῆν ὁ γαστρίμαργος καὶ ὁ πόρνος, καὶ πᾶς φιλήδονος. - ***HugCar.*** Conglutinatus est *per amorem in terrenis.* - ***Jansson.*** *Qui inter nos carnales sunt, omni paene salutis cura seposita, toto animo saecularia sectantur. Et haec est causa tribulationis nostrae.*

congregatio, ōnis, *f.* (congrego), die Versammlung, Schar, Gemeinde: συναγωγή, עֵדָה: 67, 31 congregatio taurorum. s. ***taurus.*** — **73, 2 memor esto congregationis tuae: gedenk deiner Gemeinde.** - ***Turrecr.*** *populi scilicet Israelitici, quem congregasti in Aegypto.* - ***PlacParm.*** *Judaei quando in Aegypto erant, populi rationem non habebant, quia nec caput, nec principem obtinebant, sed ut servi Aegyptiis serviebant. Coepit autem esse populus, cum educti fuerunt in deserto. Ideo dicit* memor esto congregationis, *scilicet populi congregati, quam ab initio, quo coepit esse* congregatio *et populus, eam acquisivisti et possedisti.* - ***Pelbart.*** *Ecclesiae Fidelium.* — 105, 17 operuit super congregationem Abiron: sie überdeckte die Rotte des Abiron. s. ***Abiron.*** — **110, 1 in concilio justorum et congregatione: in der Gerechten Rat und der Gemeinde.** - ***Agell.*** Congregatio *frequentior est et populi multitudine plenior quam* consilium justorum, *quod e selectis et spectatis probitate et prudentia viris constat et a turba secretum est.* - ***Heser:*** *Celebrabo te, Domine, grates agam tibi cum occulte, tum publice; in privatis et in solemnibus conventibus justorum.* — **61, 9 sperate in eo, omnis congregatio populi.**

Cassiod. ***PsaltRom.*** omnis conventus plebis. - ***Ambr. PsaltMoz.*** omnis conventus plebis meae. - ***Hilar.*** omnis coetus plebis. - ***Aug.*** omne concilium plebis. - Die ***LXX*** lasen כָּל־עֲדַת עָם st. des masoret. בְּכָל־עֵת עָם zu jeder Zeit, o Volk. - ***Hier.*** *omni tempore, populi.* - ***Targ.*** בְּכָל עִדָּן אֻמְּא. - ***Syr.*** ܒܟܠ ܥܕܢ ܥܡܐ. - Mit Recht bemerkt ***Baethg.*** »Nacktes עָם kommt als Anrede sonst nicht vor; man erwartet עַמִּי«. Es ist höchst wahrscheinlich, daß die LA. der ***LXX*** die ursprüngliche ist. — Die Erklärer verstehen unter Volk entweder speziell Israel oder allgemein jedes Volk. - ***Theodor.*** Πάντων, ὦ ὁμόφυλοι, τῶν ἀνθρώπων καταφρονήσαντες, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα βεβαίαν ἐργάσασθε· καὶ πᾶσαν αὐτῷ ἀνάθεσθε τὴν διάνοιαν, ἀναμφιβολῶς τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἀναμένοντες. - ***Titelm.*** *Neque vero sic illum mihi facio peculiarem, ut ceteros generis mei excludam ab eo: immo vero multo magis ad universos verba faciens, generali exhortatione omnes populorum congregationes absque exceptione admoneo, ut in ipso spem suam constituant.* - ***Heser:*** Sperate *in Domino Deo nostro, o vos omnes, quotquot uspiam terrarum estis, populi.*

congrĕgo, avi, atum, are (com u. grex), eig. zusammenherden, allgem. vereinigen, sammeln, zusammenbringen: συνάγω, ἐπισυνάγω **1)** אָסַף: 34, 15 congregata sunt super me flagella. s. ***flagellum.*** — **38, 7 ignorat, cui congregabit ea: er weiß nicht, wem er sie sammelt.** ***Ambr. Cassiod. PsaltMoz. Rom.*** congregat. - ***Hebr.*** **wer sie einsammelt (einheimst).** - Mit dem masoret. Text stimmt überein ***Targ.*** (מַן); mit den ***LXX*** dagegen ***Syr.*** (ܠܡܢܘ) u. ***Hier.*** *(cui dimittit ea):* letztere lasen wohl לְמִי. - ***Heser:*** *Fac etiam illum scire, thesauros colligere se filiis, aliisve certis heredibus: ignorat tamen, qualibus bona sua relinquat: justis, vel injustis; probis, an improbis; gratis, vel ingratis; hominibus frugi, vel decoctoribus.* - ***Cassiod.*** *Qui se putat caris filiis relinquere, ignorat si ea non contingat inimicissimos possidere.* - ***Haymo:*** *Saepe enim possidet inimicus, quae congregavit avarus.* - ***Agell.*** *Nescit, in cujus hominis usum ex variis locis ea collegerit et tamquam ex agris demessuerit atque comportaverit.* — **46, 10 principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: Völkerfürsten sammeln sich zum Gotte Abrahams.** - ***Hebr.*** **Völkerfürsten sammeln sich, ein Volk des Gottes Abrahams.** - ***Sym. Theodot.*** λαὸς τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. - ***Hier.*** *populus Deus Abraham.* - ***IbnEzra*** erklärt: להיות עם לאל אברהם »um zu sein ein Volk des Gottes Abrahams«. - ***Targ.*** עַמְמַיָּא דִי מְהֵימְנִין לֶאֱלָהָא דְאַבְרָהָם »Völker von Gläubigen des Gottes Abrahams«. - Die ***LXX*** (μετά) lasen עִם statt des masoret. עַם; ebenso ***Syr.*** ܐܬܦܢܝܘ ܥܡ ܠܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ »wenden (bekehren) sich zum Gotte Abrahams«. - ***Titelm.*** *Populorum diversorum rectores et praesides una cum sibi subjectis populis* congregati sunt cum Deo *vero, quem coluerunt* Abraham, *Isaac et Jacob Patriarchae et semen eorum: et qui olim ab una gente colebatur, huic jam se reges et principes orbis terrarum adjungunt per fidei et cultus ejus acceptatione, huic se couniunt, conjungunt atque subjiciunt cum suis populis.* - ***Theodor.*** Πέρας, φησίν, αἱ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἔλαβον ὑποσχέσεις. Ὑπέσχετο δὲ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογήσειν πάντα τὰ ἔθνη. Τοιγάρτοι καὶ ταῦτα καὶ οἱ τούτων ἄρχοντες τοὺς πατρῴους καταλιπόντες θεούς, μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ συναθροίζονται καὶ τοῦτον οἰκεῖον Θεὸν ὀνομάζουσιν. — **49, 5 congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia: versammelt seine Frommen ihm, die einen Bund mit ihm beim Opfer schließen.** - ***Hebr.*** **versammelt mir meine Frommen, die einen Bund mit mir geschlossen beim Schlachtopfer.** - ***Hier.*** *congregate mihi sanctos meos, qui feriunt pactum meum in sacri-*

ficio. - Die *LXX* lasen לוֹ u. חֲסִידָיו; ebenso *Syr.* ܐܬܟܢܫܘ ܠܗ ܓܒܝܘܗܝ ܕܡܩܝܡܝܢ ܩܝܡܗ ܥܠ ܕܒܚܐ »es versammelten sich zu ihm seine Auserwählten, die einen Bund mit ihm beim Opfer schließen«. Während nach dem hebr. Texte Gott selber redet, sind es nach den *LXX* Worte eines »Dieners des Gerichtes«, etwa eines höheren Engels. — Angeredet sind Himmel u. Erde (s. **advoco**); unter Gottes Frommen ist auch das — untreue — Israel zu verstehen, welches durch die Bundesschließung in ein bestimmtes Verhältnis zu Gott getreten ist. - ***Genebr.*** *Apostrophe ad Angelos, ut colligant Sanctos ad judicium, ut judici obviam procedant in nubibus in aëra. Angelorum enim ministerio perficienda creditur corporum suscitatio et ante Dominum repraesentatio. Vel est apostrophe ad coelum et terram, quorum meminerat, ut coeli reddant animas et terra corpus.* Congregate, *seorsum collocate eosque a reliquis separate.* Qui ordinant, *qui cum eo paciscuntur adhibitis sacrificiis, qui per victimas, qui caesis hostiis sanxerunt et inierunt cum eo foedus, et ordinarunt testamentum, i. e. qui solemniter ei dederunt fidem.* s. **sacrificium.** — **103, 22 ortus est sol, et congregati sunt.** Von den wilden Tieren, die während der Nacht nach allen Seiten auf Raub ausgingen und bei Sonnenaufgang sich in ihr Dickicht zurückziehen. - ***Sym.*** ὑποχωρήσουσι. - ***Hier.*** *recedent.* - ***Hoen:*** Congregati sunt: *ad sua antra, specus refugiaque sese receperunt leo, ursus.* - ***Agell.*** *Quod autem dicit* congregati sunt, *hoc proprie indicat, cum per diversa loca ferae illae bestiae ad suam quaeque praedam dispersae essent, ubi lucescere incepit, contrahunt se et undique colligunt.* - ***Euthym.*** Φυσικῶς εἰδότα τὸν ἀποκεκληρωμένον αὐτοῖς εἰς τὸ διοδεύειν καιρόν. - ***Cassiod.*** *Cum in passione Domini factae fuissent tenebrae, daemones ad escam sibi quaerendam, permittente Domino, proruperunt: quia invenire poterant corda titubantium. Tunc autem, quando ortus est sol, i. e. Resurrectio sancta declarata est, in majestatem ejus minime sustinentes, in suis se trepidi cubilibus abdiderunt, i. e. in pertinacium pectoribus collocarunt, ut quia cunctis suadere non poterant, saltem quos deceperant, possiderent.* — 15, 4 non congregabo conventicula eorum. s. **conventiculum.** — **2)** כֹּנֵס 32, 7 congregans sicut in utre. s. **uter.** — 146, 2 dispersiones Israelis congregabit. s. **dispersio.** — **3)** קָבַץ: **40, 7 cor ejus congregavit iniquitatem sibi: es sammelt Bosheit sich sein Herz.** Von dem bösen Menschen, der Stoff zu Lüge und Verleumdung sammelt. — ***Hoen:*** *quaerendo nimirum studioseque ex meis dictis factisve colligendo ejusmodi quae malevole traduceret ac calumniaretur, quasi impia docuissem aut fecissem multaque mihi arrogassem indigna.* — **105, 47 congrega nos de nationibus.** - ***Bellarm.*** *Haec est conclusio Psalmi, qua precatur Deum Propheta, ut omnem populum fidelem congreget de nationibus, i. e. reducat omnes dispersos ad coetum piorum, ut omnes simul gratias agant Deo.* - ***Euthym.*** Οἶμαι προςώπῳ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἡ παράκλησις· ἴσως δὲ καὶ τῶν διασπαρέντων μετὰ τὴν παρὰ Βαβυλωνίων αἰχμαλωσίαν. — **106, 2 et de regionibus congregavit eos: und die er aus den Ländern gesammelt.** - ***Hoen:*** *in quas versus omnes mundi plagas exulatum abducti fuerant.* - ***Bellarm.*** *quos liberavit de quocunque exilio, de quacunque dispersione, de quacunque extremitate terrae et revocavit in patriam atque ad populum suum* congregavit. — **4)** יָעַד (*Ni.* eig. Zusammenkunft untereinander verabreden; zusammenkommen): **47, 5 reges terrae congregati sunt.** - ***Euthym.*** Κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἢ τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν. Παρῆλθον ἐπ' αὐτὴν ὁμοῦ, συνασπίζοντες ἀλλήλοις. - ***Theodor.*** συνέδραμον ὡς πολεμήσοντες. - ***Agell.*** *Ecce, inquit, de proximo quanta nos cura*

prosequeretur, et hanc urbem quam fortiter tueretur, aperuit; nam cum infinitus paene exercitus, et non unus aut alter, sed plures simul reges congregati *ac foederati bellum inferrent, et in illius excidium conspirassent, neque solum conspirassent, sed etiam itinere simul arrepto ad eam obsidendam pervenissent, nihil contra eam perficere valuerunt, sed suorum conatuum susceptique belli exitum inanem habuerunt, admiratione tantae urbis atque horrore Dei inhabitantis victi atque consternati.* - ***Bellarm.*** *Ex variis sectis et superstitionibus convenerunt in unitatem fidei, et* congregati sunt *in unam Ecclesiam, quasi in populum unum.* - ***Titelm.*** *Ecce* reges *et principes orbis* terrarum *una cum subjectis sibi populis jam* congregati sunt *unanimes, jam pariter* convenerunt *et coadunati sunt* in unum, *uno corde et animo suo colla submittere parati jugo Fidei, et in Dei nostri ingredi civitatem Ecclesiasticaeque unitatis fieri participes.*

conjunctus, a, um, *PAdj.* (con-jungo), räumlich verbunden, in Verbindung mit, dicht bei oder vor, ἐχόμενος: **67, 26 praevenerunt principes conjuncti psallentibus: es ziehen voran die Fürsten dicht vor den Saitenspielern.** [Die Übersetzung »Fürsten« muß festgehalten werden; der Versuch Neuerer (***Hoberg***), »die Ersten, die Eröffner, Führer des Zuges« zu übersetzen, befriedigt nicht.] Die *LXX* (ἄρχοντες - ***Vulg.*** *principes*) wie ***Syr.*** (ܪ̈ܘܫܢܐ) lasen שָׂרִים (wie 2 Par. 35, 25 — ***Vulg.*** *cantores*) st. des masoret. שָׁרִים (s. ***princeps***). - ***Hebr.*** **voran ziehen Sänger, dahinter Saitenspieler.** ***Hier.*** *praecesserunt cantores eos qui post tergum psallebant.* - אַחַר ist hier nicht *Praep.*, sondern *Adv.* - ***Qimchi,*** der es erklärt durch אחריהם »hinter ihnen«, sagt, es sei soviel wie ואחר. Diese Auffassung liegt auch der Tradition zu Grunde, daß hier (wie Gen. 18, 5; 24, 55 u. Num. 31, 2) die Soferim die frühere LA. ואחר emendierten in אחר (עִיטּוּר סוֹפְרִים s. ***Talm.*** *Ned. 37b*). Mit Recht bemerkt ***Stier:*** »קָדַם אַחַר פְּלֹנִי (‚vorangehen hinter einem andern') wäre ein sich selbst widersprechender Ausdruck.« Offenbar ist auch der griech.-lat. Text so zu verstehen, daß die Saitenspieler erst hinter den principes folgen. - ***Didym.*** Ψάλλοντας τοὺς τὸν πρακτικὸν κατορθοῦντας βίον λεκτέον. Τούτους τοὺς ψάλλοντας προέφθασαν οἱ κατὰ διδασκαλίαν ἄρχοντες τῷ καὶ αὐτοὺς ἀπὸ πρακτικῆς ἀρετῆς ἦρχθαι. - Allerdings lassen andere griech. Erklärer, dem gewöhnlichen Gebrauch von ἐχόμενος entsprechend, die ψάλλοντες den ἄρχοντες vorangehen, da diese Ordnung für ihre Erklärung passender ist. - ***Euthym.*** Ἄρχοντας καλεῖ τοὺς Ἀποστόλους. Οὗτοι οὖν προέλαβον πάντας τοὺς ἐξ ἐθνῶν, πρῶτοι πιστεύσαντες. Ψάλλοντας δὲ λέγει τοὺς Προφήτας ὡς φωνοῦντας τὰ περὶ Χριστοῦ· ὧν ἐχόμενα, τουτέστι σύνεγγυς γεγόνασιν οἱ Ἀπόστολοι. Ἐξεχόμενοι αὐτῶν, ὅ ἐστιν, ἀκολουθοῦντες αὐτοῖς, καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ κηρύγματι. Ähnlich ***Niceph.*** - Andere fassen ἐχόμενος allgemein »mit, in Begleitung von«. ***Athan.*** Οἱ ἡγούμενοι τῶν μοναζόντων ἦλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου κατέχοντες τοὺς ἑαυτῶν μαθητάς. — So durchgängig die latein. Erklärer. - ***Heser:*** Conjuncti *et associati* psallentibus. - ***Lorin.*** *proximi erant vel* conjuncti psallentibus, *sive hi priori starent loco, sive illi: utrique enim praecedebant reliquam multitudinem.* - ***Agell.*** *Seu igitur principes, ut Moysen et ceteros tribuum primores, qui cantu psallentibus praeirent, seu cantores intelligamus, post illos alii psallentes et musicis instrumentis insonantes e vestigio sequebantur, qui omnes in medio juvencularum tympanistriarum carmen illud decantabant.*

con-quasso, avi, atum, are, eig. zusammenschütteln, erschüttern, zerschlagen, zermalmen: συνθλάω, מָחַץ: 109, 6 conquassabit capita: er zerschlägt die Häupter. - ***Hier.*** *percutiet caput.* - ***Syr.*** ܢܦܣܘܩ »er schlägt ab«. s. ***caput*** S. **267.**

[Für מָחַץ (συνθλάω) steht sonst confringo, 109, 5; 67, 22; 17, 39 (ἐκθλίβω).]

con-scindo, scĭdi, scissum, ĕre, zerreißen: διαῤῥήγνυμι: **29, 12 conscidisti saccum meum: du hast mein Bußgewand zerrissen.** - פִּתַּחְתָּ du hast gelöst. - ***Hier.*** *solvisti.* - ***Syr.*** ܫܪܝܬ. - ***Targ.*** שְׁרֵיתָא. (Das Bußkleid liegt eng und fest am Leibe.) - ***Heser:*** *Dissecuisti vestem meam lugubrem, i. e. luctu me exuisti.* - ***Bellarm.*** *Dicit autem Propheta* conscidisti, *et non exuisti, vel spoliasti, quia quod exuitur, remanet integrum; quod* scinditur, *destruitur, ut usui deinceps esse non possit. Itaque significatur hoc loco:* saccus *miseriae, vel mortalitatis et passibilitatis plane destructus, ut nunquam amplius usui sit futurus in Sanctis, ac multo minus in Christo.* - ***Athan.*** Τὴν ἁμαρτίαν μου διέῤῥηξας καὶ περιέζωσάς με τὴν χάριν σου. - ***Gerhoh:*** Conscidisti saccum meum *in velamentum peccatorum meorum, et tristitiam mortalitatis meae.* - ***Bredemb.*** *Talis vestis seu* saccus *est nobis corpus hoc mortale, quod multis modis aggravat et contristat animam. Hoc autem* conscisso *ac dissoluto, Deus induet nos corpore, eodem quidem hoc essentia, qualitate vero in multo melius commutato: quippe clarificato jam et glorificato et configurato corpori claritatis unigeniti Filii sui.* - ***DionCarth.*** *Corpus meum (Christi), animae atque Divinitatis meae contemptum latibulum, permisisti in Passione multis vulneribus lacerari.*

conscriptus, a, um, *PAdj.* (con-scribo), aufgeschrieben, aufgezeichnet: ἔγγραπτος, כָּתוּב: **149, 9 ut faciant in eis judicium conscriptum: um an ihnen zu vollziehen das Gericht, das aufgeschrieben ist** [od. **das beschlossene Gericht**]. ***Hier.*** *scriptum.* - ***Qimchi:*** הוא המשפט הנגזר עליהם · או הכתוב בתורה ובנביאים »d. i. das Gericht, das über sie beschlossen ist; oder das geschrieben steht in dem Gesetz und den Propheten«. - ***Targ.*** דִּכְתִיב בְּאוֹרָיְתָא »das geschrieben steht im Gesetze«. (Vgl. die gesetzlichen Bestimmungen über die Ausrottung der Kanaaniter, z. B. Deut. 7, 2. ff.; oder die Verheißungen Deut. 32, 41 ff.) - ***Genebr.*** *praescriptum, definitum, decretum et determinatum a Deo.* - ***Euthym.*** κρίσιν ἀνάγραπτον βίβλοις, καὶ μέχρι παντὸς αἰῶνος ἀναμνημονευομένην· ἢ ἀνάγραπτον τῷ βίῳ, καὶ ἀνεξάλειπτον, καὶ οἷον ἐστηλογραφημένην.

consensus, ūs, *m.* (con-sentio), die Übereinstimmung, Eintracht: ὁμόνοια: **54, 15 in domo Dei ambulavimus cum consensu: (die wir) zum Hause Gottes wandelten in Eintracht.** — בְּרָגֶשׁ übersetzt man jetzt meist: »in lärmender Menge«, so daß »die laute Öffentlichkeit« dem »vertrauten Umgang im Privatverkehr« gegenübergestellt ist: »daheim wie beim Gottesdienst waren wir unzertrennlich« (***Baethg.***). - ***Qimchi*** erklärt רֶגֶשׁ mit חֲבוּרָה (Verbindung) אף כשהיינו הולכים בבית אלהים להתפלל הייני הולכים יחד בחבורה כל כך הייתי נקשר בך. ואתה בגדת בי »auch wenn wir gingen in das Haus Gottes, um zu beten, gingen wir zusammen (in einer Genossenschaft): so sehr war ich mit dir verbunden, und du hast treulos gegen mich gehandelt«. Die Übersetzung der ***LXX*** ἐν ὁμονοίᾳ »kann vielleicht aus der syr. Bedeutung von רגש (ܪܓܫ bewegt werden, empfinden, merken) als ‚Fühlung' abgeleitet werden« (***Ges.-Buhl***). - ***Sym.*** συνδιαιτούμενοι. - ***Hier.*** *in terrore* (in Erregung, heiligem Schrecken). - ***Targ.*** בְּסַרְהוּבְיָא (***Lewi*** »auf Anspornung«; ***Polygl.*** »*cum festinatione*«). - ***Heser:*** *Verbo, una mense, uno templo utebamur: in rebus tam profanis, quam in sacris conjunctissime viximus.*

con-sĕquor, secūtus sum, sĕqui, erreichen, erlangen: 5, 1 pro ea quae hereditatem consequitur. ſ. ***hereditas.***

con-servo, avi, atum, are, unversehrt erhalten, bewahren, behüten,

schützen: φυλάσσω, שָׁמַר (sonst meist mit custodio übersetzt): **15, 1 conserva me, Domine.** - *Hebr.* behüte mich, Gott. - *Hier.* *custodi me, Deus.* - *Agell.* *Primum illud animadvertendum,* φύλαξον, *quod est in Graeco, et item quod est in Hebraeo* שָׁמְרֵנִי, *non simpliciter* conservandi *significationem habere, sed custodiendi atque tuendi; tamquam a Deo petat, ut custos sit suae salutis, et excubias quodammodo ad eum defendendum agat: ideoque significanter in Hebraeo* אֵל *posuit, quod nomen apte Aquila et Theodotion* ἰσχυρέ *transtulerunt, h. e. fortis:* Conserva me, fortis; *nam fortitudine Deum uti volebat ad sui praesidium atque custodiam.* - *Bellarm.* *Custodi ac protege me ab imminente tribulatione,* quoniam speravi in te *solo, non in ulla re creata.* - *Cassiod.* *Inter pericula humana venturus, et Judaicae obstinationis impios sensus, natura humanitatis assumpta conservari se paterna protectione deprecatur; et quo facilius ejus rei sequeretur effectus, sperasse se dicit semper in Domino. Haec figura dicitur ethopoeia, quoties datur locutio certae personae. Persona est enim hic Domini Salvatoris ex duabus distinctis perfectisque naturis homo, idemque Deus unus permanens Christus.* - *HugCar.* Conserva, *i. e. simul me cum meis serva.* — **36, 28 in aeternum conservabuntur.** *Hier.* *custoditi sunt.* - *Euthym.* καὶ εἰς τὸν παρόντα, καὶ εἰς τὸν μέλλοντα. - *Bellarm.* *Haec promissio pertinet quidem aliquo modo ad hanc vitam, in qua per varias successiones justi longo tempore terram inhabitare solent: sed absolute et proprie pertinet ad vitam futuram, quae in terra viventium sempiterna erit.* - *Cassiod.* *Audiant cupidi vitae hujus, qui sibi longaevos annos postulare noscuntur: non in hoc saeculo, sed* in aeternum conservandi *sunt, qui Domino placere contendunt.* — **40, 3 Dominus conservet eum.** *Hier.* *custodiet.* - *LudSax.* *sc. hujusmodi intelligentem inter pericula et tentationes hujus laboriosae vitae.* - *Agell.* *a cladibus ingruentibus et inimicis insidiantibus. Quis enim aut calamitates irruentes, aut pravorum hominum insidias providere et declinare possit, nisi ille custos, ille servator fuerit? Quis tam vigilans ad sui custodiam, tam attentus sit, ut non umquam dormitet ac locum invadenti adversario praebeat, nisi ille custodiat, qui* non dormitabit neque dormiet? - *Theodor.* Οὐ μόνον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαύσει, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον τῆς θείας τεύξεται προμηθείας, περιφανής τε γενόμενος καὶ περίβλεπτος καὶ τὰς τῶν δυσμενῶν διαφεύγων ἐπιβουλάς. Καὶ ἐπειδὴ τὸν φθαρτὸν ἔχοντα σῶμα εἰκὸς καὶ νόσῳ περιπεσεῖν, ὑπισχνεῖται καὶ τὴν ταύτης ἀπαλλαγήν.

Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. 15. — Dieser von David gedichtete Psalm ist messianisch. Nach dem masoret. Texte kann er indirekt messianisch sein. Gott mein höchstes Gut. — Gott ist des Sängers Schutz und Glück (V. 1. 2); — denn den Frommen schenkt er Heil (V. 3). — Davids Abscheu gegen den Götzendienst (V. 4); — einzige Freude an Gott (V. 5). — Für sein Glück preist er ihn (V. 6. 7). — Er hat ihn stets vor Augen und ist seines Schutzes gewiß (V. 8. 9). — Zuversicht auf Rettung aus gegenwärtiger Not (V. 10. 11).

Nach dem griech.-lat. Texte wird der Psalm am besten direkt messianisch gefaßt. (Vgl. Act. 2, 25—28; 13, 35.) Zuversichtliches Gebet des leidenden Heilandes. — Vertrauen auf den Vater (V. 1), — auf Gott, der ewig in sich selig ist und des Verdienstes des Heilandes nicht bedarf (V. 2); — dieser will Verdienst erwerben für die Heiligen Gottes, welche er prophetisch schon gerettet sieht (V. 3). — In Sündenelend sehnten sie sich nach Rettung (V. 4a). — Nicht zu blutigen Opfern ruft er sie zusammen (V. 4b). — Bei der Himmelfahrt wird auch seine menschliche Natur an der Verherrlichung teilnehmen (V. 5. 6). — Lob

und Preis (V. 7). — Der Heiland sieht in seinem Leiden den Vater als Helfer zu seiner Rechten stehen (V. 8). — Darum ist er frohen Mutes (V. 9a), — sicher, daß auch sein Leib erstehen wird (V. 9b, 10) — und daß er schließlich zur höchsten Seligkeit und zur vollendetsten Herrschaft mit ihm gelangt (V. 11).

considĕro, avi, atum, are, genau sehen, beschauen, betrachten, spähen, lauern: κατανοέω 1) הִבִּיט: *h* ***10, 14*** **laborem et dolorem consideras: du siehst Mühsal und Schmerz.** ***Hier.*** *respicis.* - ***Agell.*** *Ille (impius) dicit in corde suo:* Non requiret; *ego vero et sentio et assero, omnia te videre et perspicere, et* laborem *ac* dolorem, *qui pauperibus infertur, optime* considerare, *quamvis propter patientiam et dilatationem ultionis non videre neque considerare existimeris.* s. ***trado.*** — **21, 18 ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: sie schauen her und sehen mit Lust mich an (weiden sich an mir).** — ***Euthym.*** Ἐπολυπραγμόνησαν κρεμάμενον εἰ υἱός εἰμι Θεοῦ. - ***Euseb.*** Κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με· ἀντὶ τοῦ ἐπιτωθάζοντες καὶ γελῶντες. - ***Athan.*** ἀντὶ τοῦ ἐπεγέλασαν. - ***Bredemb.*** *Cum diritas cruciatuum ac tormentorum, quam patiebatur, tanta esset, ut vel ferreum pectus ad misericordiam debuerit commovere, ipsi tamen his adeo non sunt commoti, ut etiam tamquam jucundo aliquo spectaculo his oculos suos paverint.* - ***Turrecr.*** *Despexerunt me aestimantes me purum hominem eo quod videbant me talia patientem.* - ***Heser:*** Ipsi vero *pendulum e cruce, toto corpore nudum, manibus pedibusque transfixum, ossium omnium compagine solutum*, consideraverunt et inspexerunt me. Consideraverunt, *num essem Filius Dei, et non intelligebant;* inspexerunt *tot miracula totius naturae compatientis mihi, petras scissas, terram tremore fatiscentem . . .* inspexerunt *me tot prodigiis Filium Dei declaratum, et non videbant.* — **90, 8 verumtamen oculis tuis considerabis: du siehst nur zu mit deinen Augen.** - ***Hier.*** *videbis.* - ***Agell.*** *Mala seu hostes* ad te non appropinquabunt, *et in illis repellendis non laborabis: Dei namque te protegentis hoc munus erit, itaque nihil aliud facies (id enim est:* verumtamen*), nisi ut spectator adsis, et de tuto loco spectes* retributionem peccatorum, *qui cum non posuissent Deum adjutorem suum, in eas aerumnas, quas tu effugisti, culpa sua cadent, quod ut sic plecterentur, essent commeriti.* - ***Lorin.*** *vel mulctam impiorum, vel Deum pro te proeliantem, teve de quapiam alia calamitate liberantem. Plus quid importat* תַּבִּיט *quam videre, satisque commode verbo* considerandi *reddidit interpres, ut sit cum diligenti animadversione, quasi oculorum mentis, non tantum corporis obtutu aliquid aspicere, lustrare, circumspicere, considerare, ac, ut quidam volunt, etiam cum voluptate. Memini docuisse alias, facere ad cumulum victoriae, posse suismet oculis victos et prostratos intueri.* - ***Euthym.*** Ὅμως τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς σου θεασάμενος μαθήσῃ τοῦτο, ὅτι ἀληθές ἐστι, καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν ἐχθρῶν ἴδῃς. — **93, 9 qui finxit oculum, non considerat: der gebildet hat das Auge — sieht der nicht?** sollte der nicht sehen? ***Hier.*** *non videbit?* - ***Genebr.*** *Estne probabile, ut qui vim audiendi et cernendi hominibus tribuit, ipse res humanas nec videat, nec audiat?* - ***Lorin.*** *Verba* κατανοεῖν *et* considerare *spectant ad intellectum.* - ***DionCarth.*** *Quasi dicat: utique. Nam quidquid perfectionis reperitur in creaturis, excellentius perfectiusque in Creatore consistit.* - ***LudSax.*** *Numquid ea, quae oculo percipiuntur non considerat? Quis enim adeo insipiens et stultus est, qui non possit ex ratione sua cognoscere, quia omnipotens Deus quod aliis potuit dare, potuit et ipse habere? Nulli enim tantum dedit, quantum in se habet. Virtutes quidem has Deus habet, sed non membra.* — **118, 15 considerabo vias tuas:**

betrachten will ich deine Wege. ***Hier.*** *contemplabor semitas tuas.* - ***Thomasius:*** *contemplabor vias rationesque vivendi, quas tu nobis indixisti.* - ***Agell.*** *Tantum erat in me studium mandatorum tuorum, ut . . . tamquam diligentissimus spectator* vias tuas, *per quas nos sequi jubes, studiosissime* considerarem. - ***Hoen:*** *respiciam, attendam sollicito ac pio cordis affectu ad judiciorum tuorum semitas.* - ***Theodor.*** ταῖς σαῖς ὁδοῖς τὴν πορείαν ποιήσομαι. — **118, 18 considerabo mirabilia de lege tua: ich will erschauen Wunder aus deinem Gesetze.** ***Hier.*** *videbo mirabilia in lege tua.* - ***Bellarm.*** *Tolle per infusionem luminis tui velamen passionum ab oculis mentis meae, et tunc oculo interiore purificato* considerabo mirabilem *aequitatem,* mirabilem *scientiam,* mirabilem *utilitatem et alia idgenus* mirabilia, *quae* de lege tua *emicant.* s. ***revelo.*** — **141, 5 considerabam ad dexteram et videbam: ich blicke nach der Rechten hin und schaue.** ***Hebr.*** blicke nach rechts und schaue! ***Hier.*** *respice ad dexteram et vide.* Nach dem masoret. Text wäre die Anrede an Gott oder einen teilnehmenden Zuhörer gerichtet. Da es indes natürlicher ist, daß der Sänger in seiner Not selber um sich schaut nach einem Helfer, als daß er andere auffordert, dies zu thun, gebrauchten die ***LXX*** (κατενόουν), u. ebenso ***Targ.*** (אִסְתַּכְּלִית) u. ***Syr.*** (ܚܳܪܶܬ) die erste Person, indem sie הַבֵּיט als *inf. abs.* nahmen und רָאֹה lasen. Als Infinitive erklärten die beiden Formen auch ***IbnEzra*** (שם הפועל) und ***Qimchi*** (שניהם מקור והם לציווי). Dieser Auffassung schließen sich auch Neuere an (***Baethg. Graetz*** al.). Die Imperative des masoret. Textes werden verteidigt von ***Hupf-Now.*** (»es ist überhaupt kein Grund vorhanden zu einer so gezwungenen Deutung«), ***Del.*** (»Dieser Gebrauch des *inf. abs.* mit adversativischem Nachsatz ist ohne Beispiel. So scheint also doch die Punktation . . . das Richtige getroffen zu haben«), ***Kautsch,*** al. - ***Olsh.*** zieht den Imperativ vor, hält aber für möglich, daß ursprünglich der Infinitiv beabsichtigt war. s. ***dexter.*** — 2) צָפָה: **36, 32 considerat peccator justum: der Sünder lauert dem Gerechten auf.** - ***Pagnin.*** *speculatur.* - ***Euthym.*** Τὸ κατανοεῖ ἀντὶ τοῦ παρατηρεῖ, ἐνεδρεύει. - ***Thom.*** Considerat *insidiose, quomodo possit nocere.* - ***Bellarm.*** *observans diligenter, quid loquatur et quid agat, ut supplantet eum.* - ***Heser:*** *observat lynceis oculis, intentus in omnem occasionem, dispositis dolose insidiis, eum perdendi.*

consilior, atus sum, ari (consilium), sich beraten, beratschlagen, überlegen, Pläne aussinnen: βουλεύομαι, זָמַם: **30, 14 accipere animam meam consiliati sunt: sie sinnen Pläne aus, das Leben mir zu nehmen.** ***Hier.*** *cum cogitarent.* - ***LudSax.*** *In illo consilio nihil aliud consiliati, nisi ut animam meam perderent.* - ***Hoen:*** *Concluso de me capiendo consilio ulterius de modo capiendi consiliati sunt.* - ***Titelm.*** *Cum convenirent in concilium . . . contra me uno animo, uno desiderio unaque voluntate nocendi, tractaverunt pariter et concilium fecerunt quomodo raperent animam meam, quomodo vitam a me auferrent, quomodo me morti traderent.*

consilium, ii, *n.,* der Rat 1) aktiv, die Beratung: 70, 10 consilium fecerunt in unum: sie beratschlagen sich (ἐβουλεύσαντο, נוֹעֲצוּ) zusammen. — *meton.* Rat, Ratgeber: **118, 24 consilium meum justificationes tuae: mein Rat sind deine Satzungen.** אַנְשֵׁי עֲצָתִי Männer meines Rates (***Pagnin.*** *et viri consilii mei;* ***Hier.*** *quasi viri amicissimi mei*) ist nach dem masoret. Texte zweites Prädikat zu עֵדֹתֶיךָ (so auch ***Aq. Sym. V. Targ. Syr.***); die ***LXX*** (καὶ αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου) lasen am Schluß des Verses noch חֻקֶּיךָ oder פִּקּוּדֶיךָ (***Baethg.*** »der Versbau spricht

für die Ursprünglichkeit dieser LA.«). - **Bellarm.** *Quasi senatus meus, quem consulo in rebus dubiis, est Lex tua.* - **Hoen:** *consiliarius meus, quem ego in ista via exquirenda consulo.* - **Theodor.** Πᾶσαν γὰρ ἀνθρωπίνην εἰσήγησιν ἀπωσάμενος ταῖς σαῖς ὑποθήκαις ἀκολουθῶ. — 2) passiv, der Ratschluß a) der gefaßt wird: Plan, Vorhaben α) עֵצָה (v. יָעַץ) βουλή: 13, 6 consilium inopis confudistis. s. **confundo** S. **495.** — 19, 5 omne consilium tuum confirmet. s. **confirmo** S. **479.** — **12, 2 quamdiu ponam consilia in anima mea: wie lang soll Pläne hegen ich in meiner Seele?** - *Qimchi:* איך אמלט מהצרה שאני בה »wie ich herauskomme aus der Not, in der ich mich befinde«. - **Bellarm.** *varia consilia excogitabo, ut a malo praesenti liberari possim.* - **Genebr.** *curas et sollicitudines varias, anxias cogitationes et ancipites.* - **Euthym.** Φροντίζων καὶ μεριμνῶν πῶς ἀπαλλαγείην τῶν πειρασμῶν, καὶ μὴ δυνάμενος ἐλευθερίαν εὑρεῖν, ὀδυνῶμαι διὰ παντός. — 105, 43 exacerbaverunt eum in consilio suo. s. **exacerbo.** — Auch von Gottes Ratschluß: **32, 11 consilium autem Domini in aeternum manet.** - **Thom.** *Sed numquid* consilium *est in Deo? Videtur quod non: quia importat dubitationem. Respondeo dicendum, quod aliter accipitur* consilium *in Deo, et aliter in nobis. Scientia enim in nobis importat discursum, in Deo vero certitudinem. Sic de* consilio, *cum est in nobis, dicit inquisitionem: cum autem dicitur de Deo, importat ordinationem respectu omnium ad debitum finem.* - **Bellarm.** *Quod Deus quasi consultando decrevit, nullo modo dissolvi potest, nec impediri, quominus executioni mandetur.* - **Euthym.** Βουλὴ τοῦ Κυρίου, τὸ Εὐαγγελικὸν κήρυγμα, βουλόμενον σωθῆναι δι' αὐτοῦ πάντας τοὺς πιστεύοντας, ὃ μένει μέλλοντος αἰῶνος ἀήττητον. — **105, 13 non sustinuerunt consilium ejus: sie warteten nicht auf seinen Entschluß** (wann und wie er ihnen helfen wolle). **Hier.** *voluntatem ejus.* - **Euthym.** Οὐκ ἀνέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, βουλομένου οἰκονομῆσαί τι καὶ διὰ τοῦτο παραχωρήσαντος πεινάσαι αὐτούς. - **Bellarm.** *Non patienter expectaverunt finem divino consilio constitutum. Deus enim permittens illos ad tempus affligi, tentabat fidem et spem et dilectionem ipsorum: sed ipsi non intelligentes consilium Dei, murmurabant, quasi Deus curam illorum non gereret aut eos juvare non posset.* - **Genebr.** *Non expectaverunt quousque perficeret suum consilium de illis in terram promissam introducendis: non expectaverunt eventum providentiae Dei, tempus et modum ipsi placentem.* — 106, 11 consilium Altissimi irritaverunt. s. **irrito.** — 32, 10 Dominus dissipat consilia gentium . . . . consilia principum. s. **dissipo.** — β) מְזִמָּה (von bösen Ränken; vgl. 36, 7 injustitias): *h 10, 2* comprehenduntur in consiliis (ἐν διαβουλίαις), quibus cogitant. **Hier.** *in sceleribus.* s. **cogito** S. **393.** — 20, 12 cogitaverunt consilia (βουλάς). **Hier.** *scelus.* — γ) עֲלִילָה (das Thun; vgl. 9, 12 studium; 76, 13 adinventio): **65, 5 terribilis in consiliis: furchtbar in seinen Plänen.** **Hebr.** in seinem Thun. (**Hier.** *terribilia consilia*). ἐν βουλαῖς. - **Sym.** ἐν μηχαναῖς. - **Genebr.** *admirandus in suis consiliis et operibus.* - **Euthym.** Λίαν οὖν φοβερὸς ἐν μηχαναῖς διὰ τὸ φοβερὰ μηχανᾶσθαι, ὅταν ἐθέλῃ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ὁποῖα γὰρ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐμηχανήσατο· νικῶν ἀεὶ τὰ σοφίσματα καὶ τὰς ἀντεπιχειρήσεις τῶν ἀνθρώπων. s. **terribilis.** — δ) סוֹד (Beratung): 82, 4 malignaverunt consilium. s. **maligno.** — b) der gegeben wird: עֵצָה: **1, 1 qui non abiit in consilio impiorum: der nicht wandelt nach dem Rat der Bösen.** - **Bellarm.** *qui in via vitae non est secutus* consilia, *leges, sententiam* impiorum, *quae sunt omnino contraria viae Dei, i. e. legi Dei.* - **Lorin.** *Prima peccandi occasio est suasio; secunda: exemplum; tertia:*

doctrina. Peccatur cogitatione, facto, dicto. - **PlacParm.** *Ambulare* in consilio impiorum *est falsis et erroneis doctrinis contra Deum, philosophorum ac gentilium, qui de Deo perverse sentiunt, opinionibus adhaerere, aut haereticorum falsa dogmata sectari.*

con-sisto, stĭti, ĕre, eig. sich beistellen, sich hinstellen, sich aufstellen, stehen: **26, 3 si consistant adversum me castra: lagert sich ein Lager (Kriegsheer) wider mich.** ἐὰν παρατάξηται ἐπ᾽ ἐμὲ παραβολή: אִם־תַּחֲנֶה עָלַי מַחֲנֶה. ***Pagnin.*** *si castrametati fuerint adversum me castra.* s. ***castra.*** — **38, 2 cum consisteret peccator adversum me: solang der Ungerechte vor mir stand.** ***Ambr. Aug. Cassiod. PsaltMoz.Rom.*** dum consistit, ἐν τῷ συστῆναι. - ***Hebr.*** so lang der Gottlose vor mir [war]. - ***Sym.*** ἔτι ὄντος ἀσεβοῦς ἐξεναντίας μου. - ***Hier.*** *donec est impius contra me.* - ***Pagnin.*** *quamdiu impius fuerit coram me.* - ***Syr.*** ܡܛܠ ܪ̈ܫܝܥܐ ܕܩܕܡܝ »wegen der Gottlosen, die vor mir (sind)«. In Gegenwart des Gottlosen darf der Fromme über seinen Gott nicht klagen, da er sonst den schadenfrohen Spott des Gottlosen herausfordern würde. - ***Pagnin.*** *Dicit se improborum conspectu fuisse retentum, ne illis se ridendum propinaret.* - ***Cassiod.*** *quando invidus cuiquam consistit adversus, quaerens audire, unde calumniam possit efficere.* - ***Hopper:*** *versans mecum, ut observaret an aliqua in re me effunderem.* - ***Dereser:*** »Ich hatte mir vorgenommen, beim Anblicke der glücklichen Bösewichter nicht über die Vorsehung zu murren, die nach blinder Willkür Glück und Unglück unter die Sterblichen zu verteilen scheint.« — Die meisten alten Erklärer fassen consistere adversum im feindlichen Sinne: ***Euthym.*** Συστῆναι ἐνταῦθα τὸ παρατάττεσθαι. - ***Lorin.*** *Septuaginta intellexerunt non simpliciter praesentiam conspectumque adversariorum, sed conspirationem, conjurationem, resistentiam.* - ***Genebr.*** *cum me oppugnaret peccator et veluti in arce ex adverso mei staret.* - ***Bellarm.*** *Cum aliquis iniquus forte irritaret me convicio, aut detractione, aut alio injurioso verbo, tum maxime custodivi os meum, ne prorumperer in aliquod verbum, cujus postea poenitentiam agere deberem.* - ***Heser:*** *cum insultaret calamitati meae procacibus verbis et miseriam meam conviciis exasperaret, immo et lapides in me conjiceret.* - ***Thom.*** *Hoc exponitur tripliciter. Unus sensus est: ad insidiandum; et tunc magis necessaria est cautela. Secundus sensus est: ad injuriandum vel impugnandum; quia etiam tunc, cum impugnat, debes tibi cavere, quia ibi est virtus. Tertius sensus est: in conspectu meo, ut instruatur; et tunc necessaria est cautela, ne omnia omnibus proferat. Quaedam enim sunt proferenda justis, quae non sunt dicenda peccatoribus.*

consolatĭo, ōnis, *f.* (consolor), die Tröstung, der Trost: παράκλησις, תַּנְחוּם: **93, 19 secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam: nach meiner Schmerzen Zahl in meinem Herzen erfreuten meine Seele deine Tröstungen.** ***Aug.*** exhortationes tuae jucundaverunt. - ***Hebr.*** bei der Menge meiner Sorgen in meinem Innern. - ***Hier.*** *in multitudine cogitationum mearum, quae sunt in me intrinsecus.* - ***Qimchi*** bezieht die Gedanken u. Sorgen auf das babylonische Exil; die Tröstungen sind die zuverlässigen Verheißungen der Propheten (תנחומות הכתובות בדברי הנביאים). - ***Theodor.*** Ἀναλογοῦσαν ταῖς ὀδύναις τὴν παρὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος ἐδεχόμην παραψυχήν. - ***PlacParm.*** *Sicut enim dolorum sunt diversa genera, sic varia sunt refrigeria et solamina, quae nobis tribuit Deus.* - ***Bellarm.*** *Juxta mensuram dolorum in carne tribuit Deus consolationem in anima, quae mitigat tristitiam cordis ex doloribus carnis provenientem.* - ***LudSax.*** *Sicut dolores multi sunt et amari, sic quoque consolationes mul-*

tae sunt et suaves. Si multum doleo et poeniteo de peccatis, tu, Domine, laetificas me de spe remissionis. Quanto magis egi poenitentiam, tanto magis me consolatus es. Unam fudi lacrymam: unam merui consolationem; decem fudi lacrymas: decem merui consolationes. Quantum fuit poenitentiae pondus, tantus fuit et consolationis numerus. Magnitudo tribulationum magnitudo praemiorum est; quot patimur vulnera, tot meremur et coronas.

con-sōlor, atus sum, ari **1)** in akt. Bed. trösten, ermutigen: παρακαλέω, נִחַם: 22, 4 ipsa me consolata sunt. s. **virga.** — **68, 21 qui consolaretur, et non inveni.** ***Cassiod.*** *consolantem me.* - ***Psalt. Rom.*** *consolantem me quaesivi.* - ***Hilar.*** Consolantis *non solatium, sed fidem quaerit.* - ***Haymo:*** qui consolaretur *me, transeundo ad meam doctrinam.* - ***Bellarm.*** Consolatio, *quam quaerebat, erat conversio impiorum. In passione autem ejus multi perversi sunt, pauci aut nulli conversi. Nam latro conversus quidem est, sed sub finem passionis; at in ipsa passione turbae clamaverunt:* Tolle, tolle, crucifige eum (Joan. 19, 15). *Apostoli scandalum passi fugerunt; Petrus negavit, Judas desperavit.* - ***Aug.*** *Qui sunt* consolantes? *Proficientes. Ipsi enim nos consolantur, ipsi sunt solatio omnibus praedicationibus veritatis.* — **70, 21 conversus consolatus es me.** [Die im griech. Texte hier aus V. 20 beigefügten Worte: καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με »supervacue adjecta sunt« (***Agell.***).] — **85, 17 adjuvisti me et consolatus es me.** - ***Bellarm.*** *Tu, Domine,* adjuvisti *certantem, et* consolatus es *moerentem, et tristitiam in gaudium internum convertisti.* s. **signum.** — 118, 50 haec me consolata est in humilitate mea: dies hat getröstet mich in meinem Elend. ***Hebr.*** **das ist mein Trost.** ***Hier.*** *haec est consolatio mea.* s. **vivifico.** — **118, 76 fiat misericordia tua, ut consoletur me: möge doch deine Barmherzigkeit mich trösten.** ***Hier.*** *sit, obsecro, misericordia tua in consolatione mea.* - ***Titelm.*** *Fiat, obsecro, mihi ad consolationem* misericordia tua *juxta verbum promissionis tuae, quod fecisti servo tuo: ut quemadmodum per justitiam humiliasti peccantem, ita per* misericordiam *exadverso* consoleris *poenitentem: ne forte nimia contingat afflictione spiritum deficere, aut tristitia absorberi.* - ***Bellarm.*** Consolatio, *quam petit, est gratia servandae Legis. Qui enim dolet se humiliatum, quia destitutus gratia in peccatum incidit, consolationem magnam accipiet, si copiosa gratia perfusus legem Domini perfecte integreque servabit.* — **118, 82 oculi . . . dicentes: quando consolaberis me?** - ***Euthym.*** πότε ψυχαγωγήσεις με συνετίσας καὶ τὸν ἐγκεκρυμμένον πλοῦτον ἀνακαλύψας. - ***Athan.*** πότε ποτίσεις με τὴν χάριν σου. - ***Aquav.*** *Frustra ad alium confugerem pro consolatione, quia quaecunque creata sunt, nec volunt nec possunt me consolari. Tu autem consolaris me non solum a malis eruendo, a persecutionibus praeservando, sed etiam auxilium pollicendo, suaviter alloquendo, quia eloquium tuum dulce, aeterna promittendo.* - ***Titelm.*** Oculi *interni animae, atque etiam modo quodam per redundantiam externi corporis, prae nimia anhelatione veluti* defecerunt, *intendentes in verbum promissionis tuae et impletionem ejus: cum dicerem intra me, de mora nimia veluti conquerendo: Quare, Domine, tamdiu differs me consolari, et quando tandem implebis effectum promissi tui?* - ***Agell.*** *Non solum anima defecit et extabuit, verum etiam oculi ut qui summo desiderio aspicerent, sicunde res desiderata veniret et appareret:* dicentes *autem, non quod oculi loquantur, sed tantumdem est ac si dixisset* dicendo, *vel* dicentis, cum dicerem. — **2)** in pass. Bedeutung: getröstet werden: sich trösten lassen (neu aufleben): παρακαλέομαι **a)** נִחַם (*Ni.* u. *Hithp.*): **76, 3 renuit consolari** (הִנָּחֵם) **anima mea: nicht will sich**

trösten lassen meine Seele. — ***Aug.*** *Tantum taedium hic me occupavit, ut contra omnem consolationem clauderet se anima mea.* - ***Euthym.*** Οὐκ ἐδέξατο παρηγορηθῆναι ἐξ ἀνθρώπων, λίαν βαραθυμοῦσα. - ***Heser:*** *Non admisit ullam partem consolationis, praeterquam a Deo.* - ***Bellarm.*** *Quantumvis blandirentur carnales voluptates, noluit inde gaudere anima mea, sciens eas secum trahere graviores tristitias.* - ***Titelm.*** *Abnegavit spiritus meus et abominatus est, propter Dei amorem, omnem terrenam et transitoriam mundi hujus consolationem; in nulla temporali delectatione voluit, neque potuit quiescere ardens in te spiritus meus, nec propter quamcunque temporalem consolationem patiebatur se ab aeternorum desiderio avelli: maluitque tuam dulcedinem cum afflictione esurire solo desiderio, quam omnibus mundi oblectamentis cum abundantia perfrui: abstractus autem ab omni consolatione aliena, in mente habui Dominum Deum, in illum defixi mentis oculos: illum contemplabar, meditabar et circa illum apposui omnem cogitatum cordis mei neque absque delectatione multa et magno gaudio fuit ista meditatio mea.* - ***Agell.*** *Falsas inanesque consolationes* renuit anima mea, *falsorum promissorum spe a Deo quaerendo et consulendo non sum aversus. Puto autem ejusmodi falsas consolationes deceptiones falsorum prophetarum fuisse dicentium: Eamus et colamus deos alienos, vel quaeramus a divinis et pythonibus. Aut consolationes quas ipse sibi, ut dolorem falleret, suggerebat animus, eas omnes* renuit, *magnitudine doloris, praesentisque mali prope victus et subactus.* - [***Hoberg*** ergänzt non vor renuit und übersetzt »und weise den Trost nicht von mir«.] — **118, 52 memor fui judiciorum tuorum a saeculo, Domine: et consolatus sum: ich denke an deine Gerichte, von der Urzeit her, o Herr, und bin getröstet** (παρεκλήθην, וָאֶתְנֶחָם). - ***IbnEzra:*** משפטים שעשית בזדים כמוהם »die Gerichte, welche du geübt hast an denen, welche stolz waren wie jene« — die trösten ihn, weil er sicher hofft, seinen Feinden werde es ebenso ergehen. - ***Qimchi:*** כשאני בעניי זכרתי משפטיך שהבאת על אנשים טובים בשנים שעברו ואחר כך היית מביא עליהם טובה רבה ובזה אתנחם כי ידעתי כי אם הבאת עלי עתה משפטיך עוד תביא עלי טובה »wann ich in meinem Elend deiner Gerichte gedenke, welche du hast ergehen lassen über gute Männer in den vergangenen Zeiten, und daß du ihnen dann viel Gutes erwiesen hast, so werde ich dadurch getröstet, da ich weiß, daß, wenn du auch jetzt deine Gerichte über mich ergehen lässest, du wieder Gutes über mich kommen lassen wirst«. - ***Theodor.*** Ἔλαβον εἰς νοῦν τὰ κατὰ τὸν Ἄβελ, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραάμ, τὰ κατὰ τὸν Ἰσαάκ, τὰ κατὰ τὸν Ἰακώβ, τὰ κατὰ τὸν Ἰωσήφ, τὰ κατὰ τὸν Ἰώβ, τὰ κατὰ τὸν Μωσῆ, ὅπως καὶ ποικίλοις περιπεσεῖν συνεχωρήθησαν πειρασμοῖς, καὶ περιφανεῖς αὐτοὺς ὕστερον καὶ περιβλέπτους ἀπέφηνας, ψυχαγωγίαν ἐντεῦθεν ἀποχρῶσαν ἐπορισάμην. - ***Euthym.*** Τῶν κριμάτων σου τῶν ἀπ' αἰῶνος, τῶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς. Ὅπως τοὺς μὲν ἀρετῇ κακοπαθοῦντας δοξάζει, τοὺς δὲ κακίᾳ εὐημεροῦντας ἀτιμάζει. - ***Titelm.*** *In memoria habui et mente consideravi judicia tua, quibus ab initio judicasti semper juste et in aequitate summa, bonis bonam, malis malam retribuens mercedem: bonos de angustia et tentatione opportuno tempore liberans, malos autem in impietate sua morte condemnans: et magnam atque multimodam in eis consolationem contra malignantium insultus inveni.* — **b)** für חָלַם: **125, 1 facti sumus sicut consolati: da wurden wir [gar sehr] getröstet** (oder: **da war es uns, als lebten wir neu auf**). ***Hebr.*** (übersetzt man fast allgemein): **da waren wir wie Träumende** (da war es uns, als träumten wir). ***Hier.*** *quasi somniantes.* Die Freude über die Heimkehr war so groß, daß die Heimkehrenden kaum an die Wirklichkeit der-

selben glauben konnten, es kam ihnen vor wie ein Traum. - ***Qimchi:*** כחלום יעוף בעינינו צרת הגלות מרוב השמחה שתהיה לנו »wie ein entfliegender Traum war in unseren Augen die Not der Gefangenschaft wegen der Größe der Freude, die uns zuteil ward«. - Das hebr. Verbum חָלַם hat eine doppelte Bedeutung 1) gesund, kräftig sein (Job 39, 4); 2) träumen. Die ***LXX*** nahmen es hier in ersterer Bedeutung, während es naheliegt, die zweite Bedeutung vorzuziehen wegen des vergleichenden כְּ. Die meisten übersetzen »da waren wir wie Getröstete« (***Schegg***); »gleich denen, die Trost haben« (***All.***); »da glichen wir Getrösteten« (***Thalh. Wolter***). Da es sich aber um einen wirklichen Trost handelte und ein Vergleich nicht befriedigt, fassen die meisten כְּ als כְּ *veritatis* od. *intensivum* (***Niglutsch:*** sicut = *revera*): »da waren wir wirklich getröstet« (***Hoberg***). - ***Theodor.*** Τὸ ὡς ἐπιτάσεως ἐνταῦθα σημαντικόν. Πολλῆς, φησίν, ἀπηλαύσαμεν θυμηδίας, λύσαντος τοῦ Θεοῦ τῆς τιμωρίας τὸν ὅρον καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῖς αἰχμαλώτοις δωρησαμένου. - ***Euthym.*** Ἐπιστραφέντες, φησίν, εἰς τὴν πατρίδα, ἐγενόμεθα λίαν παρακεκλημένοι· τὸ γὰρ ὡσεὶ ἐπίτασίς ἐστι τῆς παρακλήσεως ὡς τὸ Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ. Ἢ ἐγενήθημεν ὥσπερ οἱ παρακεκλημένοι, τουτέστιν, ἐν εὐθυμίᾳ. - ***Niceph.*** ἐγενόμεθα λίαν εὔθυμοι. - ***Aug.*** *Quare autem* sicut consolati *ait, et non ait,* consolati? *Non semper quasi ad similitudinem ponitur hoc verbum* sicut: *quod dicitur* sicut, *aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad similitudinem; modo ad proprietatem relatum est. Sed exempla nobis etiam de communi locutione hominum danda sunt, ut facile intelligatur. Quando dicimus: Sicut vixit pater, ita et filius: ad similitudinem hoc dicimus. Quando autem dicit:* Fecit ut vir bonus*: numquid non est vir bonus, sed similitudinem habet viri boni? Fecit* tamquam *justus: hoc* tamquam *non negat eum justum esse, sed proprietatem ejus ostendit. Fecisti* sicut *senator: Ergo non sum senator, si dicat: immo quia es, sicut senator fecisti; et quia justus es, sicut justus fecisti; et quia bonus es, sicut bonus fecisti. Ergo quia et isti vere consolati erant* sicut consolati *gaudebant; id est, magnum erat gaudium ipsorum, tamquam consolatorum.* - Von anderen wird das vergleichende כְּ festgehalten: ***Agell.*** *Quid ergo? non consolati facti sunt, sed* sicut *consolati? quam porro veriorem consolationem captivi optare poterant, quam ut servitute liberarentur? Sed quosnam* consolatos *intellexerint LXX, quaerendum prius est: non enim satis liquet; ideo aliqui miscent expositionem Judaeorum:* Facti sumus sicut *somniantes: adeo laetati sumus, ut somniare nobis videremur, neque satis adhuc nobis ipsis de nostra laetitia crederemus. Sed illi revera hoc non voluerunt: dixissent enim* ὡς ὑπνιαζόμενοι, ut somniantes, *sicut alii interpretes verterunt: sed* ὡς παρακεκλημένοι *dixerunt, quasi revocati a morte, ex morbo recreati. Unde hoc item hebraicum verbum* חָלַם *in* Is. cap. 38, *quod apud beatum Hieronymum est* Corripies me et vivificabis me, *LXX verterunt* καὶ παρακληθεὶς ἔζησα, et consolatus vixi. *Moeror enim, quo in captivitate tenebantur, illis instar mortis erat ac morbi, a quo liberati* consolatos *se dicunt, ac vitae salutique restitutos. Hunc sensum expressit is, qui Psalmos chaldaice vertit, ne quis errasse LXX putet: sic namque ille habet:* facti sumus sicut male habentes qui sanati sunt et a morbo recreati (הֲוֵינָא הֵיךְ מְרַעַיָּא דְאִתַּסְּיָן).

con-sors, sortis, *m.*, eig. des gleichen Loses teilhaftig, *Subst.* der Genosse: μέτοχος, חָבֵר: **44, 8 prae consortibus tuis: vor deinen Genossen,** mehr als deine Genossen. ***Sym.*** παρὰ τοὺς ἑταίρους σου. - ***Aug.*** prae participibus tuis. - So übersetzt auch ***Hier.*** - ***Chrys.*** Πολλοὶ μὲν γὰρ πρὸ αὐτοῦ χριστοὶ, οὕτως δὲ οὐδὲ εἷς· ὥσπερ πολλοὶ ἀμνοὶ,

αὐτὸς δὲ ἐξαίρετος· οὕτω πολλοὶ υἱοί, αὐτὸς δὲ ὁ Μονογενής. Πάντα γὰρ τὰ αὐτοῦ ἐξαίρετα, οὐ τὰ τῆς θεότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας· πνεύματι γὰρ οὐδεὶς ἐχρίσθη τοιούτῳ. - ***Aug.*** *Qui enim* participes *ejus? Filii hominum, quoniam et ipse Filius hominis particeps factus est mortalitatis illorum, ut faceret eos participes immortalitatis suae.* - ***Theodor.*** Μέτοχοι δὲ αὐτοῦ εἰσί, καὶ ἑταῖροι, καὶ ἀδελφοί, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα οἱ πιστεύσαντες. - ***Pelbart.*** *prae omnibus creaturis intellectualibus: et sic prae omnibus Angelis et hominibus.* - ***Bellarm.*** *Quoniam etiamsi Angeli quoque glorificati sint et omnes homines glorificandi sint, tamen nemo exaltatus vel exaltandus est ad dexteram Patris, et nemo accepit vel accepturus est nomen super omne nomen, uno Christo excepto, qui est caput hominum et Angelorum, et est simul Deus et homo.* - ***Thom.*** *Christus fuit unctus prae omnibus aliis Sanctis.* Consortes *ejus dicuntur* inungi: *quia quidquid habetur de oleo isto, i. e. de gratia Spiritus sancti, est ex redundantia Christi.*

conspectus, ūs, *m.* (conspicio), eig. das Erblicken, *concr.* das Angesicht, meist in der Redensart **in conspectu** im Angesicht, in Gegenwart, vor (coram): ἐνώπιον, ἐναντίον (ἔναντι) לִפְנֵי, בְּעֵינֵי, נֶגֶד (לְנֶגֶד): **5, 9 dirige in conspectu tuo viam meam: mach gerade (ebne) vor dir meinen Weg.** ***Hebr.*** ebne vor mir deinen Weg. - ***Hier.*** *dirige ante faciem meam viam tuam.* - ***Targ.*** תַּקֵּין קֳדָמַי אוֹרְחָתָךְ. - ***Syr.*** ܬܪܘܨ ܩܕܡܝ ܐܘܪܚܟ. - ***Bellarm.*** *Sensus in idem recidit, sive dicas secundum hebraeos codices:* dirige in conspectu meo viam tuam, *i. e. fac, ut inveniam et videam viam tuam rectam: sive secundum graecos et latinos:* dirige in conspectu tuo viam meam, *i. e. fac, ut ambulem coram te per viam rectam.* - Nach ***Sym.*** (Ἐξομάλησον τὴν ὁδόν μου πρός σέ) erklärt ***Agell.*** den lat. Text: *ad te viam meam dirige, ut redeam ad te.* — **9, 20 judicentur gentes in conspectu tuo** (עַל־פָּנֶיךָ. ***Hier.*** *ante faciem tuam*). - ***Thom.*** *non secundum voluntatem humanam, sed tuo judicio; quasi: appello ad te.* — *h* ***10, 5*** **non est Deus in conspectu ejus** (ἐνώπιον αὐτοῦ). - ***Thom.*** *in intentione vel cogitatione.* - ***Euthym.*** Ὡς οἴεται, οὐ βλέπει αὐτὸν οὕτω πράττοντα ὁ Θεός· ἢ οὐ λαμβάνεται πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ὡς παρών. ***Hebr.*** »es giebt keinen Gott« sind all' seine Gedanken. - ***Leusden:*** *non esse Deum sunt omnes cogitationes ejus.* - ***Hier.*** *nec est Deus in omnibus cogitationibus ejus* (***Syr.*** ܘܠܝܬ ܐܠܗܐ ܒܟܠܗܘܢ ܬܪܥܝܬܗ). — **14, 4 ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: nichts gilt bei ihm der Böse.** ***Thom.*** Malignus, *inquantum talis est, nihil reputatur.* - ***Bellarm.*** *Non favit unquam malignis, sed eos contempsit et pro nihilo duxit. Magna est haec laus, non solum in se odisse malum, sed etiam in aliis.* - ***Euthym.*** Διανέμων γὰρ ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, τὸν μὲν πονηρὸν καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖται φαυλιζόμενος, κἂν πλούτῳ, κἂν εὐγενείᾳ κομᾷ, κἂν ἄλλῃ περιφανείᾳ λαμπρότατός ἐστι· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Θεὸν μεγαλύνει, κἂν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀτυχήμασιν εὑρίσκωνται. - [Neuere Erklärer wollen im hebr. Texte nicht נִמְאָס als Subjekt u. נִבְזֶה als Prädikat, sondern beide Ausdrücke parallel (verstärkend) und prädikativ fassen (***Del.*** »der mißfällig in seinen Augen, verschmähenswert«; ***Hitz.*** »der gering in seinen Augen, mißachtet«), so daß der Stichus von Demut und Selbsterniedrigung handelte. Der Gegensatz zum folgenden Halbvers »timentes autem Dominum glorificat« rechtfertigt aber die griech.-lat. Übersetzung. ***Hier.*** *despicitur oculis ejus improbus.* - ***Syr.*** ܡܫܝܛ ܒܥܝܢܘܗܝ ܡܪܓܙܢܐ »verachtet ist in seinen Augen der zum Zorn Reizende«.] — **15, 8 providebam Dominum in conspectu meo semper: ich sehe allezeit den Herrn vor meinen Augen.** ***Hebr.*** ich stelle mir vor Augen (vergegenwärtige mir beständig). -

Hier. *proponebam.* - ***Agell.*** *ut eum tamquam viae ducem sequerer.* - ***Bellarm.*** *anima enim magis est, ubi amat, quam ubi animat.* - ***PlacParm.*** *Amore Dei nihil fortius est et firmius. Qui divino amore agitur, quaeque ardua et difficilia tolerat et sustinet.* Providebam, *i. e. continue* Dominum in conspectu meo *ponebam, pro cujus amore cuncta agebam, et omnia patiebar, quae non ardua aut aspera, sed jucunda fuerē, propter quod ipse Dominus, quem semper habui in conspectu meo, est mihi a dextris.* - ***Athan.*** Πρὸ ὀφθαλμῶν μου εἶχον πάντοτε τὸν Κύριον ἀντιλαμβανόμενόν μου καὶ ὁδηγοῦντα εἰς τὰς ὁδοὺς τὰς δεξιὰς, ἵνα μὴ ἐκκλίνω ἀπ᾽ αὐτῶν. - ***Euthym.*** Πρὸ παντὸς ἄλλου ἔβλεπον τὸν Θεὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ψυχῆς μου, ἐνώπιόν μου φαινόμενον. - ***Jansson.*** *Inter increpantium maledicta Deum Patrem ejusque aeternam veritatem et justitiam mihi jugiter prae oculis habebam, quia Christus oculos humanae suae mentis in divinitatem immobiliter defixos habens, in ea* semper, *i. e. sine ulla intermissione, providebat omnia quae sibi erga contradictores ac vim inferentes agenda erant eisque dicenda. Hoc autem sic fuit Christo proprium, ut tamen nobis proponatur in exemplum: ut et nos ante omne verbum, ante omnem actum, quantum fieri potest, oculos attollamus ad Deum aut Dei verbum.* — 16, 15 apparebo conspectui tuo. s. ***appareo.*** — **17, 7 clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus: mein Geschrei vor ihm drang ihm zu Ohren.** ***Hier.*** *ante faciem ejus.* [לְפָנָיו fehlt 2 Sam. 22, 7 u. ist wohl auch hier als eine den Anthropomorphismus mildernde Randglosse zu streichen.] - ***Bellarm.*** *Clamosa oratio mea, i. e. magno affectu prolata et* in conspectu ejus *effusa, i. e. quam effudi Deum prae oculis habens, exaudita est.* — 17, 13 prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt. s. ***transeo.*** — **17, 23 omnia judicia ejus in conspectu meo: all' seine Gesetze hatte ich vor Augen.** - ***Heser:*** *ea diu noctuque mente revolvo mecum et omnes actiones meas ad hanc regulam certissimam exigo.* - ***Bellarm.*** *propositum stabile habebat, nunquam praevaricandi legem Domini.* - ***Thom.*** *Valet valde ad operanda bona et evitanda mala, cogitare divina judicia.* — **17, 25 secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus: nach der Reinheit meiner Hände vor seinen Augen.** - ***Thom.*** *Aliqui habent exterius tantum* manus, *i. e. operationes puras, et illis Deus non retribuet; sed quando habent puras in corde operationes, tunc retribuet. Et hoc est* in conspectu oculorum ejus, *non illis bonis, quae sunt in conspectu nostro, sed in conspectu Dei.* - ***LudSax.*** *ipse aspicit quidquid boni in mandatis Dei operatur.* - ***Aug.*** *quoniam quae videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna* (2 Cor. 4, 18). - ***Pelbart.*** zieht den Ausdruck in conspectu oculorum zu retribuet und erklärt: *in futura gloria, ubi erimus ante conspectum Dei et videbimus eum facie ad faciem.* — **18, 15 et erunt, ut complaceant eloquia oris mei, et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: dann werden wohlgefällig sein die Reden meines Mundes und das Dichten meines Herzens vor dir allezeit.** - ***Agell.*** konstruiert: *eloquia oris mei et meditatio cordis mei erunt in conspectu tuo, ut complaceant.* Besser wird erit oder sit (veniat) ergänzt vor in conspectu tuo, und dieser Ausdruck wird parallel mit complaceant gefaßt. - ***Euthym.*** ἔσται δηλονότι. - ***Geier:*** *Per* faciem *autem intelligitur Dei affectus benevolus atque ad exaudiendum promptus, vel ipse Deus gratiose praesens.* — **21, 26 vota mea reddam in conspectu timentium eum: meine Gelübde will erfüllen ich vor denen, die ihn fürchten.** - ***Geier:*** *publice et solemniter: ita ut alii quoque hac mea gratitudine excitentur ad similem in te fiduciam, spem, laudem.* - ***Bellarm.*** *Per ministros meos Sacerdotes Novi Testamenti*

assidue immolabo Sacrificium Deo gratissimum idque in conspectu *colentium eum ac per hoc verorum Fidelium. Non enim licet hoc sacrificium coram infidelibus immolare.* - ***Plac-Parm.*** *Licet Ecclesia sit magna, soli tamen* timentes *Deum erunt qui efficaciter fructum meorum sacrificiorum et mearum oblationum percipient.* — **21, 28 adorabunt in conspectu ejus universae familiae gentium: anbeten sollen vor ihm alle Heidenstämme** (ἐνώπιον αὐτοῦ). - ***Hebr.*** vor dir. - ***Pagnin.*** *coram te.* - ***Targ.*** קֳדָמָךְ. - ***Syr.*** (mit ***LXX***) ܩܕܡܘܗܝ. - ***Hoen:*** Adorabunt *ex animo suo vere et non ficte, rejectis idolis, majestatem ejus.* - ***LudSax.*** *in corde, ubi Deus videtur: et in conscientiis suis, ubi veri adoratores adorant Patrem non in conspectu hominum. Vel: humiliabuntur in conspiciendo eum.* — 21, 30 in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. f. **cado** S. **213.** — 22, 5 parasti in conspectu meo mensam. ***Hier.*** *pones coram me.* f. **mensa.** — **30, 20 quam . . . perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.** Die letzten Worte gehören nicht zu sperant (***Luther:*** die vor den Leuten auf dich trauen), sondern zu abscondisti und perfecisti. - ***Targ.*** לְמִפְרַע לְהוֹן אֲגַר טָב קֳבֵיל בְּנֵי נָשָׁא »um ihnen zu zahlen guten Lohn vor den Menschenkindern«. - ***Bellarm.*** *Deus tempore tribulationis abscondit a timentibus se magnam* dulcedinem, *i. e. mercedem et praemia, ut eos exerceat: sed paulo post eandem mercedem et eadem praemia palam ostendit* in conspectu filiorum hominum, *ut servos suos bene sperare jubeat.* — 35, 3 dolose egit in conspectu ejus. f. **dolose.** — **37, 18 dolor meus in conspectu meo semper.** ***Hoen:*** *non solum interna animi mei contritio, sed etiam ipsum meum peccatum assidue mihi oberrat et obversatur: cujus intuitu lubentissime etiam patior, quaecunque tu, Deus meus, patienda immiseris.* - ***Titelm.*** *Ego conscius magnitudinis peccatorum meorum paratum me offero ad disciplinam et correptionem sufferendam, prout misericors justitia tua dictaverit et expediens cognoverit: non refugio a te, Domine, pro peccatis meis disciplinam suscipere correptionis, sciens quod graviter peccaverim in coelum et coram te, ut jam non sim dignus laetari tecum adhuc ut filius, sed potius flagella sustinere ut servus malus et fugitivus: imo et ipse volo propter iniquitates meas dolore justo et poenitentia meipsum affligere et dolorem meum servare volo semper, donec vivam, nunquam prorsus oblivioni daturus iniquitatem meam: voloque in hoc dolore et afflictione hac poenitentiae persistere, usquedum tu me tua consolatione ab ea relevare dignaberis.* — 40, 13 confirmasti me in conspectu tuo. f. **confirmo** S. **473.** — **49, 3 ignis in conspectu ejus exardescet: Feuer glühet vor ihm auf.** ***Hebr.*** Feuer frißt vor ihm her (fressend Feuer geht vor ihm her). ***Hier.*** *ignis coram eo vorabit.* - Feuer und Sturm sind Vorboten des als Richter erscheinenden Gottes vom Sinai. Das Feuer droht die Sünder zu verzehren; der Gewittersturm fegt sie weg wie Spreu. - ***Genebr.*** *Poetica hypotyposis adventus Christi ad judicium. Habebit in promptu gravissima supplicia, quibus impios afficiat. Loquitur autem de igne conflagrationis, quo purgabitur mundus* (2 Petr. 3, 10. 11) *et mira agitatione et conturbatione elementorum omnium.* - ***Heser:*** Ignis *hoc officium erit, ut qui est aurum, probetur; qui est palea, comburatur.* — **49, 8 holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper: deine Brandopfer sind ja immerdar vor mir.** ***Hier.*** *coram me.* Gott macht seinem Volke nicht den Vorwurf, daß es ihm nicht genug Opfer bringe, da er ja fortwährend den Altar von Brandopfern rauchen sieht, doch den Mangel innerer Frömmigkeit muß er rügen (Is. 1, 11). — **51, 11 in conspectu sanctorum tuorum: vor deinen Heiligen.**

Die ganze Gemeinde soll Zeugin seiner Dankbarkeit gegen Gott sein. [Die Worte gehören zu confitebor u. expectabo, nicht zu bonum est. - ***Bellarm.*** *nomen tuum dulce est Sanctis tuis, qui ejus dulcedinem gustaverunt.*] - ***Agell.*** *ut non ipse solus tibi laudes persolvam, sed Sanctos quoque tuos tibique deditos homines ad tuum nomen celebrandum commemoratione tuorum in me beneficiorum excitem.* — **53, 5 non proposuerunt Deum ante conspectum suum: sie stellen Gott sich nicht vor Augen.** ***Hier.*** *in conspectu suo.* - ***Heser:*** *ante oculos mentis suae. Nullam Dei habuerunt rationem: nullo metu justitiae divinae deterriti sunt a maleficio.* - ***Turrecr.*** *ignorare Deum credentes, quod scelerata mente susceperunt.* - ***Euthym.*** «Οὐ προέθεντο» ἀντὶ τοῦ οὐ παρεστήσαντο νοερῶς· ὁ γὰρ φοβούμενος τὸν Θεὸν δι᾽ ἀνατυπώσεως ἱστᾷ τὸν Θεὸν πρὸ προσώπου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ἀπαγορεύοντα τὸ κακόν. — **55, 9 posuisti lacrymas meas in conspectu tuo: du legtest meine Thränen vor dich hin.** ***Agell.*** *et semper intuetur.* - ***LudSax.*** *tamquam tibi placitas aspiciendo, i. e. acceptabiles habuisti et me exaudisti.* - ***Heser:*** *ut earum recorderis.* - ***Bellarm.*** *Ego flens coram te exposui cursum afflictissimae vitae meae, et tu misericors et pius Pater non avertisti faciem tuam, sed aspexisti cum misericordia lacrymas meas.* - ***Bredemb.*** *O Deus, exposui tibi lamentabiliter et cum fletu afflictiones vitae meae. Neque vero id feci surdo aut duro alicui sive immiti, qui simul et aures et oculos ab afflicto averteret: sed tibi, inquam, miti, placido et misericordi, adeo ut non solum audieris clamantem ad te, verum etiam* lacrymas meas in conspectu tuo posueris, *nolens videlicet oblivisci afflictionum mearum, sed tempore opportuno, h. e. quo tu nosti id mihi fore optimum et commodissimum ad consequendum salutem et gloriam aeternam, liberaturus me ab omnibus afflictionibus meis.* - ***Hebr.*** **lege meine Thräne in deinen Schlauch.** [Andere finden es natürlicher, statt der Imperativform שִׂימָה *(Milʿêl)* die Partizipialform שִׂימָה *(Milraʿ)* zu lesen: »gelegt ist meine Thräne«.] - ***Targ.*** בְּזִיקָךְ. Der in heißen Ländern zur Aufbewahrung von Wasser, Wein, Milch und anderen Flüssigkeiten dienende Schlauch (נאד = uter 118, 83) ist hier bildlich zur Aufbewahrung der Thränen angewandt, die nicht in Vergessenheit geraten sollen. Statt בְּנֹאדֶךָ lasen die ***LXX*** לְנֶגְדֶּךָ *(90, 8)*. Da בְּנֹאדֶךָ mit נֹדִי ein Wortspiel bildet, hält ***Baethg.*** ersteres »gegen den Verdacht der Korruption gesichert«. Indes ist zu bemerken, daß mit ***LXX*** und ***Vulg.*** auch ***Syr.*** (ܩܕܡܝܟ) und ***Hier.*** *(in conspectu tuo)* לְנֶגְדֶּךָ gelesen haben. — **60, 8 permanet in aeternum in conspectu Dei: er wird (soll) ewig bleiben (thronen) vor dem Angesichte Gottes.** ***Hier.*** *sedebit semper ante faciem Dei.* Gottes gnadenreiches Antlitz wird (soll) ihm immer leuchten. ***Qimchi*** erklärt: כל ימי חייו ישב לפני אלהים כלומר יתעסק ביראת האלהים ובחכמה »alle Tage seines Lebens wohne er vor Gott, d. h. beschäftige er sich mit der Furcht Gottes und mit der Weisheit«. - ***Heser:*** *Ordinatione divina* permanet *David rex, et posteritas ejus regnabit usque ad occasum regni Judaici . . . Per Christum, cujus perpetuum regnum hic Propheta canit, posteritas Davidis sempiternum imperium tenet.* - ***Euthym.*** Ἐκ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος βασιλέων μόνος ὁ Χριστὸς ζῇ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ἀπέθανεν, ἀλλὰ ἀνέστη μετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. - ***Bredemb.*** *Christus Rex noster postquam moriendo mortem destruxit et resurgendo vitam reparavit, ascendit in coelum et consedit ad dexteram Patris: ubi una cum ipso Patre regnat et regni ejus nullus unquam erit finis.* - ***Turrecr.*** Permanet in aeternum, *populus fidelis Dei praesentia semper fruens, ubi tanta erit omnium bonorum copia, quia nulla erit ibi miseria.* — 67, 4

justi epulentur et exultent in conspectu Dei. s. **epulor.** — **67, 5 exultate in conspectu ejus.** ***Hier.*** *coram eo.* - ***Heser:*** *in praesentia et beneficentia Dei.* - ***Titelm.*** *Advenientem cum gaudio excipite. Venit ergo ad vos in pace, ut liberet populum suum.* - ***Turrecr.*** *in clara visione ejus.* — **67, 8 cum egredereris in conspectu populi tui: als du auszogst vor deinem Volke her.** ***Hier.*** *ante populum tuum.* Erinnerung an den Wüstenzug. - ***Bellarm.*** *Cum coram populo tuo praecederes in columna nubis per diem et in columna ignis per noctem.* — **68, 21 in conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: gegenwärtig sind dir alle meine Dränger.** - ***Hier.*** *coram te.* Du weißt, wie zahlreich meine Feinde sind, wie viel ich durch sie leide. - ***Qimchi:*** כי אין נסתר ממך · ופי' כל צוררי שאתה רואה אותם כנגדך והם חושבים שלא תראה »denn nichts ist vor dir verborgen; d. h. meine Feinde, welche du siehst, als wären sie vor dir, meinen dennoch, du sehest sie nicht«. - ***Euthym.*** Ἐνώπιόν σού με θλίβουσι, σοῦ πάντα βλέποντος. Ἢ ἐνώπιόν σού εἰσι μὴ δυνάμενοί σε διαδρᾶναι. — 78, 11 introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. s. **compeditus.** — 79, 10 dux itineris fuisti in conspectu ejus. s. **dux.** — **85, 14 non proposuerunt te in conspectu suo.** ***Bellarm.*** *Non cogitaverunt te esse protectorem justorum, et quod non cum homine infirmo, sed cum Domino Deo exercituum bellare audeant.* - ***Qimchi:*** כלומר שקמו עלי ובקשו נפשי לא פחדו ממך שתשלם גמולם »d. h., die sich gegen mich erhoben haben und mir das Leben zu nehmen suchen, fürchten nicht vor dir, daß du vergelten werdest, was sie (mir) anthun«. — **87, 3 intret in conspectu tuo oratio mea: vor dich komme mein Gebet.** ***Hier.*** *ingrediatur ante te.* - ***Turrecr.*** *sit accepta conspectui tuo.* - ***Titelm.*** *Non illam repellas, non abjicias, sed dignanter ante misericordiae tuae sacrarium ascendere permittas.* — 88, 38 thronus ejus sicut sol in conspectu meo. s. **sol.** — **89, 8 posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.** ***Hier.*** *coram te.* - ***Qimchi:*** שתראה תמיד ותענישנו עליהם »daß du (sie) immer schauest und uns züchtigest ihretwegen«. - ***Euthym.*** Ἔθου αὐτὰς γυμνὰς ἐνώπιόν σου καὶ ὁρώμεναι οὐ διαλανθάνουσιν, ἀλλὰ καὶ μάλιστα παροξύνουσί σε καθ' ἡμῶν. - ***Titelm.*** *Et merito quidem conturbari debemus in hoc tuo furore, in consideratione terribilis judicii tui, quoniam credimus te omnes nostras iniquitates, quibus nunc tuae voluntati contrariamur, exactissime cognoscere et habere* ante conspectum tuum. — 95, 6 confessio et pulchritudo in conspectu ejus. s. **confessio** S. **464.** — 97, 2 in conspectu gentium revelavit justitiam suam. s. **justitia.** — **97, 6 jubilate in conspectu regis Domini.** ***Hier.*** *coram rege.* - ***Bellarm.*** *cum advenerit Rex magnus, qui Dominus omnium est.* - ***Hoen:*** *coram ipso Messia jam in regnum suum constituto atque ex passionis humilitate ad immortalitatis gloriam exaltato, ipso praesente et inspectante.* - ***Athan.*** Κηρύξατε ἐν παντὶ τόπῳ. — **97, 8. 9 montes exultabunt a conspectu Domini** (ἀπὸ προσώπου). ***Cassiod. Psalt. Rom.*** ante faciem. - ***Aug.*** a facie. - ***Hier.*** *ante Dominum.* - ***Titelm.*** *Omnia prae gaudio gestient a praesentia advenientis Domini.* - ***Heser:*** *viso scilicet in carne Christo, qui dedit aquis potestatem in Sacramento Baptismatis eluendi omnia peccata; qui varios montes sua praesentia exhilaravit, jam pernoctans ibi in oratione Dei, jam coelestem ibi doctrinam proferens, jam in eorum uno transfiguratus, in altero passus, ex alio reversus in coelum.* — **99, 2 introite in conspectu ejus in exultatione: kommet vor sein Angesicht mit Jubel.** - ***Euthym.*** Γνησίως αὐτῷ λατρεύετε χαίροντες. - ***Bellarm.*** *in domum Dei, ubi peculiari modo conspicitis Deum et conspicit vos Deus: sed introite in exultatione cor-*

dis, animo erecto et inflammato, ut Deus vos prae desiderio sui exultantes videat. - **Titelm.** *Venite, accedite ad eum in cordis devotione, et introgrediamini ante conspectum ejus: non quasi ante morosum et difficilem dominum, trepidi et anxii servi in tristitia et servili sollicitudine, sed cum exultatione liberae conscientiae, tamquam filii ante patrem piissimum, pastoremque benignissimum.* — 100, 7 non direxit in conspectu oculorum meorum. ſ. ***dirigo.*** — 108, 14 **in memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini** (ἔναντι Κυρίου): **in Erinnerung möge kommen seiner Väter Schuld beim Herrn.** ***Hier.*** *apud Deum.* - **Titelm.** *Ante oculos Domini redibit ad considerationem iniquitas parentum eorum, ut adducatur super eos ultio gravissima, quasi pro omnium parentum suorum delictis, ut inquiratur ab istis homicidis, qui adimpleverunt mensuram patrum suorum, sanguis omnium justorum et Prophetarum, qui effusus est ab origine mundi, ita scilicet, ut gravissima de eis sumatur ultio.* - ***LudSax.*** *Peccata patrum eis redduntur, ut puniantur, qui mala parentum imitantur, sed non eis, qui mutantur.* — 115, 15 pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. ſ. ***pretiosus.*** — **118, 168 omnes viae meae in conspectu tuo.** - ***Bellarm.*** *Quidquid agebam, in conspectu tuo agebam, sciens et cogitans, te omnia conspicere.* - **Titelm.** *Studiosus fui ad observandum omnia praecepta atque mandata tua, quia omnes* vias meas *et actiones direxi ante* conspectum tuum, *et secundum placitum tuum diligenter studui conversari: simul etiam quia omnes actiones meas omnemque meam conversationem scio tuis oculis patere, quemadmodum tuis oculis nuda et aperta sunt omnia.* - ***Euthym.*** Αἴτιον δὲ τῆς φυλακῆς τούτων, ὅτι πᾶσαι αἱ ὁδοὶ τῆς πολιτείας μου καὶ πᾶσα πρᾶξίς μου ἐνώπιόν σου τελεῖται, καὶ ὑπὸ σοὶ μάρτυρι ὁδεύω τὸν βίον. — **142, 2 non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.** - ***Bellarm.*** In conspectu Dei *non justificabuntur, quia Deus videt corda et conscientias, et ex ipsius conscientiae testimonio convincet eos. Qui justi sunt, sed adhuc in via, non justificabuntur* in conspectu Dei, *quoniam non audebunt se justificare . . . Item non justificabuntur* in conspectu Dei, *quoniam intelligunt justitiam suam non a se acquisitam, sed a Deo donatam esse, et ideo non se justificabunt coram Deo, quasi ex se justi sint, sed gratias agent justificatori suo. Denique non justificabuntur* in conspectu Dei, *quoniam etiamsi justi sint, quia criminibus carent, tamen etiam peccatores se esse intelligunt, quia peccatis quotidianis non carent . . . Qui justi sunt in patria, et criminibus et peccatis non solum carent, sed etiam inquinari non possunt; non justificabuntur* in conspectu tuo, *tum quia justitiam suam non sibi, tribuunt sed Deo, a quo illam habent, tum quia tanta est puritas Dei, ut comparatione ejus omnis alia justitia injustitia esse videatur.* - ***Euthym.*** Ἐνώπιόν σου, τουτέστι, πρὸς τὴν σὴν ἀκρίβειαν ἐξεταζόμενος· ἢ πρὸς τὰς σὰς εὐεργεσίας. ἢ πρὸς τὰς σὰς ἐντολάς.

conspicĭo, spexi, spectum, ĕre (com u. specio), hinschauen, seinen Blick richten, acht haben: προσέχειν: **21, 20 ad defensionem meam conspice.** ***Hebr.*** **mir zu Hilfe eile.** ***Hier.*** *in auxilium meum festina.* [Entsprechend dem griech. πρόσχες übersetzt die ***Vulg.*** חוּשָׁה sonst mit respice (39, 14; 70, 12); intende (37, 23); - festina nur 69, 2.]

constituo, stitŭi, stitūtum, ĕre (com u. statuo), hinstellen, aufstellen, einsetzen, einrichten, festsetzen, beschließen 1) καθίστημι **a)** נָסַךְ: **2, 6 ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: ich bin ja eingesetzt von ihm als König auf Sion, seinem heiligen Berge.** Wie könnt ihr euch erheben wider mich, da doch der Herr

mich als König eingesetzt hat? Nach dem griech.-lat. Texte sind dies Worte des Messias, während nach dem masoret. Texte der himmlische Vater spricht. Die *LXX* lasen nämlich die Nifalform נִסַּכְתִּי (κατεστάθην) und dementsprechend מַלְכּוֹ und קָדְשׁוֹ statt der masoret. Qalform נָסַכְתִּי und מַלְכִּי u. קָדְשִׁי. – ***Hebr.*** **und doch habe ich meinen König eingesetzt auf Sion, meinem heiligen Berge.** – ***Targ.*** וַאֲנִי רַבֵּיתִי מַלְכִּי וּמַנִּיתֵיהּ עַל טוּר מַקְדְּשִׁי. – ***Syr.*** ܐܢܐ ܐܩܝܡܬܗ ܡܠܟܝ ܥܠ ܨܗܝܘܢ ܛܘܪܐ ܕܩܘܕܫܝ. – ***Pagnin.*** *et ego constitui regem meum super Sion montem sanctum meum.* – ***Hier.*** *ego autem orditus sum regem meum super Sion montem sanctum suum.* – ***Bellarm.*** *Quamvis non multum referat, quoad sensum, utrum Deus Pater dicat, se ordinasse Christum regem, an ipse Filius dicat, se ordinatum a Patre: tamen valde probabile est, Septuaginta interpretes legisse paulo aliter, quam nunc legimus. ... Et quoniam probabile est, Septuaginta interpretes habuisse codices hebraicos valde correctos, inde fit etiam probabile, lectionem nostram vulgatam veriorem esse, quam ea sit, quae nunc legitur in codicibus hebraicis.* – ***Turrecr.*** *a Deo Patre, cui obediendum est.* – ***Heser:*** ab eo, *rerum omnium supremo domino eodemque Patre meo, super Ecclesiam.* – ***Titelm.*** *Vox Christi: Ego vero tametsi nunc ab incredulis rebellionem et persecutionem sustineam, sum tamen verus Dei Filius, Rex constitutus et verus Messias, unctus a Deo Patre meo coeli habitatore super Ecclesiam sanctam, populum Fidelium.* – [***Theodor.*** «Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ.» Καὶ ἐνταῦθα δὲ στίξαι προςήκει, καὶ τότε ἐπαγαγεῖν «Ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ διαγγέλλων τὸ πρόςταγμα Κυρίου». Οὐ γὰρ τοῦ Σιὼν ὄρους βασιλεύει μόνον, ἀλλ᾽ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σιὼν ὄρους καὶ τῆς Ἰουδαίας τὴν θείαν αὐτοῦ διδασκαλίαν τοῖς προσιοῦσι προςήνεγκεν. οἱ δέ γε ταύτην δεξάμενοι μετωχέτευσαν εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τὰ νάματα, τοῖς θείοις αὐτοῦ πεισθέντες προςτάγματα. Dazu bemerkt mit Recht ***Agell.*** *Quae interpretatio neque vera est neque necessaria; non enim verendum est, ne super Sion montem sanctum Rex constitutus exiguis terminis regnum circumscriptum habeat; intelligimus enim inde ex monte Sion primum coepisse regnum ejus, sed illud postea ubique terrarum prolatum esse.*] – Die Bedeutung von נָסַךְ ist ungewiß; doch scheinen die *LXX* mit gutem Recht es vom »Einsetzen« eines Königs verstanden zu haben. Vgl. assyr. *nasâku* = setzen, legen, etwas wohin thun; *nasîku* (wie נָסִיךְ) Fürst. Sonst heißt נָסַךְ **1)** gießen, ein Trankopfer (Ex. 30, 9. Os. 9, 4) oder metallene Kunstwerke (Is. 40, 19); daher manche an »salben« dachten (***Sym.*** ἔχρισα; ***Midrasch:*** אמשחתיה), wiewohl sich diese Bedeutung sonst nicht nachweisen läßt. — **2)** weben, flechten; daher ***Aq.*** ἐδιασάμην (gleichsam »wie ein Gewebe zubereiten«). — Wahrscheinlich entsteht die Bedeutung »einsetzen« aus der Bedeutung »hingießen« = fest hinstellen. — **b)** הִמְשִׁיל (zum Herrscher machen): **8, 7 et constituisti eum super opera manuum tuarum: du setztest ihn (zum Herrscher) über deiner Hände Werke.** – ***Theodot.*** ἐξουσιάζειν ἐποίησας αὐτόν. – ***Hier.*** *dabis ei potestatem.* – ***Euthym.*** Ἐχειροτόνησας αὐτὸν βασιλέα τῆς κτίσεως, ἣν ἐποίησας. – ***Agell.*** *omnibus rebus terrenis praefecisti.* – ***Heser:*** *Dedisti ei potestatem super opera tua et voluisti, ut haberet ille dominium super ista inferiora.* – ***Bellarm.*** *Accepit [homo] potestatem et dominium in omnia opera Dei, ac praesertim in animalia.* – ***Euseb.*** Δῆλον ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς κατέστησεν αὐτόν. Καὶ μήποτε ἀποῤῥήτως τὴν ἐν οὐρανῷ διατριβὴν σημαίνει τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἐκεῖσε μεθισταμένων, ὅτε μέλλουσι βασιλείαν κληρονομεῖν οὐρανῶν. – Messianisch: ***PlacParm.*** Super opera manuum suarum constituit, *quando*

post ejus resurrectionem, Domino attestante, data est *ei* omnis potestas in coelo et in terra (Matth. 28, 18). - **Aug.** *Quandoquidem et Angeli sunt opera manuum Dei, etiam super Angelos constitutum accipimus unigenitum Filium, quem* minutum paulo minus ab Angelis *per humilitatem carnalis generationis atque passionis audimus et credimus.* — c) שִׁית: 9, 21 constitue, Domine, legislatorem super eos. s. **legislator.** — 44, 17 constitues eos principes. **Hier.** *pones.* — d) שִׂים: 17, 44 constitues me in caput gentium. **Hier.** *pones.* s. **caput** S. **267.** — 104, 21 constituit eum dominum domus suae. **Hier.** *posuit.* — e) הִפְקִיד: 108, 6 constitue super eum peccatorem: bestelle einen Ungerechten über ihn. s. **peccator.** — 2) συνίσταμαι, כּוֹנֵן: 106, 36 constituerunt civitatem habitationis: sie gründen eine Stadt zum Wohnen. **Hier.** *fundabunt.* — 3) κατατίθημι, צוּק (gießen): **40, 9 verbum iniquum constituerunt adversum me: sie lassen heillos Wort ergehen über mich.** Die *LXX* lasen יָצְקוּ בִּי (auch *Luther:* sie haben ein Bubenstück über mich beschlossen. - **Hier.** *verbum diaboli infundebant sibi.* - **Syr.** ܢܶܟܠܳܐ ܣܳܡܘ »sie erdenken«). - **Hebr.** ein Unheil ist ihm angethan (eig. angegossen). - **Pagnin.** *(dicentes) res impietatis adhaeret ei.* (Nach dem masoret. Texte sind es bereits Worte der Feinde.) - **Bellarm.** *Decretum iniquum statuerunt contra me, ut videlicet me, quamvis innocentem, morti traderent.* - **PlacParm.** Verbum iniquum *est cogitatio occidendi Christum;* verbum iniquum *fuit, quando post mortem nomen illius extinguere conabantur, verbum injustum fuit velle illius fidem a cordibus Fidelium extirpare. Hujus pessimi consilii ratio subditur . . . Scimus pro certo, si occiderimus eum, quod non resurget.* - **Theodor.** ἀντὶ τοῦ «παρανομίας κατηγορίαν ἐποιήσαντο κατ' ἐμοῦ». - **Euthym.** «ἀντὶ τοῦ ἀπεκρίθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ ὑπὸ Πιλάτου «Τί ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν;» ἀπεκρίθησαν· Σταυρωθήτω. — 4) κατοικίζω, הוֹשִׁיב (wohnen lassen): 4, 10 in spe constituisti me: du hast mich festgestellt in Zuversicht (lässest wohnen mich in Sicherheit). - **Aug.** liest (mit **Hier.**) habitare fecisti me. s. **spes.** — 5) κτίζω, בָּרָא (erschaffen): **88, 48 numquid enim vane constituisti omnes filios hominum: hast du denn für nichts geschaffen alle Menschenkinder?** **Hebr.** (gedenke) zu welchem Nichts du geschaffen (zu מַה־שָּׁוְא vgl. *h 30,10,* Job 26, 14). **Hier.** *alioquin quare frustra creasti.* - **Pagnin.** *propter quid frustra creaveris.* s. **vane.** — 6) παρατάσσομαι, גּוּר 139, 3 tota die constituebant proelia: beständig erregen sie Kriege. **Pagnin.** *congregant.* - **Hier.** *versati sunt in proeliis.* [גּוּר ist wohl Nebenform zu גָּרָה. **Hupf.** liest יָגָרוּ (*Pi.* von גָּרָה).]

con-stringo, strinxi, strictum, ĕre, zusammenziehen, zusammenschnüren: **31, 9 in camo et freno maxillas eorum constringe: mit Zaum und Zügel schnüre ihre Backen.** **Hebr.** mit Zaum und Zügel, seinem Geschirr, ist es zu bändigen (muß es gebändigt werden). s. **maxilla.**

consummatĭo, onis, *f.* (consummo), die Vollendung, Erreichung des Höhepunktes: 1) ἐξόδιον, Ausgang, Ende: **28, 1 in consummatione tabernaculi: am Schlusse des Laubhüttenfestes.** Die im masoret. Texte fehlende Überschrift der *LXX* ἐξοδίου (**Lucian.** ἐξόδου) σκηνῆς, ohne Zweifel aus alter Zeit (**Theodor.** Οὐδὲ ταύτην εὗρον ἐν τῷ Ἑξαπλῷ τὴν ἐπιγραφήν, ἀλλ' ἔν τισιν ἀντιγράφοις) enthält eine Angabe über den jüdisch-liturgischen Gebrauch des Psalmes. Nach dem Sprachgebrauch der *LXX* bezeichnet ἐξόδιον sowohl den achten Tag — Schluß — des Laubhüttenfestes (Lev. 23, 36. Neh. 8, 18. 2 Par. 7, 9. Joan. 7, 37), als auch den siebenten Tag des

Paschafestes (Deut. 16, 8). Durch die nähere Bestimmung σκηνῆς ist der Schluß des Laubhüttenfestes bezeichnet. Der Überschrift ἐξοδίου σκηνῆς entspricht der hebr. Ausdruck לַעֲצֶרֶת סֻכָּה (vgl. Lev. 23,36), da סוּכָּה nachbiblischer Name des Laubhüttenfestes ist. — ***Agell.*** *Quia in Graeco est* ἐξοδίου σκηνῆς, ἐξόδιον *autem octavum solemnitatum diem significat, seu, ut solet B. Hieronymus vertere, collectam, cum simul collecti ad atrium tabernaculi seu templi consummatis festis diebus Deum adorabant: ideo octavum diem solemnitatum hoc loco accipiendum puto, et proprie octavum diem festi scenopegiae seu tabernaculorum, ex eo quia additur* σκηνῆς, tabernaculi. Ἐξόδιον *autem* consummationem *dixit latinus interpres non imperite, sed doctissime, quia ipsum* ἐξόδιον *seu collecta, consummatio dierum festorum erat.* Die alten Erklärer haben durchgängig sowohl den Ausdruck ἐξόδιον (ἔξοδος) wie die Übersetzung consummatio mißverstanden. - ***Theodor.*** Ἐντεῦθέν τινες τῶν συγγραφέων ὁρμώμενοι ᾠήθησαν τὸν μακάριον Δαυῒδ τοῦτον εἰρηκέναι τὸν ψαλμὸν, ἡνίκα τὴν κιβωτὸν ἐπανήγαγεν. - ***Euthym.*** Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν εἴη ἂν ὁ παρὼν ψαλμὸς παράγγελμα τοῖς ἱερεῦσι καὶ Λευίταις περὶ τῆς ἐξόδου τῆς σκηνῆς, ἤτοι περὶ τῆς ἐξελεύσεως τῆς ἀπὸ τοῦ ναοῦ, τί ἐξίοντες μέλλοιεν ποιεῖν εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀεὶ, ὅτι ἄγειν κριῶν ἄρρενα τέκνα, νεογιλὰ, ὅτι καὶ δόξαν δι' εὐφημίας καὶ ψαλμῶν, ὅτι καὶ τιμὴν δι' εὐταξίας καὶ εὐλαβείας, ὅτι ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ναοῦ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, εἴη ἂν περὶ τῆς ἐξελεύσεως τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, ὃ σκῆνος ὁ Ἀπόστολος καλεῖ. - ***Heser:*** In consummatione tabernaculi *et Arcae translatione factus est iste Psalmus, quo invitantur omnes ad offerenda sacrificia.*] — **2)** συντέλεια **a)** תִּכְלָה Vollendung, Vollkommenheit: **118, 96 omnis consummationis vidi finem: ich seh' ein Ende jeglicher Vollkommenheit.** — Alle irdische, menschliche Vollkommenheit ist beschränkt: nur Gottes Gesetz ist unbeschränkt hinsichtlich seines Inhaltes und seines Wertes. - ***Theodor.*** Πάντα τὰ ἀνθρώπεια, καὶ πλοῦτος, καὶ περιουσία, καὶ δυναστεία, καὶ ἡγεμονίαι, καὶ στρατηγίαι, τυραννίδες καὶ βασιλεῖαι, τέλος ἔχουσι, καὶ τέλος ταχύ· ἡ δὲ σὴ ἐντολὴ πλατεῖά ἐστι καὶ ἀνώλεθρος καὶ τοῖς φυλάττουσι προξενεῖ τὸν ἀπέραντον ἐκεῖνον καὶ αἰώνιον βίον, καὶ τὰ ἀγαθὰ μεταβολὴν οὐδεμίαν δεχόμενα. - ***Aquav.*** *Perspexi, omnis rei quantumcunque perfectae ac consummatae tandem finem esse, sive prospera sit, sive adversa: at mandatum tuum patere latissime et sine fine esse, quatenus hominem ad vitam, quae est sine fine, perducit. Legimus et* consummationem *malitiae et* consummationem *virtutis et* consummationem *hominis et* consummationem *saeculi. Sed horum omnium* finem vidi, *sed non ita mandati tui, quod omnia complectitur.* — **b)** für כַּלֵּה (vertilge): **58, 14 in consummatione, in ira consummationis: bei der Vollendung, wann sich der Zorn vollstreckt.** s. *annuntio* S. 96. - ***Sym.*** [v. 13] συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν· ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντας [v. 14] συντέλεσον· ἐν θυμῷ ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν. Mit dem masoret. Texte stimmen auch überein ***Targ.*** שֵׁיצֵי יַתְהוֹן בְּכָלוֹ שֵׁיצֵי יַתְהוֹן עַד דִּי לֵיתְנוּן u. ***Syr.*** ܐܘܣܦ ܐܢܘܢ ܒܪܘܓܙܟ ܐܘܣܦ ܐܢܘܢ ܘܠܐ ܢܬܡܫܚܘܢ. - ***Theodor.*** Συντέλειαν οὐ τὴν πανωλεθρίαν καλεῖ, ἀλλὰ τὸ μηκέτι αὐτοὺς λαὸν χρηματίζειν Θεοῦ. Ἐσκεδασμένοι γὰρ κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ Ῥωμαίοις δουλεύειν ἠναγκασμένοι, τῆς νομικῆς λατρείας ἐστέρηνται· πόῤῥω τῆς πολυθρυλλήτου διάγουσι μητροπόλεως, τῆς βασιλικῆς ἔρημοι κηδεμονίας γεγένηνται· ἱερατικῆς ἐπιμελείας οὐκ ἀπολαύουσι, τῆς προφητικῆς ἐγυμνώθησαν χάριτος. - ***Pelbart.*** *Per* iram *significat vindictam Dei in eos: per* consummationem *significatur exterminatio regni eorum.* - ***Titelm.*** *Propter abominationem et mendacium, quae operantur, accusabuntur et tamquam punitione digni numerabuntur* in

consummatione malitiae suae, *postquam fuerit consummata et matura eorum impietas: sive* in saeculi consummatione, *quando non amplius cum tritico permittentur zizania, sed separabuntur in caminum ignis:* annuntiabuntur, *inquam, ita* in ira consummationis, *in tempore quo manifestabitur ira judicis terribilis, ad* consummationem *et perditionem impiorum omnium, electorumque beatam praemiationem: ac tunc quidem in perditionem mittentur aeternam, et non erunt ultra in numero viventium, sed quasi non sint, in morte aeterna erunt.*

consummo, avi, atum, are (com und summa), zu Ende bringen, vernichten: συντελέω, כִּלָּה: 118, 87 **paulo minus consummaverunt me in terra: fast hätten sie vernichtet mich auf Erden.** ***Hier.*** *consumpserunt.* - ***Bellarm.*** *ut pene me perdiderint in terra.* - ***Genebr.*** *Fere, penitus consumpserunt; paulum abfuit, quin perderent atque exitio afficerent.* - ***Euthym.*** Παρ' ὀλίγον ἀνεῖλόν με. Συντέλεια γὰρ λέγεται καὶ ἡ συμπλήρωσις τῆς ζωῆς. Ἢ συνέκλεισάν με ἐν τῇ γῇ· ἢ κατέστρεψάν με εἰς τὴν γῆν. - [***Hoberg:*** »beinahe haben sie mich zu Boden gestreckt«.] Noch andere ziehen in terra zum Subjekt: - ***Lorin.*** *habitantes in terra seu terrigenae ac mortales, nihil nisi terrena meditantes et curantes.*

con-sūmo, sumpsi, sumptum, ĕre, verbrauchen, vernichten; *pass.* vernichtet werden, ein Ende haben, aufhören: συντελέομαι, גָּמַר: 7, 10 **consumetur nequitia peccatorum.** ***PsaltVet.Rom.*** consummetur. - ***Sym.*** ἀπαρτισθήτω. - [Mit Recht nahmen die ***LXX*** גָּמַר intransitiv wie 11, 2 (ἐκλείπω, deficio), vgl. auch *h 77, 9* (***IbnEzra*** faßt רַע als Subjekt, רְשָׁעִים als Objekt, u. גָּמַר transitiv: רע הוא הפועל ורשעים הם פעולים; ebenso ***Qimchi:*** אמר שהרע שעושים ושחושבים הרשעים יגמור אותם ויכלה אותם. - ***Targ.*** יִשְׁתֵּיצֵי]. - ***Titelm.*** *Non perdurabit in perpetuum impietas ista peccatorum, qua nunc innocentibus sunt molesti, neque suam pravitatem permittentur in aeternum exercere, sed* finietur *aliquando et finem accipiet potestas eorum: vir autem innocens et justus tua directione in bono stabilietur.* - ***Hoen:*** *Dissipabitur destrueturque, confido, te in justo tuo judicio per definitivam sententiam, justitiam ac innocentiam meam vindicante, eorum iniquitas, qui me perverse calumniantur.* - ***Euthym.*** Εἰ γὰρ στήσεταί ποτε τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ πονηρία κατευθυνθήσονται οἱ δίκαιοι, τουτέστιν, ἀνεμποδίστως ὁδεύσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν. - ***Cassiod.*** *Petit accelerari mortis adventum, ut cito suus clarificetur ascensus. Completa est enim nequitia peccatorum, quando crucifixus est Dominus. Nihil enim potuerunt* ultra *facere, quamvis crudeliter insanissent.*

con-surgo, surrexi, surrectum, ĕre, sich aufrichten, sich erheben, aufstehen; mit *dat.*, beistehen: ἀνίσταμαι, קוּם: 93, 16 **quis consurget mihi adversus malignantes: wer steht mir bei wider die Bösen?** ***PsaltVet.Rom.*** exurget. ***Hier.*** *stabit pro me.* - ***Sym.*** ἀναστήσεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς κακούργους. - ***Targ.*** מַן יְקוּם לִי לְאַגָּחָא קְרָבָא עִם מַבְאֲשִׁין »wer erhebt sich für mich, um Krieg zu führen mit den Bösen?« — Eine rhetorische Frage, deren Antwort für den Sänger selbstverständlich: unter dem Drucke der Gottlosen giebt es keine andere Hilfe als Gott. - ***Euthym.*** Τίς, φησί, συμπαραστήσεταί μοι παρατατομένῳ κατὰ τῶν δυςμενῶν; ἢ πάντως ὁ Θεός, ὁ διαφόρως ἐπικουρήσας μοι. - ***Theodor.*** Πάσης ἀνθρωπίνης εἰμὶ ἔρημος βοηθείας, ἀλλ' ἔχω τὸν μέγαν ἐπίκουρον, τὸν σκεδάσαι ῥᾳδίως δυνάμενον τῶν ἐναντίων τὸ στίφος.

contamĭno, avi, atum, are (com und tagmino, von tingo), durch Berührung beflecken, entweihen: 1) חִלֵּל βεβηλόω: 54, 21 **contaminaverunt testamentum ejus: sie entweihen seinen Bund.** ***Aug.*** pol-

luerunt. - *Hebr.* er (der Feind) entweiht seinen Bund (das Freundschaftsverhältnis, das er bisher mit dem Sänger hatte). - *Hier.* *contaminavit pactum suum.* - *Pagnin.* *polluit.* - *Qimchi:* בריתו חסים לו עם דוד »seinen Bund, den er mit David hatte«. - *Lorin.* *Quadrat id optime in Saulem, qui toties pollicitus erat cum juramento, non insidiaturum amplius vitae Davidis, quem etiam generum suum fecerat. Nec non etiam Absalomi bene convenit, quem praeter naturalem confoederationem, credibile est, postquam ei pater ignovit ac in conspectum quoque admisit, prolixe pollicitum obedientiam et vitam meliorem. Judae et Judaeis quam apte congruat, nemo non videt. Ad eos respexisse LXX existimo, usurpando vocabulum* διαθήκης, *quod solet de lege tota, tum veteri, tum etiam nova, accommodate usurpari.* - *Theodor.* Τοῦ γὰρ θείου νόμου διαγορεύοντος ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, τὸν εὐεργέτην ὡς πολέμιον ἐδίωκον. - *Pelbart.* *legem Dei transgrediendo, quae prohibet persequi innocentem.* - *Cassiod.* Testamentum *Dei, quantum ad se est,* contaminat, *qui minime ipsius imperiis obsecundat.* - *Haymo:* *male interpretando Scripturas, i. e. perverse agendo, non quod lex Dei posset quantum ad semetipsam contaminari, sed quantum ad eos qui se polluebant, sicut malus diaconus dicitur polluere Evangelium Dei.* — 2) *pass.* = טָמֵא, μιαίνομαι: unrein werden, sich verunreinigen: **105, 39 contaminata est in operibus eorum: sie** (die Erde) **ward befleckt durch ihre Werke.** Die *LXX* lasen וַיִּטְמָא statt des masoret. וַיִּטְמְאוּ = sie verunreinigten sich durch ihre Werke. *Hier.* *coinquinati sunt in operibus suis.* - *Pagnin.* *polluerunt se.* - *Targ.* טְמִיאוּ. - *Syr.* ܐܬܛܰܢܦܘ. - *Gerhoh:* *terra repromissionis sordidata est per opera eorum.* - *BrunSign.* *Tota* terra *eorum iniquitatibus violata et* contaminata est, *ut eam merito Deus abominari debuisset.* - *Titelm.* *Sicque factum est, ut terra illa promissionis, propter quam sanctificandam voluerat Dominus interficere omnes inhabitatores ejus, rursum amplius pollueretur et* contaminaretur *in effusione sanguinis innoxii, inque hujusmodi operibus impiissimis, quae gentili ritu perficiebant.* - *Lorin.* *Ipsamet terra videtur infici peccatis: ita ut quemadmodum prius diluvio purgata est, sic igni aliquando purganda dicatur.*

con-tĕgo, texi, tectum, ĕre, bedecken, umhüllen: καλύπτω, כָּסָה: **54, 6 contexerunt me tenebrae: Finsternis umhüllt mich.** - *Hebr.* mich bedeckt ein Schauder. - *Sym.* φρίκη. - *Hier.* *operuit me caligo.* - *Bellarm.* Tenebrae *moeroris totum hominem operuerunt: sicut enim laetitia exhilarat et dilatat cor, sic etiam moestitia constringit et obducit ac per hoc* tenebras *facit.* - *Titelm.* *Prorsus obtenebrati sunt prae timore oculi mei, simul et cor meum, ita ut nec oculi lumen suum teneant, et vix sibi mens constet amplius: quemadmodum hominibus in maximo metu et proxime ad mortem positis evenire solet, ut lumen tam cordis quam oculorum incipiant deficere et velut obtenebrari sive* operiri tenebris. - *Euthym.* Τὸ τῆς ἀθυμίας καὶ λύπης [σκότος]· αὗται γὰρ διαφερόντως σκοτίζουσι καὶ συγχέουσι τὴν ψυχήν.

contemptĭo, ōnis, *f.* (con-temno), die Verachtung: ἐξουδένωσις, בּוּז: **106, 40 effusa est contemptio super principes: ausgegossen ward Verachtung auf die Fürsten.** *Aug.* *Prosp.* effusus est contemptus. [*Cassiod.* liest contentio u. erklärt: *Breviter sacerdotes haereticorum designati atque notati sunt, a quibus merito dicitur* effusa contentio: *quia non salutari doctrina, sed tantum mortifera loquacitate* contendunt, *quippe qui Scripturas divinas locis aliquibus suscipiunt, et pro parte maxima derelinquunt.* - Ebenso liest *Arnob.*, u. erklären viele der Alten (*Haymo, HugCar. LudSax. Turrecr. Titelm. DionCarth.*, al.). - Mit Recht weist *Bellarm.* diese LA. zurück:

Recte editio Vulgata correcta est hoc loco: nam vitio librariorum legebatur contentio *in omnibus fere latinis codicibus.*] - ***Hebr.*** der gießt Verachtung aus auf Fürsten. - ***Targ.*** שְׁדֵי u. ***Syr.*** ܐܘܫܕ »er wirft« (die *LXX* lasen שָׁפַךְ). »Ausgießen, schütten« bezeichnet die Größe der Verachtung (***Qimchi:*** רוצה לומר בז וקלון). - ***Agell.*** *abundanter eos contemptu probroque respersit.* s. **princeps.**

contemptus, a, um, *PAdj.* (con-temno), verachtet: ἐξουδενωμένος, נִבְזֶה: **118, 141 adolescentulus sum ego, et contemptus: justificationes tuas non sum oblitus.** ***Ambr.*** despectus. - ***Hier.*** contemptibilis. — Das logische Verhältnis der beiden Vershälften zu einander wird verschieden aufgefaßt. Die meisten Erklärer fassen es als Gegensatz: »Zwar bin ich klein u. verachtet, aber deine Gebote habe ich nicht vergessen«. - ***Remig.*** *Licet ita videar despectus, tamen non recedo ab observatione legis.* - ***Haymo:*** *Quia dilexi, ideo* adolescentulus sum ego, *i. e. innovatus, scilicet exutus vetere homine, sum novi hominis membrum effectus:* et *quia sic sum innovatus, ideo a malis sum* contemptus, *vilis reputatus et tormentis affectus: et tamen* justificationes tuas non sum oblitus, *quin semper meditarer et complerem.* - ***Titelm.*** *Sum ego sane modicus sive aetate, sive sapientia, sive meritis, sive hominum aestimatione, sive in oculis meis: sive ante conspectum tuum, et sum ex memetipso plane vilis et contemptibilis: attamen tua praecepta, suavissime Deus, non abjeci ab animo, et ne transgrederer ea cavi mihi sollicitus.* - ***Agell.*** *Dicit se quamvis adolescentior sit et despectus, non tamen eloquiorum atque justificationum Dei oblitum, quod illi inimici sui fecerint, qui cum et antiquiores essent et honoratiores, obliti verborum Dei, contemptisque illius justificationibus, honorem antiquioribus debitum amiserint, cum abjecerint sapientiam, in qua una est et senectutis decus et honoris dignitas.* - ***Aug.*** *non sicut inimici mei, qui obliti sunt verborum tuorum. Videtur autem minor aetate non oblitus justificationes Dei dolere pro inimicis suis aetate majoribus, qui obliti sunt.* - ***Euthym.*** Καθ' ἱστορίαν ὁ Δαυῒδ νεώτερος ἦν τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐξουδενώμενος παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ τὴν βραχύτητα τῆς ἡλικίας, ὅτε ὁ Σαμουὴλ παρεγένετο χρίσων αὐτὸν εἰς βασιλέα. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Σαοὺλ νεώτερος ἦν καὶ ἐξουδενοῦτο παρ' αὐτοῦ καὶ ἐδιώκετο· καὶ ὅμως ὑπὲρ πάντας τούτους ἐμνημόνευε τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ. Νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ προσώπῳ τοῦ νέου λαοῦ, ἐξουδενωμένου μὲν ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ, τὸν δὲ νόμον ὑπὲρ ἐκεῖνον καὶ νοοῦντος καὶ φυλάσσοντος. - ***Theodor.*** findet im ersten Satz den Grund zum zweiten: »Weil ich klein u. verachtet war, als du mich erwähltest, darum halte ich treu deine Gebote«: Νέον ὄντα με καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν εὐτελῆ νομισθέντα, οὐ τοσαύτης ἠξίωσας χάριτος καὶ προφήτην ὁμοῦ καὶ βασιλέα πεποίηκας· οὗ δὴ χάριν σὺν πάσῃ προθυμίᾳ τὰ σὰ φυλάττειν ἐφίεμαι δικαιώματα. - ***Qimchi*** findet im zweiten Satz den Grund zum ersten: »ich bin verachtet, weil ich mit deinen Geboten mich beschäftige« (נבזה בעיניהם לפי שאני ועתעסק בתורתיך).

contemptus, ūs, *m.* (con-temno), die Verachtung: ἐξουδένωσις, בּוּז: **118, 22 aufer a me opprobrium et contemptum: nimm weg von mir Schmach und Verachtung.** ***Hebr.*** wälze ab (als aufgeladene Last wird die Schmach gedacht). ***DionCarth.*** *Hoc tripliciter intelligi potest. Primo de opprobrio et contemptu activis, ut sit sensus: Da ut ego nulli opprobrium inferam, nec aliquem spernam, quoniam magnum malum est hoc, et aeternae damnationis meritorium. Secundo exponitur de opprobrio et contemptu passivis, quae petimus nobis auferri: ut non exprobremur et contemnamur ab aliquo.*

con-tĕro, trīvi, trītum, ĕre, eig. zusammenreiben, zerreiben, aufreiben, ver-

nichten, vertilgen, zerschlagen 1) συντρίβω: שָׁבַר (שִׁבֵּר): 3, 8 dentes peccatorum contrivisti. (*Hier.* *confregisti.*) s. **dens.** — *h 10, 15* contere brachium peccatoris. s. **brachium.** — **33, 21 unum ex his non conteretur: nicht eins von ihnen wird zerbrochen.** *Hier.* *confringetur.* - ***Bellarm.*** *Videntur haec ad resurrectionis gloriam pertinere, ad quam sine dubio pertinet, quod in Evangelio* Luc. 21. *Dominus dicit: Et* capillus de capite vestro non peribit. *Recte enim dici potest non esse confractum, quod statim post confractionem integrum et fortius ac pulchrius repraesentatur. Quamvis igitur justorum ossa et membra omnia dissipentur et vel a feris devorentur, vel in mare projiciantur, vel ab igne consumantur,* custodit *tamen* Dominus omnia *illa in sinu providentiae suae et nihil omnino ex eis peribit, sed integra omnia et gloriosa in resurrectione restaurabuntur. Alii tamen exponunt hunc locum de ossibus interioribus, i. e. de fortitudine animi, quae in sanctis, in maximis etiam persecutionibus, Domino custodiente, non defecit.* - ***Agell.*** Ossa *memoravit, quia haec sunt totius corporis firmamenta. Non solum afflictum eorum animum suae benignitatis fomento leniet, verum etiam ipsa corpora custodiet, ut ne unum quidem ex eorum* ossibus conteratur; *ita neque eorum brachia ut peccatorum conterentur, neque pedem unquam ad lapidem offendent. Quod potest et ad litteram intelligi, et ad intimum sensum referri, quod eorum animi fortitudinem confirmet, ut adversus hostes validis animi lacertis pugnent, et eorum pedes perficiat, ut viam mandatorum Dei sine ulla offensione percurrant. Nam ossa praecipue brachia et crura seu tibiae in Scripturis solent accipi, quia haec ossa praecipua sunt.* - ***Thom.*** *quia in tribulationibus nulla virtus hominis deficit, quem Deus custodit: non enim deficiebat caritas in Sanctis per odium, quia pro persequentibus orabant; non mansuetudo per iram, quia non murmur resonabat; non patientia per injustitiam, immo in patientia sua possidebant animas suas.* - ***Theodor.*** Συγχωρεῖ μὲν γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν θλίψεων κατιέναι γυμνάσιον· ἐπαρκεῖ δὲ καὶ κρείττους ἀποφαίνει τῶν προςπιπτουσῶν συμφορῶν, κρατύνων αὐτοὺς τοὺς λογισμοὺς καὶ στεγανοὺς ἐργαζόμενος· ὀστᾶ γὰρ τοὺς λογισμοὺς ἀπεκάλεσε· καθάπερ γὰρ ὑπὸ τῶν ὀστῶν ὡς στερεμνίων τὸ λοιπὸν φέρεται σῶμα, οὕτω διὰ τῶν λογισμῶν ἡ ψυχὴ τὴν σωτηρίαν καρποῦται. — **36, 17 brachia peccatorum conterentur.** *Hier.* *confringentur.* - ***Titelm.*** *Tametsi enim nunc videntur ad tempus terribiles in potentia divitiarum suarum impii: futurum est tamen brevi, ut fortitudo eorum omnis* conteratur *et consumatur: neque quod valere modo videntur, valebunt in perpetuum.* - ***Jansson.*** *Illa, in quibus confidit peccator, inter cetera sperans in incerto divitiarum,* conterentur, *i. e. ad nihilum redigentur.* — **45, 10 arcum conteret.** *Hier.* *confringet.* - ***Agell.*** *Eousque auferet bella, ut gentes prius ad pugnam et arma natae, tanta clade accepta, studii sui poeniteat, et animo immutato, Dei nutu id faciente ab armis abhorreant et* arcus conterant *et* lanceas confringant *et* scuta igni comburant *et pacem potius colere, quam bella de bellis serere studeant.* - ***Cassiod.*** Arcus *insidiae sunt infidelium, quae* conterentur *virtute veritatis, quando ad nihilum insana vota redigentur.* - ***Haymo:*** Conteret *dolosas impugnationes contra fidem, deceptiones minarum et blandimentorum.* ***Orig.*** Ὁ Κύριος Ἰησοῦς . . . ἀνταναιρῶν τοὺς πολέμους συνέτριψε τὸ τόξον, ἀφ' οὗ ἐπέμποντο τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου. - 47, 8 conteres naves Tharsis (*Hier.* *confringes*). s. **Tharsis.** — **50, 19 cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies: ein zerknirschtes und gebeugtes Herz wirst du, Gott, nicht verschmähen.** - ***LudSax.*** Cor contritum *prius per compunctionem* et *deinde* humiliatum *per con-*

fessionem, non elatum per peccati excusationem, o Deus, non despicies, *immo gratanter respicies et accipies.* — 104, 16 omne firmamentum panis contrivit.' s. ***firmamentum.*** — **104, 33 contrivit lignum finium eorum: er zerbrach die Bäume ihrer Marken.** ***Hier.*** *confregit.* Schilderung der siebenten Plage Ägyptens (Ex. 9, 25). — **106, 16 contrivit portas aereas: er zerschlug die ehernen Thore.** - ***Titelm.*** *Ipse populum suum de captivitate pessima liberavit, unde impossibile fuisset, hominem sua virtute evadere: e carcere fortissimo velut habente* portas ferreas *sive aeneas, easque confirmatas* ferreis vectibus, *populum suum eduxit, portis illis contritis et vectibus confractis.* — 123, 7 laqueus contritus est: das Netz zerriß. s. ***laqueus.*** — **146, 3 qui sanat contritos corde: der da heilet, die gebrochenen Herzens sind.** - ***PlacParm.*** *Per* contritionem cordis *moestitiam quam habuerunt in dispersione, quaecunque fuerit, propter urgentia mala, quae ibi passi sunt, intelligit, quae Deo juvante sanata est* (***Qimchi:*** כמו ישראל שהם שבורי לב ועצבים בגלות). - ***DionCarth.*** *Mente afflictos ac tristes bona tristitia, scilicet ex recordatione peccati, ex dilectione patriae, ex compassione fraterna.* - ***Titelm.*** *Ipse poenitentes et vera cordis contritione humiliatos sanat tamquam medicus bonus, qui venit sanare male habentes et peccatores vocare ad poenitentiam.* - ***LudSax.*** Sanat *humiliatos, sanat confitentes, sanat seipsos judicantes et punientes, quorum perfecta sanitas erit in resurrectione justorum, quando absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* - ***Theodor.*** Συνῆψε τοῖς σωματικοῖς τὰ πνευματικὰ καὶ ἔδειξεν αὐτὸν οὐ μόνον τοῖς αἰχμαλώτοις τὴν ἐλευθερίαν δωρούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰ τῆς ἁμαρτίας τραύματα δεξαμένοις τὴν ἴασιν χαριζόμενον. — 2) συνθλάω, נָתַץ: **57, 7 Deus conteret dentes eorum.** ***Hebr.*** **Gott, zerbrich ihre Zähne.** ***Hier.*** *excute.* Gott soll die mit wilden Tieren verglichenen Feinde unschädlich machen. Die ***LXX*** lasen Perfekta (der Gewißheit). - ***Hoen:*** *Potens erit* conterere, *confringere, comminuere sive apertas, sive occultas saevientium hostium suorum dirissimas persecutiones, potentissimasque saeviendi vires.* - ***PlacParm.*** *Malas eorum cogitationes, eorum iniqua consilia ac maligna opera dissipabit et destruet adeo, quod me non vorabunt.* - ***Qimchi:*** שלא יזיקוני דבריהם הרעים »daß mir nicht schaden ihre bösen Reden«. - ***Orig.*** Τοῦτο δὲ αὐτοῖς ὁ Θεὸς ποιεῖ εὐεργετῶν, ἵνα μὴ κατεσθιόντες τοὺς ὑπό σφων ἀπατωμένους ἀνθρώπους ὑπερβαλλούσῃ τιμωρίᾳ ὑπεύθυνοι γένωνται.

con-testor, atus sum, ari, feierlich bezeugen, bekräftigen, jem. beschwören, inständig mahnen und warnen, διαμαρτυρέομαι, הֵעִיד: **80, 9 audi, populus meus, et contestabor te.** ***Hier.*** *contestor te.* - ***PsaltVet.Moz.Rom.*** audi, populus meus, et loquar, Israel, et testificabor tibi (vgl. 49, 7). - ***PlacParm.*** *certum meo testimonio te reddam.* - ***Bellarm.*** *palam admonebo te, sive testatum faciam tibi, quid a te requiram et quid tibi redditurus sim.* - ***Hoen:*** *certiorem te palam faciam, quid ex praecepti istius observatione boni consequeris.* - ***Titelm.*** *Ego serio loquar tibi et cum obtestatione aperiam tibi voluntatem meam, ut scias, quemadmodum coram me debeas ambulare.* - ***Heser:*** *palam te commonefaciam, ne sit excusationi futurae locus.* - ***Sa:*** *testificabor tibi, quid a te velim.* - ***Turrecr.*** *testis ero veritatis contra te, si legem meam transgressus fueris.* - ***DionCarth.*** *testis ero verborum meorum, operumque tuorum.* - ***Theodor.*** Διαμαρτυρία ἐστὶ προλέγουσά σοι τῆς ἀπειθείας τὴν τιμωρίαν καὶ τῆς εὐπειθείας τὴν ὠφέλειαν.

continĕo, tinŭi, tentum, ēre (com und teneo), zusammenhalten, festhalten: 1) einhalten, verschließen: קָפַץ συνέχω: **76, 10 continebit in ira sua misericordias suas: hält er im Zorn verschlossen sein**

Erbarmen? ***Prat.*** *continuit.* - ***Pagnin.*** *conclusit.* - ***Hier.*** *complebit in furore misericordias suas.* [Dazu bemerkt ***Bellarm.*** *Verbum* קָפַץ *significat* claudere, *ac per hoc* continere, *ne exeat, ne fluat. Idem autem est* complere *misericordiam, i. e.* finire, *ut jam non sit: et continere, ut non fluat, et claudere, ut non exeat.*] - ***Syr.*** ܚܒܫ »trägt (hält) er zusammen«. - ***Arab.*** منع »verweigert er«. - ***Agell.*** *ita inclusas tenebit, ut nihil inde miseris impartiatur? et qui jubet, ut de nostro pauperi demus, ipse nihil de gratiae suae immensis opibus largietur? et restrictus erit in sua clementia, qui liberalitatem aliis praecipit?* - ***Titelm.*** *Tanta sive talis potest esse ejus iracundia, ut per eam omnino contineat omnes miserationes suas, ut implacabilis ira non ultra patiatur Deum homini exhibere opus ullum misericordiae suae?* - ***Turrecr.*** *Ira vincet misericordiam? Certe non; quia potius misericordia vincet iram.* - ***Theodor.*** Πάλιν ἐμαυτὸν ἐψυχαγώγουν λογιζόμενος, ὡς ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς οὐκ ἀνέξεται οἷόν τινι λήθῃ τὰ καθ' ἡμᾶς παραδοῦναι, καὶ καθάπερ τινὶ τειχίῳ τῇ ὀργῇ κωλῦσαι τὰς τοῦ ἐλέου πηγάς. - ***Euthym.*** Φύσει οἰκτίρμων ἐστὶν ὁ Θεὸς ὥσπερ καὶ τὸ φῶς φωτιστικόν, καὶ τὸ πῦρ καυστικόν. Διὸ καὶ τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποβαλεῖ. Ἐντεῦθεν οὖν συνῆκεν ὃ ἠπόρει, ὅτι οὐκ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται αὐτοὺς καὶ τὰ ἑξῆς. — 2) in sich haben, bergen, tragen: נָשָׂא (ὑπέχω): **88, 51 memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium: sei eingedenk, Herr, deiner Knechte Schmähung (welche ich im Busen berge) seitens vieler Völker.** - ***Titelm.*** *Attende vel nunc tandem ad opprobrium et confusionem, quo servi tui afficiuntur ab infidelibus et idololatris, quibus conceditur a te victoria: quod opprobrium a multis gentibus alienigenis nos suscipimus et continemus quasi intra sinum nostrum, quod nos gementes et dolentes accipimus et ferimus ab impiissimis illis oppressoribus nostris, tam invisibilibus quam visibilibus inimicis.* - ***Bellarm.*** *Populus ille tacens et dolens ferebat opprobrium a multis gentibus sibi objectum, quia non poterat ostendere promissionem Dei fuisse impletam, vel brevi ac certo implendam.* - ***Heser:*** opprobrii, *quo servos tuos illae, cum Hierosolymam obsidione premerent, cum urbem captam diriperent, cum in captivitatem abducerent, perdite lacerabant: quod* opprobrium multarum gentium, *i. e. a variarum nationum gentibus in nos sparsum ego* continui in sinu meo: *pertuli aequanimiter, suppressi fortiter, generose concoxi, nec in verbum insolens erupi.* - ***Euthym.*** Τῶν δούλων σου, τῶν Ἑβραίων, τοῦ παρὰ πολλῶν ἐθνῶν παρά τε τῶν αἰχμαλωτισθέντων καὶ τῶν περιοίκων ἐθνῶν, ὅντινα ὀνειδισμὸν ὑπέσχον, εἴτουν ἐβάστασα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὸ «ὑπεσχόν» γὰρ ὁ μὲν Ἀκύλας «ἦρα», ὁ δὲ Σύμμαχος «ἐβάστασα» ἐκδεδώκασιν. Κόλπον δὲ εἶπε τὴν καρδίαν, ὅτι ἐν ταύτῃ κόλπου δίκην καὶ τὰς λύπας καὶ τὰς εὐφροσύνας θησαυρίζομεν. — Die *LXX* (μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν) faßten כָּל־רַבִּים עַמִּים als nachträglich beigefügten Genetiv der Urheber. Auch ***Hupf.*** will diesen »nachschlagenden« Genetiv gelten lassen und übersetzt: »die ich trage in meinem Busen, all' der vielen Völker«. Da ein solcher Genetiv grammatisch nicht zulässig, und dazu der Ausdruck כָּל־רַבִּים עַמִּים auffallend ist, liegt es nahe, statt oder nach כָּל einen *stat. constr.* zu lesen, etwa כְּלִמַּת. Auf diese Textverstümmelung scheint auch hinzuweisen ***Targ.*** סוֹבְרֵית בְּעִטְפִּי כָּל גְּדוּפֵיהוֹן דְּסַגִּיעִין עַמְמִין »ich trage in meinem Busen alle Schmähungen vieler Völker«; und ***Syr.*** ܕܛܥܢܬ ܒܚܝܝ ܟܠܗ ܐܘܠܨܗܘܢ ܕܥܡܡܐ »ich trage in meinem Leben (בְּחַיַּי st. בְּחֵיקִי) alle Sorge der Völker«. So wäre ***Hebr.*** zu übersetzen: **daß ich in meinem Busen trage den Hohn von vielen Völkern.** ***Hier.*** *quia portavi in sinu*

meo omnes iniquitates populorum. Von der wörtlichen Übersetzung des masoret. Textes »daß ich in meinem Busen trage alle vielen Völker« sagt mit Recht ***Baèthg.*** »der Satz giebt keinen Sinn oder könnte nach hebr. Sprachgebrauche (Num. 11, 12) nur sorgsame Pflege der Völker durch Israel bedeuten, was dem Zusammenhang widerspricht«.

contra (v. com = κατά [gen] wie extra von ex), *Praep. c. acc.*, gegen **1)** räumlich gegenüber, vor **a)** נֶגֶד ἐνώπιον, κατενώπιον, ἐναντίον: **43, 16 tota die verecundia mea contra me est: allzeit steht meine Schande mir vor Augen.** ***Pagnin.*** *coram me.* Derselbe erklärt: *Omni tempore ignominia, qua afficior, versatur mihi ob oculos, nec possum ejus oblivisci.* - ***Bellarm.*** *Omni tempore hujus persecutionis verecundia mea in conspectu meo est, semper video confusionem meam.* - ***Genebr.*** *ex adverso mei. Quotidie mihi pudenda et verecunda respicio.* - ***Heser:*** *e regione mihi est, in conspectu quasi rectis lineis in oculos incidens perpetuus ille pudor versatur.* - ***Athan.*** Μακρὰ καὶ διηνεκὴς ἡ καθ᾽ ἡμῶν γέγονε αἰσχύνη. — **50, 5 peccatum meum contra me est semper: meine Sünde steht mir immerdar vor Augen.** ***Aug. PsaltRom.*** coram me. - ***Targ.*** לְקָבְלִי. - ***Syr.*** ܠܘܩܒܠܝ. - ***Qimchi:*** שאני תמיד בחרטה על חטאתי זאת »weil ich immer in Reue bin über diese meine Sünde«. - ***Bellarm.*** *Quod fiet, si peccatum semel admissum, et per gratiam Dei forte deletum, in memoria nostra vivat, et ingratitudinis nostrae erga tam magnum benefactorem nos semper admoneat.* - ***Thomasius:*** *Peccatum illud meum jugiter est coram oculis mentis meae, illudque dolenter considero.* - ***Haymo:*** *quasi imago terribilis, quam omnibus modis fugere velim.* - ***GregM.*** *Non posui super dorsum quod feci, non intueor alios, oblitus mei. Non affecto de oculo fratris festucam ejicere, et trabem, quae in oculo meo est, non considerare. Quicunque misericordiam Dei invenire desiderat, necesse est, ut jam graviter peccata agnoscat, puniat culpas fletibus, faciem Domini in confessione praeveniat, ponat ante cordis oculos et culpas operis, et ultimae terrorem animadversionis; penset quam discretus judex veniat, qui ideo peccatores sustinet, ut eis conversis minus inveniat quod condemnet. Ascendat tribunal mentis suae, constituat se ante se, videat foeditatem suam, ut corrigat, ne nolens tandem videat et erubescat.* - ***Theodor.*** Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀπὸ σοῦ γενομένην ἄφεσιν λήθην ἐδεξάμην τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ διηνεκῶς ὁρῶ τῶν ἐμῶν κακῶν τὰς εἰκόνας καὶ τὰς τολμηθείσας παρανομίας· καὶ νύκτωρ ὀνειροπολῶ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν φαντάζομαι. - ***Euthym.*** Βλέπω αὐτὴν (τὴν ἀνομίαν) νύκτωρ και μεθ᾽ ἡμέραν τοῖς τοῦ συνειδότος ὀφθαλμοῖς, πικρῶς πλήττουσαν τὴν ἐμὴν ψυχήν· ὅπερ μετανοίας ἐστιν εἰλικρινοῦς τεκμήριον καὶ πρόξενον συγχωρήσεως. - ***Agell.*** *Peccatum mihi quodammodo e regione adversatur, et apud te judicem tamquam audacissimus accusator me reum agit, mihi in faciem et ob oculos obsistit et* contra me *testimonium dicit. Erat enim hic mos apud veteres illos, ut testis aut accusator apud judicem* contra *reum staret.* — **108, 15 flant contra Dominum semper: sie sollen vor dem Herrn sein immerdar.** Subjekt ist iniquitas et peccatum. Der Voreltern Sünden sollen unauslöschlich und unvergeßlich vor den Augen des Richters stehen. - ***Bellarm.*** *ut poena semper maneat.* - ***Agell.*** Iniquitas patris *et* peccatum matris *semper sint in conspectu Domini, et illi ante oculos quodammodo obversetur, nunquam illius obliviscatur, ut ejus poenas ab impio genere repetat, ita ut eorum* memoria *nomenque prorsus de terra tollatur.* - ***Theodor.*** Πάντα τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν τολμηθέντα παράνομα ἀεὶ θεώμενος ὁ Θεός, οὐδεμιᾶς αὐτοὺς ἀξιώσει φειδοῦς, ἀλλὰ πανωλεθρίᾳ παραδώσει. — Hierhin gehört auch **76, 3 Deum quaesivi, manibus meis nocte**

contra eum: et non sum deceptus: **ich suchte Gott, indem ich meine Händ' erhob zu ihm: und ich ward nicht getäuscht.** Die *LXX* (ταῖς χερσίν μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ) lasen außer יָדַי (st. יָדִי) נֶגְדּוֹ st. נִגְּרָה: ***Hebr.*** meine Hand ist in der Nacht ausgestreckt und wird nicht müde. (s. ***decipio.***) ***Hier.*** *manus mea nocte extenditur et non quiescit.* - ***Sym.*** ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐκτέταται διηνεκῶς. - ***Hoen:*** *Expansis scilicet in altum brachiis oravi.* - ***Theodor.*** Νύκτωρ ἡσυχίαν ἄγων τὰς χεῖρας ἐξέτεινον, τυχεῖν φιλανθρωπίας ἀντιβολῶν καὶ οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος. - ***Agell.*** *Cum ab impiis et iniquis hominibus opprimerer, causam meam ad summum judicem detuli . . . Quin etiam manus meas* nocte *coram illo extendi, non die solum oravi, sed etiam tempus quieti datum orando et manus ad eum tendendo transmisi, nec me blandis falsorum consolatorum verbis decipi passus sum, ut vel ab alio quam a Deo exquirerem, aliumve deum consulerem tristi meo tempore, aut falsa vanaque spe melioris eventus a malis meis prospiciendis animum averterem.* - ***Bellarm.*** *In nocte hujus vitae manibus contra Deum extensis illum quaesivi attingere et apprehendere . . . Noctu autem melius quaerimus* manibus *tentando, quam oculis vestigando . . . Porro* manibus quaerere Deum in nocte *nihil est aliud nisi per opera bona, per obedientiam mandatorum, per vitae puritatem in hoc exilio caliginoso Deum quaerere: et saepe contingit, ut qui ita quaerunt Deum attingant, quem speculando vel legendo invenire non potuerant: testimonium enim conscientiae bonae et patientia in tribulationibus et frequentes victoriae adversus tentationes efficiunt, ut anima experimento quodam dulcedinem Dei sentiat et testimonium spiritus in se habeat, quod sit filius Dei.* — b) לְעֵינֶיךָ (κατὰ πρόσωπον, contra faciem): **49, 21 arguam te, et statuam contra faciem tuam: ich will strafen dich und dir's vor Augen stellen.** ***Hier.*** *proponam ante oculos tuos.* - ***Qimchi:*** כל זה שעשית שתדע כי אני ידעתי הכל »alles, was du gethan hast, damit du erkennest, daß ich alles weiß«. - ***Bellarm.*** *Faciam, ut videas gravitatem et multitudinem peccatorum tuorum, et negare non possis, sententiam contra te latam esse justissimam.* - ***Hoen:*** Arguam *tandem reprehendamque in morte, in judicio* te, et statuam *tum peccata quae patrasti, tum peccatorum poenas quas concepi, adeoque te totum miserum aeternum ponam* contra faciem tuam, *e regione faciei tuae, coram seu ante oculos tuos, ut delicta tua agnoscere cogaris, vindictam effugere nequeas, teque ipsum a miseriis expedire non possis.* - ***Euthym.*** ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. - ***Genebr.*** *Cogam te in judicio agnoscere quae patrasti.* - ***Jansson.*** *ut quocunque te verteris, iniquitatem tuam tibi obversantem habeas: ita ut nec dissimulationi, nec effugio invenias locum.* — 2) gegen (im feindlichen Sinne): 63, 9 infirmatae sunt contra eos linguae eorum. s. ***infirmo.*** — 70, 4 contra legem agentis (παρανομοῦντος) s. ***lex.*** — 139, 9 cogitaverunt contra me. κατ' ἐμοῦ ist entweder erklärender Zusatz der *LXX*, oder sie lasen vor אַל noch עָלַי nach יָרֻמוּ. s. ***cogito*** S. **393.**

contradictio, ōnis, *f.* (contra-dico), der Widerspruch, die Auflehnung: ἀντιλογία 1) Empörung, Streit, Hader a) רִיב: **17, 44 eripies me de contradictionibus populi: du rettest mich aus Volkesaufruhr.** - ***Pagnin.*** *a contentionibus.* - ***Euthym.*** Ἀνώτερόν με ποιήσεις τῆς ἀντιλογίας τοῦ ὑποτεταγμένου μοι λαοῦ, τρέμοντος ὡς βασιλέα καὶ μὴ τολμῶντος ἀντιλέγειν τοῖς ἐμοῖς προστάγμασιν. - ***Hoen:*** *contentionibus ac rixis* populi *mei Israelitici, qui in seditione Absalomi adhaesit.* - ***Genebr.*** *seditionibus, contentionibus, rixis, rebellionibus, injuriis. Nam Christo his cunctis modis restitit populus judaicus.* — **30, 21 proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione lin-**

rectus, a, um, *PAdj.* (rego), gerade, recht, richtig, gerecht: εὐθύς 1) יָשָׁר - von Gott und seinen Geboten: **24, 8 dulcis et rectus Dominus: gütig und gerecht ist der Herr.** - ***Euthym.*** «Χρηστὸς» μὲν ἐλεῶν· «εὐθὺς» δὲ, ὡς δίκας ἀπαιτῶν τῶν πλημμελημάτων· εὐθὺς γὰρ νῦν ὁ ὀρθὸς ἐν τῷ κρίνειν. - ***Titelm.*** dulcis *in misericordia,* rectus *in justitia.* - ***PlacParm.*** Rectus *est, quia judicia recta et justa facit, quando post longas expectationes superbos humiliat, ac humiles justo ac recto judicio exaltat.* - ***Aug.*** Dulcis *est Dominus, quando quidem et peccantes et impios ita miseratus est, ut omnia priora donarit; sed etiam* rectus *est Dominus, qui post misericordiam vocationis et veniae, quae habet gratiam sine meritis, digna ultimo judicio merita requiret.* — 91, 16 quoniam rectus Dominus Deus noster: et non est iniquitas in eo: daß gerecht ist der Herr unser Gott, und kein Unrecht an ihm ist. - ***Cassiod. PsaltMoz.Rom.*** justus. — **18, 9 justitiae Domini rectae: des Herrn Verordnungen sind recht.** - ***Sa:*** *Rectâ ducunt ad beatitudinem.* - ***Agell.*** (1° loco): *quod per rectum iter ducant; et eum qui per illas ambulet, divertere aut errare non sinant.* - ***Euthym.*** Μηδὲν σκολιὸν ἔχοντα, μᾶλλον νοῦν καὶ διὰ τοῦ διδάσκειν τὰς αἰτίας εὐφραίνοντα. Ἢ εὐθέα, ὡς εὐθύτητος δημιουργά. - [***Aug.*** *Omnes* justitiae *Domini in illo* rectae, *qui non docuit quod ipse non fecit: ut qui imitarentur, corde gauderent, in eis quae libere cum caritate facerent, non serviliter cum timore.*] — **32, 4 rectum est verbum Domini: richtig (wahrhaftig) ist das Wort des Herrn.** - ***Titelm.*** *Est fidelis ipse et verax in omnibus verbis suis, sicut in praeceptis aequissimus, ita in promissis fidelissimus.* - ***Euseb.*** κριτικοὺς ἡμᾶς κατασκευάσας καὶ διακριτικοὺς τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου. - ***Haymo:*** *Nihil enim nisi rectum praecepit.* - ***Athan.*** Ὁ εὐαγγελικὸς (λόγος) δηλονότι. - ***Lorin.*** Verbum, λόγος, דָּבָר *hebraeo et Scripturae more comprehendit non solum sermonem duntaxat, sed rem. Sic sensus esset: quidquid loquitur et mandat Deus, quidquid etiam facit, optima fide facere et irreprehensibile esse, quomodocunque illa faciat sive per semetipsum, sive per alios.* - ***Hoberg*** übersetzt (nach dem Parallelismus): »gerecht ist das Werk des Herrn«. - [***BrunCarth.*** *Quod est dicere quia hoc* verbum, *i. e. praeceptum cantandi est* Domini: *et ideo* rectum.] — **118, 137 rectum judicium tuum.** - ***Agell.*** *Nihil a te iniquum patior: meis erratis omnia debita sunt quaecunque intulisti supplicia: tuam injuriam accusare in meis poenis non possum.* — Von gerechten und redlichen Menschen: 32, 1 rectos decet collaudatio. - ***Bellarm.*** *Per* rectos *intelligit justos.* s. **collaudatio.** — 106, 42; 111, 2. 4; 139, 14. יָשָׁר (st. des masoret. יֹשֶׁר) lasen *LXX* auch: 24, 21 innocentes et recti adhaeserunt mihi. s. **adhaereo.** - Vollständiger: qui recto sunt corde 35, 11; 93, 15; - oder recti corde (εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ = יִשְׁרֵי־לֵב) 7, 11; 10, 3; 31, 11; 63, 11; 96, 11; 124, 4. - יִשְׁרֵי־לֵב lasen *LXX* statt des masoret. יִשְׁרֵי־דֶרֶךְ auch **36, 14 ut**

trudicent rectos corde. - *Hebr.* die redlichen Wandels sind. - [*Hier.* vereinigt beide Lesarten: *ut interficiant rectos corde in via.*] — Vom geraden, rechten Wege: 106, 7 deduxit eos in viam rectam: er führte sie auf den rechten Weg. - *Hier. duxit illos per viam rectam.* — 2) als Wiedergabe von מִישׁוֹר (Ebene): **26, 11 dirige me in semitam rectam.** - *Aug. Cassiod. in semita recta.* - So übersetzt auch wieder *Hier.* s. ***dirigo*** S. **791.** — **142, 10 spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam** (ἐν γῇ εὐθείᾳ). - *Agell. me per viam rectam ducat, et a scandalis ac laqueis, quos mihi hostes mei tetenderunt, eductum in tuto collocet. Aut loquitur de* via *mandatorum Dei, per quam spiritu Dei bono se deduci optat.* - *Genebr. in solum planum, per* viam *planam et aequam, in qua non impingam, in* viam *praeceptorum tuorum, quae ducit ad te.* - *Sa: per terram ad te rectâ ducentem.* - *Euthym.* Ἐν ὁδῷ ὀρθῇ καὶ ὁμαλῇ. Τοιαύτη δέ, ἡ τῆς ἀρετῆς, ὀρθὴ μὲν ὡς ἀπλανής, ὁμαλὴ δέ, ὡς ἀπηλλαγμένη σκώλων καὶ προσκομμάτων· ἅπερ εἰσὶ τὰ πάθη τῆς ἁμαρτίας. - *Theodor.* ὡς μηδὲν αὐτῷ φανῆναι πρόσαντες, μηδὲ δυσχερές, ἀλλ' εὐθεῖαν τὴν ὁδὸν ὁδεύειν, καὶ λείαν, καὶ πλάνης ἀπηλλαγμένην. - *Chrys.* Κατὰ μὲν τὴν ῥῆσιν, τὴν πατρίδα αὐτοῦ φησι· κατὰ δὲ ἀναγωγήν, τὴν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν φέρουσαν ὁδόν. - Derselbe bemerkt zu der Übersetzung eines ἄλλος (*Sym.*) «διὰ γῆς ὁμαλῆς»: Οὐδὲν γὰρ λειότερον ἀρετῆς, θορύβων ἀπηλλαγμένης καὶ ταραχῆς. - *Hupf.* will auch hier (wie *27, 11*) בְּאֹרַח מִישׁוֹר »auf ebenem Wege« lesen. - Vgl. *Luther:* auf ebener Bahn. - *Syr.* ܒܐܘܪܚܐ ܕܚܝ̈ܐ »*in viam vitae*« oder »*in terra viventium*« (*141, 6*). - So erklärt auch *Haymo:* in terram rectam, *i. e. in terram viventium, quam soli recti possidebunt.* — **3)** recta für מֵישָׁרִים (Geradheit, Recht, Gebühr): **57, 2 recta judicate, filii hominum: so fället rechte Urteile, ihr Menschenkinder.** - *Hebr.* richtet ihr die Menschen nach Gebühr (wie es recht ist)? — **4)** נָכוֹן (fest): **50, 12 spiritum rectum innova in visceribus meis.** - *Hebr.* einen festen Geist erneuere in meinem Innern (gieb mir einen neuen, festen Geist). - *Hier. spiritum stabilem renova.* s. ***innovo.*** — **77, 37 cor autem eorum non erat rectum cum eo.** - *Hebr.* ihr Herz war nicht fest gegen ihn (hielt nicht fest an ihm). - *Hier. non erat firmum cum eo.* - *Agell. In ejus religione atque cultu non erat firmum, sed in utramque partem, prout res ac tempus ferebat, ambiguum; neque in testamento ejus ac foedere cum illo inito, ut eum colerent solum, illius praecepta servarunt, fideles fuerunt, sed pacta violarunt, fidem fefellerunt, promissa non praestiterunt.* — **5)** für בַּר (rein, lauter): **72, 1 qui recto sunt corde.** - *Hebr.* die reinen Herzens sind. - *Syr.* ܠܕܟܝ̈ܐ ܒܠܒܐ. - *Sym.* τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν. - *Hier. qui mundo sunt corde* (vgl. 23, 4: καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, *mundo corde*).

redargutio, ōnis, *f.* (red-arguo), die Widerrede: ἐλεγμός, תּוֹכַחַת: **37, 15 non habens in ore suo redargutiones: der in seinem Munde keine Widerreden hat.** - *Genebr. Confutationes, responsa ad calumnias, rationes me tuendi et respondendi.* - *Euthym.* «Ἐλεγμοὺς» λέγει τὰς ἀντιῤῥήσεις, δι' ὧν τις ἐλέγχει τὸν κακῶς λέγοντα. - *Aug. quasi non esset quod illis diceret, quasi non esset unde illos argueret.* - *PetrAlliac. quia arguentes me non redarguebam, sed redargutiones patienter ferebam.* - *Agell.* sicut homo, *cui verba deessent quibus et meam innocentiam, et praestita beneficia commemorarem, et ipsorum iniquitatem et ingratitudinem probare possem ac redarguere.*

red-do, dĭdi, dĭtum, ĕre, zurückgeben, wiedergeben, erstatten, vergelten: ἀποδίδωμι (ἀνταποδίδωμι 7, 5; 93, 2) **1)** הֵשִׁיב (zurückkehren lassen): 27, 4 u. 93, 2 redde retributionem. s. ***retributio.*** — **50, 14 redde mihi laetitiam salutaris tui: gieb**

wieder mir die Freude an deiner Hilfe. Gieb, daß ich mich wieder freuen kann über deine gnadenreiche Rettung. - ***Kautzsch:*** »erfreue mich wieder mit deiner Hilfe«. - ***Hoberg:*** »gieb mir freudenreiche Rettung durch dich«. - [Das Abstraktum laetitia kann Umschreibung des Adjektivs laetus sein; besser faßt man salutaris tui als *genet. object.* = Freude über die Rettung durch dich.] — 78, 12 (s. ***sinus***). — **93, 23 reddet illis iniquitatem ipsorum: er wird vergelten ihnen ihre Ungerechtigkeit.** ***Hier.*** *restituet super eos.* - ***Euthym.*** τὴν καταδίκην τῆς ἀνομίας αὐτῶν. - ***Sa:*** *i. e. puniet.* - ***Bellarm.*** *Deus faciet, ut iniquitas impii revertatur in caput ipsius impii, dum justo non nocet, qui ob patientiam coronatur: et ipsi impio nocet, qui ob malitiam punitur.* — 2) גָּמַל: 7, 5 si reddidi retribuentibus mihi mala. s. ***retribuo.*** — 3) שִׁלֵּם: **61, 13 tu reddes unicuique juxta opera sua: du wirst einem jeden vergelten nach seinen Werken.** - ***Euthym.*** Σὺ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι κριτηρίῳ ἀπονείμῃς ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, ὧν ἔπραξε καλῶν ἢ κακῶν. — Öfters in der Redensart: vota reddere: Gelübde entrichten (die Schuld bezahlen, die man durch das Geloben auf sich geladen) 21, 26; 49, 14; 55, 12; 60, 9; 64, 2; 65, 13; 115, 4. 18. s. ***votum.*** — Auch absolut: **75, 12 vovete, et reddite Domino: gelobet und haltet dem Herrn!** - ***Bellarm.*** *Promittite Deo sacrificia et dona, quae illi grata sunt, et simul fideliter* reddite *quae promisistis.*

redemptĭo, ōnis, *f.* (redimo), eig. die Loskaufung; die Erlösung, Befreiung: λύτρωσις 1) פְּדוּת: **110, 9 redemptionem misit populo suo.** - ***Genebr.*** *a Aegypto, vel potius e morte, peccato, Satana inferno.* - ***Euthym.*** Ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, ἤτοι τὸν Χριστόν. — 129, 7 copiosa apud eum redemptio. s. ***copiosus.*** — 2) für פִּדְיוֹן (Loskauf, Lösegeld) 48, 9 (s. ***pretium***).

redemptor, ōris, *m.* (redimo), eig. der Loskaufende; der Erlöser, Befreier, Retter: λυτρωτής, גּוֹאֵל (eig. der Nächstverwandte, der das Verwandtenrecht in Anspruch nehmen durfte und die Verwandtenpflicht zu erfüllen hatte): **18, 15 Domine, adjutor meus, et redemptor meus.** - ***Aug.*** Adjutor *in bonis,* redemptor *a malis,* adjutor, *ut habitem in caritate tua,* redemptor, *ut liberes me ab iniquitate mea.* - ***Agell.*** *Quodsi in eorum ditionem potestatemque venero, ita meis culpis exigentibus, et eorum dominatui servire cogar, tuum est, Domine, ut me inde redimas et liberum facias, et tibi vindices, qui es* adjutor meus, et redemptor meus. *Jure namque dominii ad te pertinet, servum tuum tibi asserere, et ab alienis dominis occupatum vindicare. Non enim quisquis redimebat, is* redemptor *vocabatur, sed ad quem jure pertinebat redimere, ut propinquus, ut dominus. Itaque per nomen* גֹּאֵל *h. e.* redemptoris, *jus quoddam sui redimendi in Deo esse significavit: jus autem hoc est, quia servus illius legitimus erat, aut quia ad eum jure propinquitatis etiam pertinebat, qui ex ejus genere sumpturus carnem, et homo futurus erat, ideo illum* redemptorem *vocat. Nam redimere non solum domini, verum etiam propinqui munus erat.* — **77, 35 Deus excelsus redemptor eorum est.** - ***Heser:*** *Intellexerunt denuo, nullum adjuvare posse perditos, nisi Deum, qui de Aegyptiaca servitute liberavit.* - ***Titelm.*** *Ac tum quidem, vexatione dante intellectum, didicerunt, quod Deus solus esset, qui eis posset in malis omnibus ferre auxilium, quique paratus esset semper ad adjuvandum potius quam ad perdendum, si modo ipsi non se redderent indignos: et cognoverunt experientia edocti, quod altissimus Dominus Deus eorum verus esset* redemptor *et salvator, qui semper paratum sese monstrabat ad suscipiendum poenitentes.*

red-ĕo, ĭi, ĭtum, īre, zurückgehen, zurückkehren 1) ἐπιστρέφω, שׁוּב: **77, 39**

spiritus vadens, et non rediens: **ein [Wind-] hauch, der hinfährt (schwindet), und nicht wiederkehrt.** - ***Aug.*** non revertens. Vgl. 102, 14—16. - ***Thomasius:*** *ut ventus, qui transit, et non revertitur.* - ***Muis:*** *Quasi dicat:* recordatus est *eos flatui, sive vento velociter transeunti esse similes. His verbis imbecillitatem vitae humanae notare vult. Neque vero cum ait:* et non rediens, *negat homines, postquam semel mortui sunt, reverti ad vitam praecise, sed ad hanc, quae in terris degitur, vitam, unde scilicet excesserunt, sicuti ventus eo non revertitur, unde abiit, sed hinc et illinc in contrarias et diversas plagas abripitur.* - ***Heser:*** *res tenuis quasi ventus, qui perflat disparens in auras, ad antrum suum non revolaturus; quod moriatur homo, et non revertatur ad vitam.* - ***Theodor.*** Ἤιδει γὰρ αὐτῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν· καὶ ὅτι οὐκ εἰς μακρὰν δέξονται τοῦ βίου τὸ πέρας. - Die Alten verstehen spiritus meist von der Seele des Menschen. ***Athan.*** ὅτι ἐὰν ἀναχωρήσῃ αὐτῶν ἡ ψυχή, οὐκ ἔτι δύνανται μετανοῆσαι. - ***Haymo:*** *sc. mortales sunt. Vel:* spiritus *per se recedens a Deo,* et non *per se* rediens *ad ipsum Deum, et ideo necesse est homini, ut Deus apponat manum, et reducat eum.* — **2)** in memoriam redire: wieder in Erinnerung kommen: ἀναμιμνήσκεσθαι, הֻזְכַּר (es wird einer Sache gedacht): 108, 14 in memoriam redeat iniquitas patrum ejus: in Erinnerung komme ihrer Väter Frevel vor dem Herrn. f. ***memoria.***

redĭgo, ēgi, actum, ĕre (re[d] u. ago), zu etwas machen — ad nihilum, zu nichte machen, klein machen, verächtlich machen, in Verruf bringen: ἐξουδενόω **1)** בָּזָה (für nichts achten, verachten): 77, 20 in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. f. ***imago*** S. **1149.** — **2)** מָאַס (verwerfen, verachten): **77, 59 ad nihilum redegit valde Israel: er verschmähte Israel gar sehr** (brachte es ganz in Verruf). - ***Hier.*** *projecit vehementer.* - ***Sym.*** ἀπεδοκίμασε σφόδρα. - ***Agell.*** *rejecit, reprobavit, repulit, pro suo populo non habuit, non agnovit; parem dignamque sceleri poenam reddidit, eos qui se rejecerant, et pro Deo non agnoverant, abdicavit.* - ***Euthym.*** Ἠτίμασεν, εὐκαταφρόνητον ἐποίησε. Διαφόροις γὰρ ἔθνεσι διαφόρως παρέδωκεν αὐτὸν εἰς αἰχμαλωσίαν, ὡς ἡ τῶν Κριτῶν βίβλος ἱστορεῖ. - ***Theodor.*** Τὸν γὰρ πολυθρύλλητον ἐκεῖνον λαόν, τὸν παραδόξως τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ἀπαλλαγέντα, ὃν ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγε, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ὀπίσω, τοῦτον οἱ ὅμοροι (Grenznachbarn) ῥᾳδίως κατηγωνίζοντο. — **3)** *pass.* ad nihilum redactus sum (ἐξουδενώμενος): zu nichte werden (in geistiger Beziehung), (sozusagen) den Verstand verlieren - für בַּעַר (Vieh - geistloser Mensch): **72, 22 ego ad nihilum redactus sum, et nescivi: ich wurde zu nichte gemacht und hatte keine Einsicht mehr.** - ***Hebr.*** da war ich [wie] ein Tier, war ohne Verstand. - ***Aq.*** κἀγὼ ἀσύνετος, καὶ οὐ γνώσομαι. - ***Sym.*** ἤμην δὲ ἀνεπιστήμων, καὶ μὴ εἰδώς. - ***Hier.*** *et ego insipiens et nescius.* f. ***jumentum.***

redĭmo, ēmi, emptum, ere (re u. emo), loskaufen, erkaufen; allgem. erlösen, retten, befreien: λυτρόομαι **1)** פָּדָה: **25, 11 redime me, et miserere mei.** - ***Bellarm.*** *Libera me a praesenti calamitate, et deinceps* miserere, *ne iterum in eandem incidam. Passim enim in Scripturis ponitur* redimere *pro liberare, i. e. species pro genere: nisi forte Spiritus sanctus insinuare voluerit, omnem liberationem electorum de quacunque tribulatione dici posse redemptionem, quia pretio Sanguinis Christi nostri redemptoris acquiritur.* — **30, 6 redemisti me, Domine Deus veritatis: du wirst mich erlösen, Herr, wahrhaftiger Gott.** - ***Sa:*** *Redemisti pro redimes* (Perfekt der Gewißheit). - ***Genebr.*** *Saepius liberasti me, o Deus verax et fidelis,*

qui soles promissa servare. - ***Euthym.*** Πολλάκις γάρ με ἔσωσας, ἀπὸ τοῦ Γολιάθ, ἀπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ ἀπὸ κινδύνων ἄλλων. Ἢ καὶ ἄλλως· προφητεύει περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. — 33, 23; 43, 26; — 48, 8 frater non redimit: redimet homo? s. ***frater*** S. **1065.** - 48, 16; 54, 19 (s. ***pax*** S. **1504**). — **70, 23 et anima mea, quam redemisti: und [jubeln soll] meine Seele, die du erlöst.** - ***Euthym.*** Ἣν ἐλυτρώσω ἀπό τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν. - ***Agell.*** *Neque enim sic canam, ut animus alio sit aversus, sed ipsa* anima, quam redemisti, *ob eam causam summo studio et attentione ex intimo affectu voces carminis exprimet.* - ***Titelm.*** *maxime autem* anima mea, *quam tu salvam fecisti ex tantis periculis, in tua laude oblectabitur et* exultabit. *Erit enim mea in te exultatio non exterior tantum, sed et in intimis cordis, ex omni virtute animae meae.* — 77, 42; 118, 134; - **129, 8 et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus: er wird erlösen Israel von allen seinen Sünden.** - ***Agell.*** *Ex hoc loco intelligimus, non de captivitate illa Babylonica, sed de illa altera qua sub peccato et iniquitatibus tenebamur, loqui prophetam: quae redemptio Christi beneficio et sanguine quasi pretio dato perfecta est, ut ejus nomine divinitus indicatum est.* — **2)** גָּאַל 71, 14; 73, 2; 76, 16; 102, 4; 105, 10; 106, 2; 118, 154. — **3)** פָּצָה (herausreißen, retten) 143, 10 (vgl. V. 7. 11 eripio). — **4)** פָּרַק 135, 24 (***Hier.*** *eripio*); — **7, 3 dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat: da keiner ist, der (mich) entreißen, keiner, der mich retten könnte.** - Die meisten Neueren nehmen פָּרַק hier in der Bedeutung »zerreißen« oder »rauben«. - ***Hebr.*** **[daß er nicht zerfleische wie ein Löwe meine Seele,] raubend, ohne Retter.** - ***Hier.*** *laceret, et non sit qui eruat.* - Die ***LXX*** dachten sich vor פֹּרֵק ebenfalls וְאֵין, oder sie lasen es nur einmal, aber vor פֹּרֵק - wie ***Syr.*** (ܠܝܬ ܕܦܪܘܩ ܘܡܦܨܐ).

re-dūco, duxi, ductum, ĕre, zurückführen: ἀνάγω, הֶעֱלָה (heraufführen) 70, 20 (***Hier.*** *educo*).

refectĭo, ōnis, *f.* (reficio), Erholung, Erquickung: ἀνάπαυσις, מְנוּחָה (Ruhe): 22, 2 super aquam refectionis educavit me. s. ***educo.***

re-florĕo (-esco), ui, ĕre, wieder blühen, neu erblühen: ἀναθάλλω — für עָלַז (jubeln, frohlocken): **27, 7 adjutus sum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei: mir ward geholfen: und neu erblüht mein Fleisch; und nach Herzenslust (gern) will ich ihn preisen.** - ***Theodor.*** Διὸ δὴ τῆς διὰ τὴν φυγὴν κακουχίας ἀπαλλαγεὶς ἀνέθηλά τε καὶ ἤνθησα, καὶ τὴν ἐκ τῆς εὐθυμίας εὐεξίαν ἀπέλαβον. - ***Agell.*** *Tanta fuit hilaritas animi, cum me a tanto periculo liberasti, ut etiam in corpus redundaret, et laetitia quadam carnem quoque perfunderet. Animus enim gaudens aetatem floridam facit.* - ***Hebr.*** **es frohlockt mein Herz, und mit meinem Lied will ich ihn preisen.** - ***Aq.*** ἠγαυριάσατο ἡ καρδία μου, καὶ ἀπὸ ᾄσματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. - ***Sym.*** ἱλαρύνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἐν ᾠδαῖς μου ὑμνήσω αὐτόν. - ***Hier.*** *gavisum est cor meum, et in cantico meo confitebor illi.* - ***Targ.*** דָּאֵין לִבִּי וּמִתּוּשְׁבַּחְתִּי אוֹדֶה קֳדָמוֹי. - ***Theodot.*** ἀνέθαλεν ἡ καρδία μου. - ***V.*** ἐκρατύνθη ἡ καρδία μου. - ***Bellarm.*** *Verbum* עָלַז *significat laetari, exultare, et per metaphoram,* reflorere, *ut recte verterunt LXX, quia dum arbores reflorescunt, suo modo exhilarari et exultare videntur. Cur autem viri illi doctissimi verterint* caro mea, *ubi nunc est* לִבִּי, *et* voluntate mea, *ubi nunc est* מִשִּׁירִי, *quae non significant nisi* cor meum, *et* canticum meum, *non potest reddi alia ratio, nisi quia non ita legerint, ut nunc habemus in nostris codicibus, sed verba transposita et mutata postea fuerint.* - ***Lorin.*** *Probabilem duco Ricardi Cenomani sententiam hos nostros Interpretes afflatos divino*

Spiritu data opera carnis *nomen exprimere voluisse, ad Christi praesignandam resurrectionem, de qua adeo multi praesentem explicant locum. Hoc certe malo, quam quod alii comminiscuntur, non legisse illos ut nunc habemus in nostris codicibus, sed verba transposita et mutata esse.* - ***Genebr.*** *LXX pro* exultavit cor meum *verterunt,* ἀνέθαλεν σάρξ μου, refloruit caro mea, *respicientes ad sensum, et mysterium resurrectionis Christi.* - Im erſten Teil ſtimmt mit *LXX* überein (mit Auslaſſung von וְנֶעֱזַרְתִּי *[et adjutus sum]* ***Syr.*** ܦܪܥ ܒܣܪܝ *»refloruit caro mea«;* dann heißt es weiter: ܘܒܬܫܒܘܚܬܐ ܐܘܕܐ ܠܗ *»et in celebratione confitebor ei«.* (وازهر جسدى وفى التسبيح اعترف له :ב).

refrigerĭum, ĭi, *n.* (refrigero), eig. die Abkühlung; allgem. die Erquickung, Labung: ἀναψυχή, für רְוָחָה ſt. des maſoret. רְוָיָה (Fülle, Überfluß): **65, 12 eduxisti nos in refrigerium: du haſt uns herausgeführt zur Labung (Erquikkung)** (Freiheit). - Die *LXX* laſen mit Recht לָרְוָחָה. - ***Targ.*** לִרְוַחְתָּא. - Ebenſo ***Syr.*** ܠܢܘܚܬܐ. - ***Sym.*** εἰς εὐρυχωρίαν. Ἄλλος· εἰς ἀνάπαυσιν. Ἄλλος· εἰς παραμυθίαν. - Auch ***Hier.*** *in refrigerium.* - ſ. ***ignis*** S. **1140.**

re-frigĕro, avi, atum, are, abkühlen — Linderung verſchaffen — *pass.* ſich erquicken: ἀναψύχω, für הַבְלִיג (eig. [das Geſicht] aufglänzen laſſen = *intr.* heiter, fröhlich werden): **38, 14 remitte mihi, ut refrigerer: laß ab von mir, daß mir Erquickung werde.** - ***Sym.*** ἀπόσχου μου ἵνα μειδιάσω. - ***Hier.*** *parce mihi, ut rideam.* - ***Syr.*** ܘܐܬܢܝܚ *»et quiescam«.* - ***Sa:*** *i. e. respirem, seu recreer.* - ***Agell.*** *Intermitte aliquantum a plagis ac verberibus et flagellis; ne me adeo urgeas, ut nulla sit requies; ne mecum tanta contentione virium pugnes, ut mihi respirare non liceat . . . Praeclare autem dixit* ut refrigerer, *vel, ut significantius in Graeco est,* ἵνα ἀναψύξω, ut respirem, *ut tantummodo spiritum ducam, in quo simul assiduitatem morbi, et flagellorum indicavit, quae adeo continua erant, ut respirandi spatium non relinquerent. Simul etiam vitae brevitatem ostendit, cujus vitae tantulam quietem respirationi comparavit; quasi dicat: Hoc, quod peto ab his morbi molestiis levari, non diuturnum est, sed exiguum, et vix respirationi comparandum, cum mors instet et urgeat, et quietem relinquere compellat.*

refugĭum, ĭi, *n.* (refugio), die Zuflucht; der Zufluchtsort: καταφυγή **1)** מִשְׂגָּב (eig. Anhöhe, Hochburg) 9, 10 (***Hier.*** *elevatio*); 93, 22. — **2)** מְצוּדָה (Bergfeſte) 17, 3; - 30, 3 in domum refugii. - ***Hier.*** *in domum munitam.* - 30, 4 (***Hier.*** *munitio*); - 70, 3; 90, 2; 143, 2 (***Hier.*** *fortitudo*). — **3)** מַחְסֶה (Zufluchtsort) 45, 2 (***Hier.*** *spes*); מַחְסֶה 103, 18. — **4)** מָעוֹן (Wohnung — wohl beſſer מָעוֹז [Schutz, Zufluchtsort] zu leſen) 89, 1; 90, 9 (***Hier.*** *habitaculum*). — **5)** מָנוֹס 58, 17. — **6)** סֵתֶר (Schirm, Schutz) 31, 7 (***Hier.*** *protectio.* - vgl. absconditum 26, 5; adjutorium 90, 1; adjutor 118, 114).

regīna, ae, *f.* (rex), die Königin: βασίλισσα, שֵׁגַל: **44, 10 astitit regina a dextris tuis: es ſteht die Königin zu deiner Rechten.** - ***Hier.*** *stetit conjux in dextera tua.* - ***Euthym.*** «Βασίλισσαν» ἐνταῦθα λέγει τὴν συναγωγὴν τῶν εὐσεβεστάτων Χριστιανῶν, ἣν ὁ βασιλεὺς Χριστὸς ἐνυμφεύσατο ἑαυτῷ, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, πρότερον τοῖς εἰδώλοις κεκωλυμένην· ἥτις ἐβασίλευσε μὲν τῶν παθῶν· συνεβασίλευσε δὲ τῷ νυμφίῳ βασιλείαν οὐράνιον. Καὶ ὁ μὲν νυμφίος κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁμοούσιος καὶ ἀπότιμος· αὕτη δὲ παρέστηκεν ἐκ δεξιῶν τοῦ νυμφίου, μετὰ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων. Εἰ γὰρ καὶ νύμφη ἐστὶ καὶ βασίλισσα, ἀλλὰ κτιστῆς ἐστι φύσεως, καὶ ὑπέρμεγα ταύτῃ τὸ καὶ τοιαύτης ἀξιωθῆναι στάσεώς τε καὶ παραστάσεως. - ***Bellarm.*** *Est principalis sensus, ut per sponsam intelligatur Ecclesia. Sed possunt etiam haec omnia, quae dicuntur de sponsa, accommodari unicui-*

que animae perfectae, et potissimum B. Virgini Mariae, quae licet mater Christi sit secundum carnem, tamen est etiam sponsa secundum spiritum, et inter membra Ecclesiae primum locum tenet.

regio, ōnis, *f.* (rego), eig. die Richtung nach irgend einer Seite hin; die Gegend, das Land, Gebiet: χώρα, אֶרֶץ (Land): 104, 44; 105, 27; 106, 2. — **114, 9 placebo Domino in regione vivorum.** - ***Hebr.*** **wandeln will ich vor dem Herrn in den Landen der Lebenden.** - ***Hier.*** *deambulo coram Domino in terris viventium.* - ***Syr.*** ܒܐܪ̈ܥܬܐ ܕܚ̈ܝܐ *»in terra viventium«.* — [55, 14 heißt es »im Lichte« (בְּאוֹר) des Lebens«.] - ***Sa:*** *Studebo ei placere inter vivos.* - ***Heser:*** *quoad inter homines, in hoc orbe terrarum vixero.* - ***Genebr.*** *ubicunque terrarum fuero. Usurpat enim pluralem numerum* (אַרְצוֹת) *propter varia proborum exilia et captivitates.* - Andere denken an das Land Israel. - ***Qimchi:*** עוד אתהלך לפני ה' בארץ ישראל ששכינתו שם ולפי שהיה גולה בין פלשתים בברחו אמר זה וערי ישראל הם ארצות החיים ונקראת ארץ ישראל חיים כמו שנקראת ארץ צבי ארץ חפץ כי היא חמדת הארצות והיושבים בה הם חיים ובריאים חיים ענין בריאות כי ארץ ישראל אוירה טוב מכל הארצות »Ich werde noch wandeln vor dem Herrn im Lande Israel, wo seine Wohnung ist. Dies sagte er, da er unter den Philistern in der Verbannung war auf seiner Flucht. Die Städte Israels sind die ‚Länder des Lebens'; das Land Israel wird ‚[Land] des Lebens' genannt, wie es genannt wird ‚Land der Herrlichkeit', ‚Land der Sehnsucht', weil es ist die Sehnsucht der Länder, und weil die in ihm Wohnenden gesund und kräftig sind; denn ‚Leben' heißt soviel als ‚Gesundheit'; denn das Land Israel ist das gesundeste von allen Ländern«. - ***Raschi:*** ארץ ישראל שגרשוני אויבי ורודפי ממנה בימי שאול ועל כרחם חזרתי »Das Land Israel, aus dem meine Feinde und Verfolger mich vertrieben in den Tagen Sauls: wider ihren Willen bin ich zurückgekehrt«. - Die meisten alten Erklärer denken an den Himmel. - ***Haymo:*** *i. e. sanctorum.* - ***Euthym.*** «Χώρα ζώντων» ὁ οὐρανός, ἢ ὁ μέλλων κόσμος ἔνθα οὐδείς ἐστιν ἀποθνήσκων, ὁ δὲ παρὼν κόσμος χώρα ἐστὶν ἀποθνησκόντων. «Εὐαρεστήσω» φησίν, ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ μετὰ τῶν ἀγγέλων, λατρεύων ἀνεμποδίστως, οὐδενὸς ἐνεδρεύοντος.

regno, avi, atum, are (regnum), König sein, herrschen, regieren **1)** βασιλεύω, מָלַךְ: Dominus regnavit: der Herr ist König [geworden] 92, 1; 95, 10; 96, 1; 98, 1; - regnabit 145, 10. — **2)** auch für das Nomen βασιλεύς, מֶלֶךְ *h 10, 16;* 46, 9. — **3)** βασιλεύω für רָכַב (den Kriegswagen oder das Streitroß besteigen, reiten, fahren): **44, 5 prospere procede, et regna: geh' glücklich vor und zeige dich als König!** - ***Hebr.*** Glück zu! Fahr' hin! Auch ***Syr.*** ܪܟܘܒ. - ***Hier.*** *[prospere] ascende.* - ***Aq.*** ἐπίβηθι (ܪܟܘܒ). - Ἄλλος· πρόκοπτε· (***Chrys.***) - ***Agell.*** *Reprehendunt nonnulli LXX, qui cum in Hebraeo sit* רְכַב, conscende, *currum nempe aut equum, verterint* βασίλευε, regna. *Sed hi parum vident, sensum illos optime intellexisse, de sono verborum saepe parum curasse. Est ergo sensus: His artibus instructus, hoc decore ornatus, his armis munitus prosperare et progredere ac profice in regnum: nam tantis virtutibus, tantae tuae fortitudini merito regnum debetur. Aut: has tuas virtutes et haec arma non otiose et segniter habebis ac nulli usui, sed illis prosperaberis et ad regnum usque pervenies, ut tibi omne genu flectatur, et omnis lingua confiteatur. Nam illa conscensio currus regni adeptionem significat . . . Potest etiam ratio afferri cur pro eo, quod est* conscende, *posuerint* regna: *quia cum equos regios conscendere creatis regibus moris esset,* equita, *seu* conscende, *pro eo dictum intellexerunt, ac si esset* regna: *sensumque trans-*

ferre, ut clarior esset sermo, maluerunt. - **Euthym.** Κυρίευε τῶν ἐπερχομένων σοι.

regnum, i, *n.* (rex), die Herrschaft, Königsherrschaft: βασιλεία 1) das Königtum, die Herrschaft, die königliche Macht u. Würde a) מְלוּכָה: 21, 29 Domini est regnum: dem Herrn gehört die Herrschaft. — b) מַלְכוּת 44, 7; 102, 19; 144, 11. 12. 13. — 2) das Königreich מַמְלָכָה 45, 7; 67, 33; 78, 6; 134, 11; - 104, 13 de regno ad populum alterum: von einem Königreich zu einem andern Volke. - **Bellarm.** *ad populum regni alterius, ut de regno Palaestinae ad populum regni Aegypti.*

rego, rexi, rectum, ĕre, lenken, leiten, regieren: ποιμαίνω (weiden, hüten) 1) רָעָה (weiden): **22, 1 Dominus regit me.** - **Hebr.** **der Herr [ist] mein Hirte** (ποιμαίνει με). - **Hier.** *pascit me.* - **Bellarm.** *Quasi dicat: ovicula Dei sum, et quia Deus pastor est potentissimus, sapientissimus, et optimus, ideo confidenter dico:* nihil mihi deerit. - **Agell.** Pascit me, *habet Graecus et Hebraeus. Sed quod apud illos figurate dictum est, tamquam de ovibus ac pastore sermo habeatur, Latinus interpres sine figura dixit:* regit me. *Rex namque pastori, populus gregi persimilis est. Non qualemcunque pastorem habeo, inquit, sed ipsum Dominum: itaque nihil mihi pertimescendum puto; omnia mihi subministranda spero, quae ad mea commoda, et ad vitam necessaria erunt.* — 27, 9 et rege eos, et extolle illos usque in aeternum. ſ. ***extollo.*** — **79, 2 qui regis Israel, intende: Herrscher (Hirte) Israels, merk' auf!** - **Hier.** *qui pascis Israel, ausculta.* - **Genebr.** Qui regis *pastoraliter et suaviter.* - **Bellarm.** *Tu Deus, qui es proprius rector et pastor populi Israelitici, audi orationem, quam fundo pro ipso populo tuo.* — **2, 9 reges eos in virga ferrea: du wirst regieren sie mit eisernem Stabe (Scepter).** - Hier lasen nämlich die **LXX** תִּרְעֵם (רָעָה) = ποιμανεῖς, statt des masoret. תְּרֹעֵם (רָעַע »zerbrechen, zerschlagen«). - **Hebr.** **du wirst sie zerschlagen mit eisernem Stabe.** Der Parallelismus scheint für die masoretische Auffassung zu sprechen. - **Sym.** συντρίψεις (ܬܪܥܘܢ). - **Targ.** תְּתַבְּרִנּוּן. - Mit **LXX-Vulg.** stimmen überein **Syr.** (ܬܪܥܐ) u. **Hier.** (*pasces*). - **Genebr.** *sceptro ferreo rigido, duro, invicto, cujus acri verbere eorum insolentia conteratur duriter et rigide, te cum eis geres crudeliter. Alludit ad pedum sive baculum pastoralem, ut persistat in metaphora. Cui minime possint resistere, cui omnino sit succumbendum.* — 2) נָהַג (führen, wie ein Hirte): 47, 15 ipse reget nos in saecula. - **Hier.** *ipse erit dux noster in mortem.* ſ. ***saeculum.***

regredĭor, gressus sum, gredi (re u. gradior), zurückschreiten, zurückfahren: ἐπιστρέφω, שׁוּב 7, 8 (**Hier.** *reverti*).

re-linquo, lĭqui, lictum, ĕre, zurücklassen 1) καταλείπω, עָזַב, hinterlassen, beim Tode zurücklassen 48, 11. — 2) ἀφίημι, הִנִּיחַ a) lassen, zulassen, dulden: 104, 14 non reliquit hominem nocere eis. - **PsaltRom.** non permisit hominem nocere eis. - **Hier.** *non dimisit hominem ut noceret eis.* — b) (ruhen) lassen, belassen (nicht entfernen): **124, 3 non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum: nicht wird der Herr der Sünder Scepter (Rute) auf dem Lose der Gerechten lassen.** - **Aug. Psalt. Rom.** derelinquet. - Die **LXX** (ἀφήσει) lasen יָנִיחַ (Dominus sinngemäß zugefügt in **Vulg.**) st. des masoret. יָנוּם. - **Hebr.** **nicht wird bleiben das Scepter der Gottlosigkeit auf dem Lose der Gerechten.** - **Hier.** *non requiescet virga impietatis.* - **Sym.** οὐκ ἀναπαύσεται. - **Syr.** ܠܐ ܬܬܢܝܚ. - Virga versteht man teils vom Scepter, teils von der Zuchtrute. Gemeint ist jedenfalls eine ty-

rannische Herrschaft. - ***Bellarm.*** *i. e. sceptrum, quod est signum potestatis.* - ***AlbertM.*** *potestativam afflictionem. Dominus enim aliquando super suos potestatem malorum dimittit, ut ab iis tamquam a quadam* virga *corrigantur.* - ***Genebr.*** *Non diuturnam fecit, neque sinet quiescere tyrannidem, sceptrum et potestatem super hereditatem justorum, super ea loca, quae justis velut divina sorte sive divinitus obvenerunt; i. e. non permittet Deus impios diu dominari in bonos. Nullus tyrannus de justis imperabit, ne hi fiant impii, exemplo et prosperitate istorum incitati, vel impatientia victi.* - ***Titelm.*** *Et quidem licet in praesenti forsitan* virga *paterna et disciplina emendationis suos Dominus subinde corripiat, nequaquam tamen faciet vel patietur venire ac permanere super populum justorum, super servos suos,* virgam *punitionis hominum impiorum: qua nimirum impios est non ad emendationem, sed ad condemnationem, in die ultionis percussurus. Neque etiam permissurus est Dominus ut impii potestatem obtineant super viros justitiae, neque illos patietur his praevalere: et quamquam ad tempus aliquantum subinde videantur impii praevalere bonis, non diu tamen haec durabit eorum potestas: ut non aemulentur justi peccatorum impietates, neque ulli se malo operi more peccatorum dedant.* - ***Euthym.*** «Ἁμαρτωλοὺς» δὲ λέγει τοὺς ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους, ὁποῖοί εἰσι καὶ οἱ δαίμονες· «ῥάβδον» δὲ αὐτῶν τὴν βασιλείαν αὐτῶν, ἢ τὰ ὅπλα.

reliquĭae, arum, *pl. f.* (reliquus), das Zurückbleibende, was man hinterläßt **1)** die Hinterlassenschaft, Erbschaft: κατάλοιπα, יֶתֶר (das Übrige, der Überfluß): **16, 14 dimiserunt reliquias suas parvulis suis: ihre Erbschaft (ihren Überfluß) hinterlassen sie ihren Kindern.** - ***PsaltRom.*** reliquerunt, quae superfuerunt, parvulis suis. - ***Sa:*** *Tantum habuerunt, ut etiam filios divites facerent.* - ***Bellarm.*** *Filiis abundant, et iis post mortem sua relinquunt bona, quae ipsis supersunt. Haec enim censetur a filiis hujus saeculi perfecta felicitas, si et ipsi bonis terrenis circumfluant, et filios suos bonorum suorum relinquant heredes.* - ***Titelm.*** *Filios in hac vita ac filias habent ad abundantiam, eosque egregie pulchros, robustos et bene compositos, et item omnium temporalium bonorum abundantia sunt perfruiti, et veluti satiati: et usque adeo pleni fuerunt bonis omnibus, ut ea non possent per sese expendere omnia, sed dimiserunt residua pro liberis suis. Insuper et doctrinas pravas et exempla pessima morientes quasi* reliquias *malitiarum suarum reliquerunt suis posteris, quos in rectitudine justitiae debuerant instituere.* - Andere Erklärer verstehen die Stelle von der den Frevlern zugedachten Strafe, die sich auf drei Geschlechter erstrecken soll (Ex. 20, 5); dann wäre יִתְרָם der Teil der Strafe, welcher noch nicht an den Söhnen vollzogen ist, und daher auf die Enkel sich vererbt. (***Baethg.***) - ***Euthym.*** Καὶ εἰ μὲν περὶ ποινῆς ταῦτα νοήσομεν, προφητεία ἐστὶ τῶν ἀπηντηκότων τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ κακῶν. — **2)** ἐγκατάλειμμα **a)** der Rest, das Überbleibsel: שְׁאֵרִית: 75, 11 reliquiae cogitationis diem festum agent tibi. s. ***cogitatio*** S. **389**. — **b)** die Nachkommenschaft, אַחֲרִית: **36, 37 quoniam sunt reliquiae homini pacifico: denn Nachkommenschaft hat der Mann des Friedens.** - [***Hier.*** *quia erit in extremo viro pax.*] - ***Bellarm.*** *Dabit Deus in praemium* homini pacifico, *ut relinquat filios post se. Vel altiore sensu: multa bona reliqua sunt* homini pacifico *post mortem.* - ***Euthym.*** «Ἐγκατάλειμμα» λέγει τὸ μνημόσυνον· τοῦτο δὲ διττόν ἐστιν· ἢ ἐν παιδοποιΐᾳ, ἢ ἐν ἀγαθοεργίᾳ. - ***Genebr.*** *posteritas et facultates. Alii: salus et aeterna felicitas.* — **36, 38 reliquiae impiorum peribunt: der Gottlosen Nachkommenschaft wird ausgerottet.** - ***Hier.*** *novissimum impiorum peribit.* - ***Bellarm.*** *quia nec fi-*

lios in hoc saeculo relinquunt, nec boni aliquid eis reliquum erit.

re-manĕo, mansi, mansum, ēre, zurückbleiben, übrig bleiben: ὑπολείπομαι, נוֹתַר 105, 11 (*Hier.* *superesse*).

re-memoratio, ōnis, *f.* (rememoro), das Wiedererwähnen, die Wiedererinnerung; Gedächtnisfeier. In den Überschriften von Ps. 37 u. 69: in rememorationem: εἰς ἀνάμνησιν, לְהַזְכִּיר. - *Hier.* *in commemoratione* (37, 1), *ad recordandum* (69, 1). - *Aq.* τοῦ ἀναμνήσκειν. - Nach der gewöhnlichen Erklärung sollten diese Psalmen dazu dienen, das Gedächtnis an den Sänger bei Gott wachzurufen; andere erklären es von des Sünders Denken an seine eigenen Sünden. - לְהַזְכִּיר übersetzen die Neueren: »Bei Darbringung der אַזְכָּרָה (zu singen)«, d. h. bei dem Teil der מִנְחָה (des Speiseopfers), der verbrannt wird, um den Opfernden bei Gott »in Erinnerung zu bringen«, d. h. während der Priester vom Speiseopfer eine Hand voll Mehl, etwas Öl und den ganzen Weihrauch nimmt und auf dem Altare anzündet (Lev. 2, 16; 5, 12; 6, 8; Num. 5, 26). - *Targ.* (69, 1): לְמִדְכַּר עַל צְרִיר לְבוּנְתָּא »*ad recordandum apud fasciculum thuris*«.

rememŏror, atus sum, ari, (re und memor), sich [wieder] an etwas erinnern, gedenken: μιμνήσκομαι, זָכַר 77, 35 (*Hier.* *recordari*).

reminiscor, minisci, sich ins Gedächtnis zurückrufen, sich erinnern: μιμνήσκομαι, זָכַר: **21, 28 reminiscentur et convertentur ad Dominum.** - *Sa:* Reminiscentur *beneficiorum seu bonitatis Dei.* - *Euthym.* Μνήμη ἐπὶ προεγνωσμένου πράγματος λέγεται. Φαίνεται τοίνυν, ὡς ἡ θεογνωσία τοῖς ἀνθρώποις ἔμφυτός ἐστιν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἡ τῆς πλάνης ἀχλὺς ἐκάλυψεν αὐτήν· τῆς ἀχλύος δὲ σκεδασθείσης τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης Χριστῷ, ἐμνήσθησαν τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπεστράφησαν. — **24, 6 reminiscere miserationum tuarum, Domine.** - *Agell.* *Non factorum meorum, sed* miserationum tuarum *antiquarum memor esto, magisque cogita, quid te Creatore dignum sit, quam quid ego merear.*

re-mitto, mīsi, missum, ĕre, nachlassen 1) erlassen, verzeihen: ἀφίημι, נָשָׂא 31, 1. 5; 84, 3 (*Hier.* *dimitto*). — 2) *c. dat.* milder mit jem. verfahren, von der Strenge ablassen: ἀνίημι für שָׁעָה *Hi.* (wegblicken — *imp.* הָשַׁע): **38, 14 remitte mihi, ut refrigerer: laß ab von mir (sei mild mir), daß ich mich wieder erquicke.** - *Hebr.* schau weg von mir, daß ich wieder heiter werde (lächle). - Gott möge seinen Zornblick abwenden. - *Hier.* *parce mihi ut rideam.* - Zum griech.-lat. Texte: *Euthym.* Φεῖσαί μου, στῆσον τὴν μάστιγα, ἵνα μικρὸν παρηγορηθῶ, καὶ ἀποσείωμαι τὰς θλίψεις πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με. - *Sa:* *relaxa.* - *Genebr.* *remisse et leviter mecum age.* - *Hoen:* Remitte mihi *plagarum tuarum vehementiam, cessa ab affligendo.*

ren, renis, *m.* (ῥέω), die Niere; - nur *pl.* **renes**, um, die Nieren (gedacht als Sitz der Empfindungen, Neigungen, Triebe): νεφροί, כְּלָיוֹת: **7, 10 scrutans corda et renes Deus: der du Herzen und Nieren prüfst, o Gott.** - [*Baethg.* »denn der Prüfer der Herzen und Nieren ist ein gerechter Gott«. - *LXX* zogen צַדִּיק zum folgenden Vers: δικαία ἡ βοήθειά μου: *justum adjutorium meum a Domino*; - *Syr.* auch noch אֱלֹהִים: ܟܐܢܐ ܐܠܗܐ ܡܥܕܪܢܝ »*Deus justus adjutor meus*«.] - Der gerechte Gott, der das Innere, die Gesinnung des Menschen schaut, kann die Bosheit nicht auf die Dauer triumphieren lassen. — Corda et renes, d. h. das ganze Innere, sowohl den Sitz des Willens, als den Sitz der sinnlichen Triebe und Begierden. - *Genebr.* *Affectuum et cupiditatum sedes est in* renibus, *ut cogitationum*

in corde. - ***Bellarm.*** Corda, *i. e. cogitationes, et* renes, *i. e. desideria.* - ***Sa:*** *cogitationes et delectationes.* - ***Hoen:*** corda, *desideria, cogitationes, omnem, intimam etiam hominis voluntatem; tum intuens et* renes, *delectationes, concupiscentias, quasvis male affectas passiones hominis.* — 25, 2 ure renes meos et cor meum. s. ***uro.*** — 15, 7 usque ad noctem increpuerunt me renes mei. s. ***increpo*** S. **1176.** — 72, 21 renes mei commutati sunt. s. ***commuto.*** — **138, 13 tu possedisti renes meos.** - ***Hebr.*** **du hast gebildet meine Nieren.** Der Schöpfer kennt sein Geschöpf mit seinen geheimsten Empfindungen und Begierden. - ***Heser:*** Tu possedisti *jure creationis secretissimas mei corporis partes, quas tu solus et omnes ac singulas perfecisti: et quia tua sunt manu fictae, tu* renes meos, *i. e. intimos affectus meos, omnia desideria, consilia, studia mea pernovisti, et sic in tua potestate habes, ut, salva tamen arbitrii concessi nobis libertate,* disponas omnia suaviter ... *Tuus sum ex integro, quia tu me formasti: et idem, qui me talem condidisti, mea nosti, regis et moderaris omnia, jam inde, cum* suscepisti me de utero matris meae. - ***Chrys.*** ἀπὸ μέρους τὸν πάντα λέγων ἄνθρωπον. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς ἐγκωμίου μέρος καὶ προνοίας, τὸ κτῆμα εἶναι Θεοῦ. Ὁ γὰρ κτώμενος καὶ κήδεται καὶ προνοεῖ. - [***Athan.*** Νεφροὺς δέ φησιν εἶναι τοὺς φόβου ποιητικούς. Λέγει δὲ, ὅτι Σὲ διαπαντὸς ἐφοβούμην, ἐπεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχον ἀεὶ τὴν σὴν κρίσιν.]

re-nŏvo, avi, atum, are, erneuern, wiederherstellen: ἀνακαινίζω 1) חִדֵּשׁ: **103, 30 renovabis faciem terrae.** - ***Heser:*** *successione recentis sobolis.* - ***Agell.*** Faciem terrae, *nimirum homines de terra formatos. Aut praedicit, quod maxime placet, futuram in credentibus Spiritus sancti gratiam, et renovandos homines vitali spiritu, qui prius cum ad veterem hominem pertinerent, in pulverem reversi erant, et mortis damnationem incurrerant: at vero hoc Spiritu instaurati, in novum hominem Christum insiti, vitam aeternam consequentur: quorum vita et conversatione renovandam esse quodammodo terram dicit, et nova hac creatura quasi novis germinibus exornandam.* - ***Bellarm.*** *cum terra iterum repletur animalibus omnium generum ... Quamvis autem haec sit expositio litteralis, non repugnat tamen veritati, ut hic versiculus exponatur mystice, vel pro resurrectione corporum humanorum, vel pro inspiratione Spiritus sancti ut qui mortui fuerant peccato, vivere incipiant Deo per gratiam.* — *pass.* (= הִתְחַדֵּשׁ): 102, 5 renovabitur ut aquilae juventus tua. s. ***aquila.*** — 2) für עָכַר (aufregen): **38, 3 dolor meus renovatus est.** - ***Hebr.*** **mein Schmerz ward aufgerührt.** - ***Aq. Sym.*** ἀνεταράχθη. - ***Hier.*** *conturbatus est.* - ***Targ.*** מְּמַרְטִיט. - ***Syr.*** ܐܬܬܙܝܥ.

re-nŭo, ŭi, ĕre, abwinken, ablehnen, sich weigern: ἀπαναίνομαι, מֵאֵן: 76, 3 renuit consolari anima mea: nicht will sich trösten lassen meine Seele. - ***Aug.*** negavit consolari anima mea. - ***PsaltRom.*** negavi consolari animam meam. - ***Hier.*** *noluit consolari anima mea.* s. ***consolor*** S. **529.**

re-pello, pŭli, pulsum, ĕre, zurückstoßen, verstoßen, verwerfen, von ihm nichts wissen wollen, ihm nicht helfen wollen 1) ἀπωθέω a) זָנַח: **42, 2 quare me repulisti?** - ***Agell.*** *Cum tu sis Deus meus et refugium ac fortitudo adjutorque meus, et antehac semper te mihi talem praestiteris, cum te mihi patronum ac protectorem adoptarim,* quare *nunc* me repulisti? *et tamquam ad te, tuamque curam nihil pertinentem negligis, et meas aerumnas intueri dedignaris?* — 43, 10. 23; 59, 3. 12; 73, 1; - **87, 15 ut quid, Domine, repellis orationem meam: warum verwirfst du (weisest du ab) mein Gebet?** - ***Agell.*** *Cum preces meas et frequenter et diligenter adhibuerim, cur eas*

rejicis, et tamquam pollutas execraris? Cur negligis orantem tamquam nulla te mei cura, nulla misericordia tangat, tamquam ad te nihil pertineam? - ***Hebr.*** warum verwirfst du, Herr, meine Seele (mich)? - ***Aq.*** εἰς τί, Κύριε, ἀπώσῃ ψυχήν μου; - ***Sym.*** ἱνατί, Κύριε, ἀποβάλλῃ τὴν ψυχήν μου; - ***Hier.*** *quare objicis animam meam.* - Vielleicht ist προσευχήν (***CodVat.***) aus ψυχήν entstanden (so lesen viele Codices). — 88, 39; 107, 12. — **b)** מָאַס 77, 67 (***Hier.*** *projicio*). — **c)** נָטַשׁ 77, 60 (***Hier.*** *relinquo*); 93, 14 (***Hier.*** *derelinquo*). — **d)** für הִדִּיחַ (stoßen, stürzen): 61, 5 pretium meum cogitaverunt repellere. s. ***pretium.*** — **e)** für נִגְזַר (abschneiden): **87, 6 et ipsi de manu tua repulsi sunt: und die ausgeschlossen sind von deiner Hand (deinem Schutze, deiner Fürsorge).** - ***Aq.*** ἀπετμήθησαν. - ***Sym.*** ἐξεκόπησαν. - ***Hier.*** *abscissi sunt.* - ***Bellarm.*** *Neque de illis amplius cogitas, quoniam* a manu *providentiae tuae* repulsi sunt, *cum non sint amplius in rerum natura. Ubi non dicit Propheta, corpora defunctorum non pertinere ad curam Dei, sed homines mortuos: quia homines mortui non sunt homines, neque indigent victu, vestitu, aliisque rebus, quibus indigent homines.* — **f)** für הִשְׁגָּה (irre gehen lassen): **118, 10 ne repellas me a mandatis tuis.** - ***Hebr.*** **laß mich nicht abirren von deinen Geboten.** - ***Aq.*** μὴ ἀγνοηματίσῃς με. - ***Hier.*** *ne errare me facias.* - ***Bellarm.*** *Ne deserat me gratia tua: alioqui idem esset, ac si repelleres me ab impletione mandatorum tuorum, cum sine auxilio gratiae illa servari non possint.* — **2)** ἀφίστημι: הֵסִיר (entfernen): **17, 23 justitias tuas non repuli a me: deine Satzungen wies ich nicht von mir.** - ***Hier.*** *non amovi a me.* [Ursprünglich stand in den ***LXX*** wohl ἀπέστησα (wie manche Handschriften lesen) st. ἀπέστησαν.] ***Hoen:*** *quasi eis parere nollem.*

re-plĕo, plēvi, plētum, ēre, anfüllen, erfüllen, sättigen: πίμπλημι (ἐμπίμπλημι 89, 14; 90, 16; 102, 5), πληρόω **1)** *pass.* = מָלֵא: 25, 10; 64, 10; 73, 20; - ***Ni.*** *impf.* יִמָּלֵא 70, 8; 71, 19; 125, 2. — **2)** הִשְׂבִּיעַ 19, 16; 102, 5; - *pass.* = שָׂבַע (sich sättigen, satt sein): 62, 6; 64, 5; 87, 4; 122, 3. 4. — **89, 14 repleti sumus mane misericordia tua.** - ***Hebr.*** **sättige uns in der Frühe mit deiner Gnade.** - ***Aq.*** ἔμπλησον ἡμᾶς ἐν πρωΐᾳ ἐλέους σου. - ***Sym.*** χόρτασον ἡμᾶς ὀρθρινοῦ ἐλέους σου. - ***Hier.*** *imple nos matutina misericordia tua.* - Auch ***Targ.*** שְׂבַע יְתָנָא. - ***Syr.*** ܣܒܥܢ. s. ***mane.*** — **3)** *pass.* = רָעַף (triefen): 64, 12 campi tui replebuntur ubertate. s. ***campus*** S. **236.**

re-prŏbo, avi, atum, are, verwerfen **1)** ἀποδοκιμάζω, מָאַס (verachten, verwerfen): **117, 22 lapidem quem reprobaverunt aedificantes: der Stein, den die Bauleute verwarfen.** - ***Bellarm.*** *Misit Deus lapidem vivum, pretiosum, electum in terras: sed Judaei, ad quos tunc pertinebat officium aedificandae Ecclesiae, hunc lapidem* reprobaverunt . . . *Sed hic idem lapis ab aedificantibus* reprobatus, *quasi inutilis ad aedificium spirituale, a Deo principali Architecto constitutus est super duos parietes, ut eos conjungeret et contineret, i. e. factus est* caput *totius Ecclesiae ex Hebraeis et Gentibus congregatae, et tale* caput, *ut qui sub eo non aedificatur, salvus esse non possit.* s. auch ***angulus.*** — **2)** ἀθετέω für הֵנִיא (zu nichte machen): **32, 10 reprobat autem cogitationes populorum: er vereitelt die Pläne der Völker.** - ***Bellarm.*** *tamquam stultas.* - ***Genebr.*** *irritas reddit, frustratur, inanes facit, ad reprimendam earum temeritatem.* [Die parallelen Worte et reprobat consilia principum fehlen im Urtext, sind als Glosse zu betrachten (***Bellarm.*** *Fortasse excidit injuria temporum, vel incuria librariorum.*)] — **3)** ἀσυνθετέω für בָּגַד (treulos handeln): **72, 15 si dicebam: Narra-**

bo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi: **wenn ich ſpräche: „So muß ich reden“ — ſiehe die Art deiner Kinder würde ich verachten (verleugnen).** Würde er die Gedanken des Unwillens über ungerechte Weltregierung Gottes öffentlich ausſprechen, oder würde er dieſer Meinung ernſtlich zuſtimmen, ſo würde er ſich losſagen von der Gemeinde Gottes. - ***Agell.*** *Si cogitem ac statuam in hanc sententiam inclinare, quam modo dixi, neque rem diligentius perpendere et examinare studeam, existimemque frustra pios homines Deo credere, et virtuti ac pietati operam dare, tum vero* generationem filiorum tuorum *et piorum hominum qui te colunt, tuas leges servant,* reprobavi: *hoc tantumdem erit, ac si ab eis defecerim atque discesserim, cum illi aliud credant, nempe te curare res humanas, omnia scire, justis ac piis hominibus pro benefactis digna praemia reddere: aut potius tum genus* filiorum Dei *tamquam foedifragum et tuarum legum ac fidei violatorem habebo.* Sic *vero narratur, quod sine attentiori studio statuitur.* - ***Hier.*** *dixi: si narravero sic, ecce generationem filiorum tuorum reliqui.* Er ſtellte alſo אִם nach אָמַרְתִּי. - [Da der Sänger thatſächlich ſeinen Unwillen über ungerechte Weltregierung Gottes kundgegeben hat, will ***Baethg.*** אִם ſtreichen (die beiden erſten Buchſtaben von אמרתי, die am Ende der Zeile die Lücke ausfüllen ſollten). Er überſetzt: »Ich ſprach: ‚Solches will ich aufzählen‘; ja, dem Geſchlechte deiner Söhne bin ich treulos geworden«.] - Statt כָּמוֹ lieſt man mit ***LXX*** (οὕτως), ***Hier.*** (*sic*), ***Aq. Theod.*** (τοιαῦτα) am beſten כָּמוֹהָ oder כָּמוֹ הֵנָּה.

reptĭle, is, *n.*, was kriecht, ſich regt (im Waſſer oder auf dem Lande) 1) ἑρπετόν, רֶמֶשׂ: **68, 35 coelum et terra, mare et omnia reptilia in eis.** - ***Hier.*** *quod movetur in eis.* - ***Hoen:*** *omnia moventia, viventiaque* in eis. - ***Agell.*** in eis: *maribus nempe, quae in Hebraico plurium numero sunt hoc loco posita. Sed Aquila et Symmachus, quia singulari numero dixerunt* θάλασσαν, mare, *et postea subjunxerunt* ἐν αὐτοῖς, in ipsis, *non modo maris, verum etiam terrae intellexerunt* reptilia. *Quod si ratione carentia invitat ad laudem, non id sine ratione facit: homines enim eorum consideratione permotos ad Deum laudandum provocat.* — 2) ἑρπετόν, רֶמֶשׂ (Gewimmel): **103, 25 illic reptilia.** - ***Aug.*** repentia. - ***Bellarm.*** *Est alterum Dei opus valde mirabile, quod in mari, ubi nullus homo dat operam conservandis piscibus, sed potius dat operam capiendis, inveniatur et perpetuo conservetur tanta multitudo piscium, ut a nullo hominum numerari possint.*

re-pŭto, avi, atum, are, rechnen, berechnen: λογίζομαι, חָשַׁב 1) anrechnen: **105, 31 reputatum est ei in justitiam: es ward ihm zur Gerechtigkeit gerechnet.** - ***Bellarm.*** *a Deo, qui scrutatur corda, et qui probe novit optimam intentionem Phinees,* reputatum est *hoc factum non injusta caedes, sed justa punitio, quae non poenam mereretur, sed laudem et praemium.* - ***Agell.*** *Pro merito aestimatum est a Deo factum illud, ita ut delatum sit illi sacerdotium et ejus semini, quoad aliud sacerdotium illo veteri cessante succederet.* Reputatum *est autem, quia cum factum illud quod ad rem exteriorem gestam non tanti esset, tamen a Deo, qui facta nostra pluris aestimat quam sint, et ampliore mensura remetitur quam acceperit, tanti habitum est, ut dignum illum sacerdotii possessione putarit, quod in posteros per multa saecula transmitteret.* — 2) beachten (חָשַׁב): **143, 3 aut filius hominis, quia reputas eum: oder [was iſt] der Menſchenſohn, daß du ihn beachteſt?** - ***Aug. Prosp.*** aestimas. - ***Hier.*** *computas.* Vgl. 8, 5. - ***Genebr.*** *tanti facis, tanti aestimas eum.* - Der Sänger ſtaunt, daß der große Gott des hinfälligen Menſchen ſich ſo huld-

voll annimmt. — 3) für etwas halten, erachten: 118, 119 praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae. - Hier lasen die *LXX* — wohl mit Recht — חִשַּׁבְתָּ st. des masoret. הִשְׁבַּתָּ: **du hast weggeschafft.** s. ***praevaricor.***

